# CORPVS CHRISTIANORVM

SERIES LATINA

L

TYPOGRAPHI BREPOLS

TVRNHOLTI

NUNC COGNOSCO EX PARTE

TRENT UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/corpuschristiano0050unse

# CORPVS CHRISTIANORVM

*Series Latina*

L

# CORPVS CHRISTIANORVM

*Series Latina*

L

# AVRELII AVGVSTINI OPERA

*PARS XVI, 1*

TVRNHOLTI
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII
MCMLXVIII

SANCTI

# AVRELII AVGVSTINI

## DE TRINITATE
## LIBRI XV

(LIBRI I–XII)

CVRA ET STVDIO

W. J. MOUNTAIN

AVXILIANTE

FR. GLORIE

TVRNHOLTI

TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII

MCMLXVIII

LR. BR 60 .C49 v. 50

SVMPTIBVS SVPPEDITANTE
SVPREMO BELGARVM MAGISTRATV
PVBLICAE INSTITVTIONI
ATQVE OPTIMIS ARTIBVS PRAEPOSITO
EDITVM


LIB

mundi; si enim cognouissent.
num quam dnm̄ gloriae cruci-
fixissent; ex forma enim serui
crucifixus est et tamen dns
gloriae crucifixus est; talis enim
erat illa susceptio quae dm̄
hominem faceret. et homi-
nem dm̄; quid tamen propter
quid. et quid secundum quid
dicatur adiuuante dn̄o pru-
dens et diligens et pius lector
intellegit; nam ecce diximus
quia secundum id quod ds̄ est
glorificat suos secundum hoc
utique quod dns gloriae est
et tamen dns gloriae crucifi
xus est ... ita recte dicitur
et ds crucifixus non ex uir-
tute diuinitatis sed ex infirmi
tate carnis sicut dicimus
quia secundum id quod ds est
iudicat hoc est ex potestate
diuina non ex humana et
tamen ipse homo iudicaturus
est sicut dns gloriae crucifi-
xus est ita enim aperte
dicit. cum uenerit filius ho-
minis in gloria sua et omnes
angeli cum eo tunc congre-
gabuntur ante eum omnes
gentes, et cetera quae de
futuro iudicio usque ad ulti-
mam sententiam. in eo loco

praedicantur, et iudaei qui[…]
pe qui in malitia perseuera[nt]
in illo iudicio puniendi sunt
sicut alibi scriptum est; uideb[unt]
in quem pupugerunt; cum en[im]
et boni et mali uisuri sint iu-
dicem uiuorum et mortu[o]-
rum proculdubio eum uide[re]
re mali non poterunt nisi
secundum formam qua filius
hominis est. sed tamen in cla-
ritate in qua iudicabit non
in humilitate in qua iudica-
tus est; ceterum illam di[…]
formam in qua aequalis est
patri proculdubio impii
non uidebunt, non enim sunt
mundi corde; beati enim mun
di corde quoniam ipsi dm̄
uidebunt, et ipsa uisio est
facie ad faciem quae sum-
mum praemium promitti-
tur iustis; et ipsa fit cum
tradet regnum do et pa-
tri; in quo et suae formae
uisionem uult intellegi sub-
iecta dō uniuersa creatura
et ipsa in qua filius dī filius
hominis factus est quia se-
cundum hanc et ipse filius
tunc subiectus illi erit qui ei
subiecit omnia ut sit ds om-
nia in omnibus; alioquin

Codex Parisinus, Bibl. Nat., Nouv.acq.lat. 1445
(olim Clvniacensis), saec. ix, f. 24v

Augustinus, *De trinitate* I, xiii

PATRIBVS NOSTRIS
HAROLDO E. MOUNTAIN
ET
AEMILIVS C. C. GLORIE
QVI
LVCEM SS. TRINITATIS
ADHELANTES
PIISSIME
OBDORMIERVNT
FILIIS HANC EDITIONEM
INSTRVENTIBVS
IN CARAM MEMORIAM
DEDICATVM

# PROLEGOMENA [1]

## I. Testimonia sancti Avgvstini de libris De trinitate

Historiam multiplicem subtilemque librorum *De trinitate* primae seu, ut melius dicam, primarum editionum ipse sanctus Augustinus narrat in *Epistula ad Aurelium episcopum*, quae est prologus editionis huius [2], et in *Retractationum* libro altero [3] :

> Libros de trinitate quae deus est quindecim scripsi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecim [duodecimum] non [nondum] perfecissem et eos diutius tenerem quam possent sustinere qui uehementer eos [illos] habere cupiebant, subtracti sunt mihi minus emendati quam deberent ac possent quando eos edere uoluissem. Quod posteaquam conperi, quia et alia eorum apud nos exemplaria remanserant, statueram eos iam ipse non edere sed sic habere ut [*add.* in] alio aliquo opusculo meo quid mihi de his euenerit dicerem. Vrgentibus tamen fratribus — quia [quibus] resistere non eis [eis *om.*] ualui — emendaui eos quantum emendandos putaui et conpleui et edidi adiungens eis a capite epistulam quam scripsi ad uenerabilem Aurelium, episcopum Carthaginiensis ecclesiae, quo tamquam prologo exposui et quid accidisset et quid facere mea cogitatione uoluissem et quid fratrum conpellente caritate [caritate compellente] fecissem. ...
>
> Hoc opus excepta epistula quae postmodum ad eius caput adiuncta est sic incipit : *Lecturus haec quae de trinitate disserimus.*

In eiusdem libri *Retractationum* capite sequenti notat Augustinus :

> Per eosdem annos quibus paulatim libros de trinitate dictabam scripsi et alios labore continuo interponens eos illorum temporibus, in quibus sunt libri quattuor de consensu euangelistarum ... [4].

---

(1) Conspectum earum rerum quae ad hanc editionem pertinent his prolegomenis lectori dare uolumus ; de quaestionibus singulis quaedam iam plenius scripsimus in ephemeride quae *Sacris Erudiri* uocatur, scilicet de tempore compositionis, de fontibus, de libris manuscriptis, de excerptis Vincentii Lirinensis (cf. bibliographiam) ; alia nunc praeparamus praesertim de relationibus ad inuicem codicum et testium ad hanc editionem adhibitorum atque de modo codicum in quibus haec editio fundatur secernendorum.

(2) Vide p. 25-26.

(3) *Retract.*, II, xli (xv), 1 ; 5 (CSEL 36, 147, 6-148, 5 ; 149, 14-16). Vncis quadratis [ ] lectiones uariantes inclusimus textus *Retractationum* iuxta editionem Maurinorum, in *Sancti Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi Operum* tomo primo (Parisiis, 1679), col. 46-47.

(4) Ibid., II, xlii (xvi), 1 (CSEL 36, 149, 19-150, 2). Cf. etiam ibid., II, li (xxv), 1 (CSEL 36, 161, 3-6) ubi Augustinus notat : *Antequam finirem libros de trinitate et libros de genesi ad litteram, inruit causa respondendi litteris Petiliani Donatistae quas aduersus catholicam scripsit, quam differre non potui et scripsi in hanc rem tria uolumina* ....

In tempore huius operis, *De consensu euangelistarum* scilicet, compositionis, et forsitan ad eius compositionem [5], scripturam graecam cum uersione sancti Hieronymi euangeliorum Augustinus contulit. In *Epistula* enim *ad Hieronymum* scripsit :

> Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo, quod euangelium ex graeco interpretatus es, quia et paene in omnibus nulla offensio est cum scripturam graecam contulerimus [6].

Et in epistulis aliis mentionem librorum *De trinitate* per transennam Augustinus facit. Itaque in *Epistula ad Consentium* :

> Quae cum ita sint, interim uolo ut legas ea quae ad istam quaestionem [7] pertinentia iam multa conscripsimus, *illa etiam quae in manibus habemus et propter magnitudinem tam difficilis quaestionis nondum possumus explicare.* Nunc uero tene inconcussa fide patrem et filium et spiritum sanctum esse trinitatem et tamen unum deum, non quod sit eorum quasi quarta diuinitas, sed quod sit ipsa ineffabiliter inseparabilis trinitas, patremque solum genuisse filium filiumque solum a patre genitum, spiritum uero sanctum et patris esse et filii spiritum. Et quicquid tibi cum ista cogitas corporeae similitudinis occurrerit, abnue, nega, respue, abice, fuga [8]; non enim parua inchoatio est cogitationis dei si antequam possimus nosse quid sit, incipiam iam nosse quid non sit [9]. Intellectum uero ualde ama quia et ipsae scripturae sanctae quae magnarum rerum ante intellegentiam suadent fidem, nisi eas recte intellegas [10], utiles tibi esse non possunt [11].

Cur diutius libros *De genesi* et libros *De trinitate* teneat Augustinus in *Epistula ad Marcellinum* rationem reddit :

> Cum ergo non, sicut quidam carissimi mei putant, nulla uel pauca sed potius plura fortasse quam etiam maledici opinantur uerba dixerim quae mallem reuocare si possem, non mihi Tulliana illa blanditur qua dictum est : 'Nullum unquam uerbum quod reuocare uellet emisit,' sed angit me plane Horatiana sententia : 'Nescit uox missa reuerti.' *Hinc est quod periculosissimarum quaestionum libros* de genesi scilicet *et de trinitate diutius teneo quam uultis et fertis, ut si non potuerint nisi habere aliqua quae merito reprehendantur, saltem pauciora*

---

(5) Cf. G. Bardy, *Les Révisions* (Bibliothèque Augustinienne. Œuvres de saint Augustin, 12. 1re série : Opuscules), (Paris, 1950), p. 580.

(6) *Epist. LXXI*, IV, 6 (CSEL 34-II, 253, 17-254, 2).

(7) Scilicet de intellegentia fidei de trinitate ; confer etiam *Epist. CXIX.*

(8) Cf. Avgvstinvs, *De trinitate*, VIII, II, 1/12.

(9) Cf. ibid., 14/16 : *Non enim paruae notitiae pars est cum de profundo isto in illam summitatem respiramus si antequam scire possimus quid sit deus, possumus iam scire quid non sit.*

(10) Cf. ibid., IX, I, 26/33 ; XV, II, 27/32 ; XV, VI, 27/31 ; XV, XXVII, 38/70.

(11) *Epist. CXX*, III, 13 (CSEL 34-II, 715, 18-716, 6).

*sint quam esse possent si praecipiti festinatione inconsultius ederentur* (12).

Opuscula quae se tunc intentissimum detinebant a libris quos nondum edidit Augustinus in *Epistulis ad Euodium episcopum* distinxit et rationem aliam cur libros *De trinitate* nondum compleuerit reddit :

> Si ea quae me magis occupant, a quibus in aliud auerti nolo, sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sunt quae hoc anno ante pascha propinquante quadragesima a nobis fuerant inchoata. Nam tribus illis libris de ciuitate dei contra daemonicolas inimicos eius duos alios addidimus, quibus quinque libris satis disputatum arbitror aduersus eos qui propter praesentis uitae felicitatem deos colendos putant eamque felicitatem a nobis impediri opinantes Christiano nomini infesti sunt. Deinceps dicendum est sicut primo libro polliciti sumus aduersos eos qui propter uitam post mortem futuram necessarium existimant cultum deorum suorum, propter quam uitam nos Christiani sumus. Dictaui etiam trium psalmorum expositionem non paruis uoluminibus, sexagesimi et septimi, septuagesimi et primi, septuagesimi et septimi. Reliqui nondum dictati neque tractati uehementer a nobis expectantur atque flagitantur. Ab his me reuocari et retardari inruentibus de transuerso quibuslibet quaestionibus nolo, *ita ut nec libros de trinitate quos diu in manibus uerso nondumque compleui modo adtendere uelim quoniam nimis operosi sunt et a paucis eos intelligi posse arbitror.* Vnde magis urgent quae pluribus utilia fore speramus (13).

In libro denique *De praedestinatione sanctorum,* qui post *Retractationes* ad Prosperum et Hilarium scriptus est, aliam librorum *De trinitate* mentionem facit :

> Valde remota est a sensibus carnis haec schola in qua pater auditur et docet ut ueniatur ad filium. Ibi est et ipse filius quia ipse est uerbum eius per quod sic docet, nec agit hoc cum carnis aure sed cordis. Simul ibi est et spiritus patris et filii ; neque enim ipse non docet aut separatim docet : inseparabilia quippe didicimus esse opera trinitatis. Et ipse est utique spiritus sanctus de quo apostolus dicit : Habentes autem eundem spiritum fidei. Sed ideo patri hoc potissimum est attributum quia de ipso est genitus unigenitus et de ipso procedit spiritus sanctus : unde longum est enucleatius disputare, *et de trinitate quae deus est laborem nostrum in quindecim libris ad uos iam existimo peruenisse.* Valde, inquam, remota est a sensibus carnis haec schola in qua deus auditur et docet (14).

---

(12) *Epist. CXLIII,* 4 (CSEL 44-III, 253, 21-254, 10).
(13) *Epist. CLXIX,* I, I (CSEL 44-III, 611, 7-612, 10) ; cf. etiam *Epist. CLXII,* 2.
(14) *Praed. sanct.,* VIII, 13 (PL 44, 970).

Lectorem ad librum duodecimum *De ciuitate dei* Augustinus in libro tertio decimo *De trinitate* reicit [15]. In libro quinto decimo textum tractatus sui undecentesimi *In euangelium Iohannis* citat [16]. In eodem libro, uti saltem doctissimae domnae La Bonnardière uidetur, Augustinus etiam citat siue adhibet textum prius editum in libro *Contra sermonem Arianorum* [17].

## II. De editionibvs antehac typis excvssis

Librorum *De trinitate* traditionis historia ex ipsius Augustini testimoniis cognita, nos, qui de moderna editione critica librorum illorum deliberabamus, ad traditionem directam in libris manuscriptis oculos aduertimus. Inter ea quae de hac traditione quaeri possunt nos primo inuestigauimus utrum editio noua huius operis requireretur, et secundo, si quaestioni primae affirmatiue respondeatur, quibus haec editio noua melior esse editionibus antehac typis excussis posset, imprimis ea a monachis sancti Mauri congregationis ordinis sancti Benedicti emendata multoque laudata.

Ad quas quaestiones inuestigandas textum libri octaui *De trinitate* comparauimus uti inuenitur in codicibus undetriginta ab A. Wilmart commendatis [18] textui eiusdem libri uti habetur in editionibus sequentibus :

*ed. a* editio princeps typis Henrici Arimenensis circa annum 1474 Argentorati impressa [19].

*ed. b* editio Leonardi Pachel anno 1489 Mediolani excussa [20].

*ed. c* editio Paganini de Paganinis anno 1489 Venetiis excussa [21].

*ed. d* editio Iohannis Amerbach anno 1490 Basileae excussa [22].

---

(15) *Trin.* XIII, ix, 11/12 ; *ciu. dei* XII, 20-21 (CC 48, 376/379).

(16) *Trin.* XV, xxvii, 4/37 ; *in ioh. euang. tract. XCIX*, 8-9 (CC 36, 587, 1/18).

(17) *Trin.* XV, xx, 25/36 ; *contr. serm. Arian.*, 1, 2 (PL 42, 684-685) ; cf. A.-M. La Bonnardière, *Recherches de chronologie augustinienne* (Paris, 1965), p. 166-167.

(18) Codices scilicet sub numeris 11, 17, 44, 63, 64, 68, 73, 79, 80, 81, 85, 94, 109, 116, 124, 135, 152, 153, 160, 166, 167, 179, 181, 186, 189, 213, 215, 221, 223 in *La tradition des grandes ouvrages de saint Augustin*, in *Miscellanea Agostiniana*, II (Città del Vaticano, 1931), p. 272-278 ; quorum codices sub numeris 11, 135, 213 sunt excerptorum. Codicem Wilmart incognitum, scilicet Berlin, Deutsche Staatsbibliothek, Phillipps 1681, saec. x, etiam contulimus.

(19) Cf. *Gesamtkatalog der Wiegendrucke*, III (Leipzig, 1928), n. 2925.

(20) Cf. G. W. Panzer, *Annales Typographici*, II (Norimbergae, 1794), p. 59, n. 318.

(21) Cf. *Gesamtkatalog*, n. 2927.

(22) Ibid., n. 2928.

*ed. e* editio Kiliani Piscatoris anno 1494 Friburgi excussa [23].

*ed. f* editio Iohannis de Paderborn anno 1495 Louanii excussa [24].

*ed. g* editio Desiderii Erasmi anno 1529 Basileae excussa.

*ed. h* editio Desiderii Erasmi apud Sebastianum Honoratum anno 1562 Lugduni excussa.

*ed. i* editio theologorum Lovaniensivm anno 1576 Antuuerpiae excussa.

*ed. j* editio Desiderii Ermasi apud J. B. Sessam anno 1584 Venetiis excussa.

*ed. k* editio theologorum Lovaniensivm anno 1651 Parisiis excussa.

*ed. μ* editio monachorum Benedictinorum e Congregatione sancti Mavri anno 1688 Parisiis excussa [25].

*ed. PL* editio J. P. Migne, Patrologia Latina, t. 42, anno 1841 Parisiis excussa.

Priusquam ea quae ex his studiis euenerint breuiter disseramus, lectori forsitan utile erit in memoriam redigere ea quae Maurini de methodo et fontibus suae editionis scripserunt.

De trinitate libri xv.

Recogniti diligenter & correcti sunt ad Gallicanos triginta Mss. Turonensem Ecclesiæ S. Gatiani [26], Carnotenses abbatiæ S. Petri duos [27], Andegavensem abbatiæ S. Albini [28], Laudunenses duos, majoris ecclesiæ scilicet [29] ac Vincentianæ [30], Remenses tres, unum cathedralis [31], alios duos Remegianæ Ecclesiæ, ad Theodericensem [32], Benignianum, Floriacensem [33], Vindocinensem [34], Michælinum [35], Prate-

(23) Ibid., n. 2929.
(24) Ibid., n. 2930.
(25) Textus qui inuenitur in D. A. B. Caillau, *Collectio Selecta SS. Ecclesiae Patrum*, CXXXVII-CXXXVIII (Parisiis, 1839) et H. Hurter, *Sanctorum Patrum Opuscula Selecta*, XLII-XLIII (Oeniponti, 1881) est etiam editionis Maurinorum. Textus uero editionis Gaume, anno 1838-1839 Parisiis excussae, denuo editus est a J.P. Migne.
(26) Tours, Bibl. municipale, 297, saec. xi ; ita hunc et codices sequentes A. Wilmart recognouit.
(27) Chartres, Bibl. municipale, 152, saec. x ; 153, saec. xii ; qui codices in bello mundiali incensi nunc legi non possunt.
(28) Angers, Bibl. municipale, 164, saec. xi.
(29) Laon, Bibl. municipale, 130, saec. ix.
(30) Laon, Bibl. municipale, 133, saec. xiv.
(31) Reims, Bibl. municipale, 390, saec. ix.
(32) Reims, Bibl. municipale, 398, saec. xii.
(33) Orléans, Bibl. municipale, 160, saec. ix.
(34) Vendôme, Bibl. municipale, 37, saec. xi.
(35) Avranches, Bibl. municipale, 85, saec. xii.

lensem, Beccensem, Lyrensem, Germanensem [36], Cistercinensem [37], Bigotianum [38], Collegii Navarræi tres [39], Sorbonici quinque [40], Dominicanorum majoris conventus Parisiensis unum [41], Augustiniensium majoris conventus unum [42]; ad undecim Vaticanos [43]; ad varias lectiones Belgicorum quinque apud Lov. tandem ad editiones Amerbachii, Erasmi, & Lovaniensium [44].

Quibus praemissis ea quae ex comparationibus codicum cum editionibus typis excussis euenerint breuiter disserere possumus. Primo, multas lectiones in editionem Maurinorum uenisse sub influxu editionum impressarum potius quam, ut uidetur, ex eorum studio librorum manuscriptorum adhibitorum inuenimus. Quarum lectionum exempla sub capitibus quinque diuidi possunt.

A. Ordo uerborum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *1.* | VIII, | iv, 27 | animus aliquid] aliquid animus *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *2.* | | 48 | naturae humanae] humanae naturae *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *3.* | | v, 9 | et ipsius] ipsius et *edd. omnes praeter a b cum duobus codd.* |
| *4.* | | 21/22 | ita non esse] non esse ita *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *5.* | | 63 | uiuere et quid sit mori] mori et quid sit uiuere *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *6.* | | vi, 87 | ipsam intuens in animo meo] intuens in animo meo ipsam *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *7.* | | 125/126 | ex ista diligimus] diligimus ex ista *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *8.* | | vii, 27 | est enim] enim est *edd. omnes cum nullo codice.* |
| *9.* | | 61 | esse uelimus] uelimus esse *edd. omnes cum duobus codd.* |

---

(36) Paris, Bibl. Nationale, lat. 12204, saec. xii.

(37) Dijon, Bibl. municipale, 141, saec. xi.

(38) Paris, Bibl. Nationale, lat. 2088, saec. xi-xii.

(39) Quorum unus erat Paris, Bibl. Nationale, lat. 17395, saec. xii.

(40) Ex codicibus octo qui nunc sunt Paris, Bibl. Nationale, lat. 15299, 15651, 15663, 15664, 15666, 15733, 15734, 16360, qui omnes sunt saeculi xiii.

(41) Paris, Bibl. Mazarine, 628, saec. xiii.

(42) Paris, Bibl. Nationale, lat. 473, saec. xiv.

(43) Ex codicibus quindecim qui nunc sunt Vaticano (Città del), Bibl. Apostolica Vaticana, Vatic. lat. 414, uol. I, saec. xiii ; 415, saec. xv ; 416, saec. xiv ; 417, saec. xii ; 418, saec. xv ; 419, saec. xiv ; 420, saec. xi ; 421, saec. xii ; 422, saec. xii ; 423, saec. xiii-xiv ; 463, saec. xv ; 511, saec. xiv-xv ; 657, saec. xiii-xiv ; 5755, saec. xi ; 10664, saec. xiii.

(44) *Syllabus Codicum Ad Quos Recognita Sunt Octaui Tomi Opuscula*, in *Sancti Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi Operum* tomo octauo, opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti, e Congregatione S. Mauri (Parisiis, 1688), col. 1008.

B. Quae adduntur uel omittuntur.

| | | |
|---|---|---|
| *10.* VIII, PROOEM., | 13 | bonum] *add.* esse *edd. omnes praeter a b c f cum nullo codice.* |
| *11.* | I, 13 | plus *pr.*] *praem.* ut *edd. omnes praeter b cum uno codice.* |
| *12.* | IV, 46 | res] *add.* se *edd. omnes praeter b cum uno codice.* |
| *13.* | VI, 24 | inuicem] *praem.* se *edd. omnes praeter a b cum nullo codice.* |
| *14.* | 62 | quam] *om. edd. omnes praeter b cum quattuor codd.* |
| *15.* | 81 | animo] *add.* meo *edd. omnes praeter a b cum duobus codd.* |
| *16.* | 110 | se] *add.* ipso *edd. omnes cum duobus codd.* |
| *17.* | VII, 4 | dicenda] *add.* est *edd. h i j k μ PL cum duobus codd.* |
| *18.* | VIII, 46 | est] *add.* ut *edd. g h i j k μ PL cum nullo codice.* |

C. Quae pro aliis substituuntur.

| | | |
|---|---|---|
| *19.* VIII, | III, 34 | quia] quoniam *edd. h i j k μ PL cum nullo codice.* |
| *20.* | V, 65 | atque] et *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |
| *21.* | VI, 47 | si] qui *edd. omnes praeter a b d e f cum nullo codice.* |
| *22.* | 48 | aut] an *edd. omnes praeter b cum uno codice.* |
| *23.* | 135 | se ipsum] semetipsum *edd. omnes praeter b cum quattuor codd.* |

D. Textus scripturae sanctae.

| | | |
|---|---|---|
| *24.* VIII, | VII, 51 | ego] *om. edd. h i j μ PL cum nullo codice.* |
| *25.* | 52 | uos reficiam] reficiam uos *edd. omnes praeter b cum duobus codd.* |
| *26.* | 58 | adquiescunt] adquiescent *edd. omnes praeter b cum duobus codd.* |
| *27.* | VIII, 37 | cognouit *pr.*] cognoscit *edd. omnes praeter b cum nullo codice.* |

E. Quae tantum in familia una inueniuntur [45].

| | | |
|---|---|---|
| *28.* VIII, PROOEM., | 27/28 | mutabilitate] mobilitate *edd. omnes praeter b cum familia una codd.* |
| *29.* | VI, 32 | apostolum nos] nos apostolum *edd. omnes praeter b cum familia una codd.* |

Secundo, lectiones uariantes quasdam editioni Maurinorum proprias, quae uix in libris manuscriptis fundantur, notauimus. Exempli gratia :

(45) Familia scilicet codicum *A B C R* editionis huius.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *30.* | VIII, | III, 30 | qui] quod *edd.* μ *PL cum nullo codice.* |
| *31.* | | 40 | conuertit] conuertat *edd.* μ *PL cum uno codice.* |
| *32.* | | IV, 20 | quod] qui *edd.* μ *PL cum nullo codice.* |

Tertio, etiam editores Maurinos lectionem uariantem ex una eademque familia codicum aliis familiis anteposuisse inuenimus :

| | | | |
|---|---|---|---|
| *33.* | VIII, | VII, 47 | uoluntate] *praem.* potestate et *edd.* μ *PL cum familia una codd.* |

Quarto, lectiones plures quae in Maurinorum editionem acceptae sunt, nobis lectiones forsitan faciliores uisae sunt. Exempli gratia (praeter ea quae sub numeris *3, 6, 8-18, 22, 26, 29-32* supra sunt allata) :

| | | | |
|---|---|---|---|
| *34.* | VIII, | III, 13 | mouens] monens *edd. omnes praeter b cum pluribus codd.* |
| *35.* | | VII, 40 | caelitem] caelestem *edd. b* μ *PL cum pluribus codd.* |
| *36.* | | X, 6 | extremis] externis *edd. i j k* μ *PL cum duobus codd.* |

Eo denique quod traditionem bonam textus sine, ut ita dicamus, contaminatione ex editionibus aliis praeberet, editio *b*, Leonardi Pachel scilicet anno 1489 Mediolani excussa, aliis editionibus antehac typis excussis melior nobis uisa est. Si enim exempla triginta sex supra allata defectuum aut errorum in editionibus antehac excussis reuera exempla sunt, quater tantum editio *b* errat, nempe in exemplis sub numeris *8, 9, 16, 35* citatis.

Quibus studiis peractis nos qui de editione noua librorum sancti Augustini deliberabamus quaestioni nostrae primae sic respondere potuimus : editio noua librorum illorum non necessario requiri. Datur enim in Leonardi Pachel editione textus librorum *De trinitate* quem editio noua uix superare possit, neque in editione Maurinorum tanti sunt defectus ut labores modernae editionis criticae requirantur. Quaestioni alteri tamen, nempe quibus editio noua librorum illorum melior esse editionibus antehac typis excussis possit, his studiis multa quibus respondere possemus inuenimus, scilicet : *a.* in collationibus plenis librorum manuscriptorum adhibitorum editio noua fundari possit ; *b.* inter quos libros manuscriptos codices antiquiores quibus editores Maurini usi sunt adhiberi possint ; *c.* qui codices etiam indirectae traditionis illorum librorum testibus plurimis conferri possint ; *d.* quarum fontium traditionis directae atque indirectae lectiones uariantes omnes in apparatu uel in appendice patefieri possint ; *e.* fontesque

ipsorum librorum multo plenius inuestigari indicarique possint; *f*. capitula denique atque capita quae in codicibus antiquioribus inueniuntur huius operis libris restaurari possint. Quibus modis rationibusque nos non necessitate, ut ostendimus, sed eadem libera caritate, ut speramus, qua his libros dictauit, emendauit, edidit sanctus Augustinus impulsi uti elegimus.

Nunc autem antequam fontes atque rationes editionis huius in parte alia horum prolegomenorum breuiter exponamus, hanc partem in qua de editionibus antehac typis excussis tractauimus repertorio concludere uelimus illorum locorum et uerborum in quibus huius editionis textus in quantum a textu editionis Maurinorum differt est nouus [46].

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis μ* |
|---|---|---|---|---|
| I, | I, | 5 | notauerunt | nouerunt |
| | | 9 | animi humani | humani animi |
| | | 32 | putant | putat |
| | | 33 | errant | errat |
| | | 42 | *Sub umbraculo | In tegmine |
| | | 48 | sirparet | spissaret |
| | | 51 | reperiuntur | inueniuntur |
| | | 54 | aspectus | affectus |
| | | 55 | reperiuntur | inueniuntur |
| | | 64 | creatoris est | est creatoris |
| | | 67 | autem | uero |
| | | 83 | *in *alt.* | *om.* |
| | | 84 | eis dicit | dicit eis |
| | | 84/85 | *loqui uobis | uobis loqui |
| | | 86 | *uobis potum dedi | potum dedi uobis |
| | | 87 | *adhuc | *add.* quidem |
| | | 90 | haec | hoc |
| | II, | 9 | mentis humanae | humanae mentis |
| | | 22 | imbecillam | imbecillem |
| | III, | 9 | neque | nec |
| | | 11/12 | Non bene hoc | Hoc non bene |
| | | 17 | cum intellegat | intelligat cum |
| | | 33 | ut | si |
| | | 39 | *meditabor | meditor |
| | | 53/54 | per quaedam densa et opaca cogor | cogor per quaedam densa et opaca |
| | IV, | 5 | unius | *add.* eiusdemque |
| | | 17 | *ignis | *add.* sedisse super unumquemque eorum |
| | V, | 9 | *ascendisse | *praem.* in caelum |
| | | 17 | inseparabilis | *add.* est |

(46) Signo asterico (*) signauimus uerba ubi est quaestio de sacrae scripturae textu.

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis μ* |
|---|---|---|---|---|
| I, | V, | 19 | spiritus | *add.* et |
| | | 21 | ut | *om.* |
| | | 24 | nos nihil | nihil nos |
| | | 28 | *iam *alt.* | *om.* |
| | | 34 | fine | finem |
| | VI, | 6 | Manifestum | *add.* est |
| | | 8 | *est | *add.* et habitauit in nobis |
| | | 21 | si | *om.* |
| | | 25 | *uerum | *add.* deum |
| | | 32 | *Solus | *praem.* Qui |
| | | 37 | *ostendit | ostendet |
| | | 41 | *sapientia dei | dei sapientia |
| | | 47 | *ostendit | ostendet |
| | | 50 | *saeculorum | *add.* amen |
| | | 74 | dicit | *praem.* cum |
| | | 78 | dicit | dicat |
| | | 80 | *saeculorum | *add.* amen |
| | | 88 | *sensum | mentem |
| | | 89 | *dedit | *add.* illi |
| | | 98 | ergo est | est ergo |
| | | 104 | *forma dei | dei forma |
| | | 117 | idolatrae | idololatrae |
| | | 120 | Nam | *add.* et |
| | | 124 | *quam | potiusquam |
| | | 132/133 | detractant | detrectant |
| | VII, | 2 | priores | *add.* nostri |
| | | 29 | sanctas | sacras |
| | | 30 | capite | capitulo |
| | | 34 | *similitudine | similitudinem |
| | VIII, | 1 | ait idem | dicit |
| | | 24/25 | serui forma quae de uirgine | quae de uirgine serui forma |
| | | 25 | et aliqui | aliqui et |
| | | 30 | esse dictum | dictum esse |
| | | 33 | *sunt | *add.* ei |
| | | 34 | *subiecit illi | illi subiecit |
| | | 38 | *transfigurauit | transfigurabit |
| | | 41 | est operatio | operatio est |
| | | 43 | tradidit | tradit |
| | | 54 | *inimicos | *add.* suos |
| | | 56 | sicut | sicuti |
| | | 61 | quibus | *praem.* in |
| | | 65 | Sicut | sic |
| | | 67 | *neque patrem quis nouit | et nemo nouit patrem |
| | | 75 | *nostra | uestra |
| | | 82 | *quod | quid |
| | | 85 | *Et | haec |
| | | | *itaque | *om.* |
| | | 87 | *est autem | autem est |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis* $\mu$ |
|---|---|---|---|---|
| I, | VIII, | 93 | quibus | *praem.* in |
| | | 100 | *et | *om.* |
| | | 106 | *Domine | domino |
| | | 109 | est ei a domino | ei a domino est |
| | | 110 | *me uidit | uidit me |
| | | 113 | *me | *add.* est |
| | | 120 | psalmis | psalmo |
| | | | *Longitudinem | longitudine |
| | | 124 | sicut | *add.* et ipse |
| | | 142 | *quae | *praem.* ea |
| | | 143 | uideri potest | potest uideri |
| | | 144 | sufficiat solus filius | solus filius sufficiat |
| | | 154 | separauit filium | filium separauit |
| | | | his | iis |
| | | 159 | *cor uestrum impleuit | impleuit cor uestrum |
| | | 164 | non semetipsum | semetipsum non |
| | | 165 | sicut filius formam serui accipiens | formam serui accipiens sicut filius |
| | IX, | 3/4 | *gauderetis | *add.* utique |
| | | 6 | et | *om.* |
| | | | aestimatis | *add.* quia |
| | | 9 | *meum | *om.* |
| | | 17 | *me diligit | diligit me |
| | | 23 | *illi me ipsum | me ipsum illi |
| | | 31 | *me diligit | diligit me |
| | | 32 | *illum *alt.* | eum |
| | | | *illum *tert.* | eum |
| | | 44 | faciant apud dilectorem suum | apud dilectorem suum faciant |
| | | 45 | et *alt.* | *om.* |
| | | 50 | illo | ipso |
| | | 52 | quaedam | *add.* separatim |
| | X, | 3 | quoniam | quando |
| | | 5 | *non | numquam |
| | | | significat | signat |
| | | 32 | *forma serui | serui forma |
| | | 36 | deus, alia homo | *om.* |
| | | 43 | *transierit | *praem.* cum |
| | | 45 | *uobis | uobiscum |
| | | 53 | *amatis | amastis |
| | | | *ego | *om.* |
| | | 56 | *exii | exiui |
| | | 71 | *aequalis | *add.* est |
| | | 84 | peruenimus | perueniemus |
| | XI, | 3 | est et | *om.* |
| | | 4 | et | in qua |
| | | 9 | formam autem | autem formam |
| | | 13 | *dimittetur | remittetur |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis* $\mu$ |
|---|---|---|---|---|
| I, | XI, | 20 | se dicit | dicit se |
| | | 25 | misit eum | eum misit |
| | | 28 | *transeat | *add.* a me |
| | | | *hic calix | calix iste |
| | | 32 | *tua mea | mea tua |
| | XII, | 4 | *quia | quod |
| | | | *times | timeas |
| | | 9 | *quae | quaecumque |
| | | 12 | *habeo uobis | uobis habeo |
| | | 17 | *loqui uobis | uobis loqui |
| | | 33 | *est | *om.* |
| | | 38 | formam autem | autem formam |
| | | 40 | *est ante omnes | ante omnes est |
| | | 42 | *dominus | *add.* est |
| | | 50 | *meam | *om.* |
| | | 50 | *aut | uel |
| | | 51 | *sinistram | *add.* meam |
| | | 55 | locutionem diuinarum | diuinarum locutionum |
| | | 60 | non et | et non |
| | | 61 | *ille | *om.* |
| | | 72 | *uobis | *om.* |
| | | 74 | et | *om.* |
| | | 80 | hoc | hic |
| | | 86 | *nouissima | nouissimo |
| | | 89 | *ille *pr.* | *om.* |
| | | 91 | *Quae | *add.* ergo |
| | | 95 | ei dedit | dedit ei |
| | | 104 | ut non | non ut |
| | | 112 | *habere uitam | uitam habere |
| | | 114/115 | *habere uitam | uitam habere |
| | | 120 | *nouissima | nouissimo |
| | | 128 | istud potest | potest istud |
| | | 153 | aequalis est | est aequalis |
| | | 158 | non utique | utique non |
| | XIII, | 1 | idem ipse | ipse idem |
| | | 3 | apostolus Paulus | Paulus apostolus |
| | | 21 | sicut | sicuti |
| | | 36 | in *alt.* | *om.* |
| | | 56 | qua | *praem.* de |
| | | 57 | *ei | illi |
| | | 59 | suscitatus | excitatus |
| | | 60 | est | *om.* |
| | | 63 | *quod | *add.* et deus |
| | | | *eum | illum |
| | | 65 | *et *pr.* | *om.* |
| | | 66 | *Iesus | *add.* Christus |
| | | 76 | dictum est | est dictum |
| | | 82 | proferimus | proferamus |
| | | 85 | forma | *praem.* in |
| | | 88 | post enim | enim post |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis μ |
|---|---|---|---|---|
| I, | XIII, | 89 | *me misit | misit me |
| | | 90 | *de | a |
| | | 98 | *habet pater | pater habet |
| | | 104 | et | *om.* |
| | | 105 | est | *om.* |
| | | 111 | ostendet se ipsum | se ipsum ostendet |
| | | | sequitur | sequatur |
| | | 114 | *quoniam | quia |
| | | 122 | *qui | *add.* autem |
| | | 138 | quaerens | quaerenti |
| | | 146 | quia | qui |
| | | 160 | ad | ob |
| | | 164 | eris | es |
| | | 187 | sic | ita |
| II, | PROOEM., | 6 | Adam | animam |
| | | | dilucescat | dulcescat |
| | | 14 | muniuerit | minuerit |
| | I, | 42 | possit | posset |
| | | 51 | *quod | quae |
| | | 52 | *patrem | *add.* facientem, haec eadem facit filius similiter |
| | | 54 | uidit | uidet |
| | | 56 | *filius facit | facit filius |
| | | 57 | operatio est | est operatio |
| | | 66 | et | *om.* |
| | | | minor | *add.* est |
| | IV, | 5 | glorificat | clarificat |
| | | 17 | glorificari scriptum est | scriptum est glorificari |
| | V, | 12 | *ipsum | eum |
| | | 59 | eum pater | pater eum |
| | | 61 | *blasphemat | blasphemas |
| | | 63/64 | ipse se | se ipse |
| | | 66 | *eum | illum |
| | | 99 | propterea | *praem.* et |
| | | 110 | est | *add.* ut |
| | | 120 | super | in |
| | | 124 | *sicut | tamquam |
| | VI, | 12 | *caro | *add.* pariter |
| | | 55 | connuncupata | nuncupata |
| | | 64 | ac | et |
| | | | tonitribus | tonitruis |
| | VII, | 8 | dicit apostolus | apostolus dicit |
| | | 17/18 | primum domino adiuuante | adiuuante domino primum |
| | VIII, | 3 | filium dei | dei filium |
| | IX, | 15 | *omnia facta sunt | facta sunt omnia |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis μ* |
|---|---|---|---|---|
| II, | IX, | 27 | *quia | qui |
| | X, | 7 | audisse | audiuisse |
| | | 27 | non iam | iam non |
| | | 29 | quemadmodum | *praem.* et |
| | | 30 | se | *om.* |
| | | 48 | tantum | tamen |
| | | 53 | eius faciem | faciem eius |
| | | 69 | ubi | quando |
| | | 70 | glorificatione | clarificatione |
| | | 86 | est | erat |
| | | 92 | oculis eius aliquid | aliquid oculis eius |
| | | 95 | ei sit | sit ei |
| | | 101 | *sed nobis | nobis tamen |
| | | 104 | sicut | sicuti |
| | | 119 | sit uisus | uisus sit |
| | | 127 | Sodomae | Sodomis |
| | XI, | 8 | pedes ei | ei pedes |
| | | 15 | unus uir | uir unus |
| | | 16 | tres | *add.* uiri |
| | | 23 | illos | alios |
| | XII, | 9 | cognoscebatur | agnoscebatur |
| | | 10 | consumendam | consumenda |
| | | | Sodoma miserat | miserat Sodoma |
| | | 18 | rursus | rursum |
| | | 25 | *et | *om.* |
| | | 30 | hoc | *add.* quod |
| | | 35 | personas duas | duas personas |
| | | 36 | idem | iidem |
| | XIII, | 39/40 | *spiritus sancti est | est spiritus sancti |
| | | 45 | humanis et | et humanis |
| | | 46 | et *pr.* | *om.* |
| | | 47 | pater intellegi | intelligi pater |
| | XIV, | 1 | *de Aegypto filiorum Israhel | filiorum Israel de Aegypto |
| | XV, | 30 | *in | ad |
| | | 59 | *descendisset | descendit |
| | XVI, | 1 | plerique moueri | moueri plerique |
| | | 7 | *Dixitque | dixit |
| | | 10 | ipsum | *praem.* se |
| | | 15 | Ecce | *praem.* et |
| | | 16 | *in conspectu tuo | ante te |
| | | 28 | gesta uel dicta | dicta uel gesta |
| | | 34 | hic | id |
| | | 37 | *me | *add.* est |
| | | 38 | *spelunca | specula |
| | | 39 | *manum | *add.* meam |
| | XVII, | 4 | *postremitatem | posterioritatem |
| | | 7 | *arbitratus | *add.* est |
| | | | quod | quam |
| | | 14 | *Scimus | *add.* autem |
| | | 23 | dicit | dixit |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis μ |
|---|---|---|---|---|
| II, | xvii, | 28 | *diligere deum | deum diligere |
| | | 64 | *transitum interpretamur | transitus interpretatur |
| | | 65 | *autem | *om.* |
| | | 73 | *in | ad |
| | | 92 | *manum | *add.* meam |
| | | 93 | erat figura | figura erat |
| | | 106/107 | psalmi eius | eius psalmi |
| | | 113 | *aerumna | *add.* mea |
| | | | *dum | cum |
| | | | *confringeretur | infigeretur |
| | | | *spina | *praem.* mihi |
| | | 115 | *dimisisti | remisisti |
| | | 117 | esse domini | domini esse |
| | | 121 | faciem | *add.* et |
| | | 139 | deus | *add.* est |
| | xviii, | 18 | *uisu | uisione |
| | | 21 | *linguae | *praem.* et |
| | | 25 | deus pater | pater deus |
| | | 30 | uidit | uiderit |
| | | 31 | potest | possit |
| | | 58 | tripertita | tripartita |
| | | 62 | ipsa trinitas | trinitas ipsa |
| III, | prooem., | 3 | uero | autem |
| | | 4 | respondeatur | respondeantur |
| | | 6 | aduersus | aduersum |
| | | 9 | legamus | legimus |
| | | 14 | his | iis |
| | | 20/21 | labor hic | hic labor |
| | | 28 | habeamus | habeant |
| | | 35 | esse mihi | mihi esse |
| | | 37 | ille | iste |
| | | 41 | firme | firmiter |
| | | 48 | iste | hic |
| | | | sumit | sumat |
| | | 76 | tripertitam | tripartitam |
| | i, | 1 | quaerimus | quaeramus |
| | | 11 | parte quaestionis | quaestionis parte |
| | | 12 | erit uidendum | uidendum erit |
| | | 36 | auribus insonantes | insonantes auribus |
| | | 37 | conditoris | conditori |
| | | 39 | *aduersus | aduersum |
| | | 40 | *his | iis |
| | | 42 | *quia | qui |
| | ii, | 13 | monstrosi | monstruosi |
| | | 13/14 | quaeque | quaecumque |
| | | 14 | dei uoluntate | uoluntate dei |
| | | 34 | *autem | uero |
| | iii, | 30 | ipsa etiam | etiam ipsa |

| *Locus* | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis μ* |
|---|---|---|---|
| III, | III, 31 | uinum | *praem.* et |
| | | oleum | *praem.* et |
| | 34 | inanimis | inanimatis |
| | 44/45 | corpus mortale | mortale corpus |
| | IV, 6 | *ardentem | flagrantem |
| | 38 | et | nec |
| | V, 5 | fame deficerent | deficerent fame |
| | 9 | dispensabatur dabaturque | dabatur dispensabaturque |
| | 18/19 | solemniter uestit | uestit solemniter |
| | VII, 7/8 | aegyptius populus | populus aegyptiorum |
| | 10 | aerias | aereas |
| | 11 | aetheriae | aethereae |
| | 30 | eas ipsi | ipsi eas |
| | 37 | prima *pr.* | *add.* sui generis |
| | 65 | et | *om.* |
| | 69 | habent | habet |
| | 70 | accipiunt | accipit |
| | 72 | apostolus | *add.* Paulus |
| | 76 | nostra | nostram |
| | 77 | extrinsecus euangelium | euangelium extrinsecus |
| | 88 | segetis esse creatores | creatores esse segetis |
| | 98 | congruentiae rationis | congruae rationes |
| | 100 | sit ipsa | ipsa sit |
| | 101 | mutabiliter | commutabiliter |
| | VIII, 14/15 | quodam modo et foris creentur | et foris creentur quodam modo |
| | 22 | nouerint | nouerunt |
| | 23 | quarumque | quarumcumque |
| | | et | aut |
| | 76/77 | commemorata essent | essent commemorata |
| | IX, 16 | *dabo tibi | tibi dabo |
| | 17 | *hac | *om.* |
| | 24 | euigilans Iacob | Iacob euigilans |
| | 26 | aliquantum | aliquantulum |
| | 30 | quippe | *om.* |
| | 38 | dei | domini |
| | | *loquar | *add.* tibi |
| | 39 | *sum ego | ego sum |
| | 44 | est et intellegendum | et intellegendum est |
| | 47 | domini nomen | nomen domini |
| | 48 | utroque | *praem.* in |
| | 50 | serpens ex uirga Moysi | ex uirga Moysi serpens |
| | 57 | *eum | ipsum |
| | 59 | serpentium | serpentum |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis μ |
|---|---|---|---|---|
| III, | IX, | 60 | *euacuetur | euacuaretur |
| | | 61 | autem | enim |
| | | | mors intellegitur | intelligitur mors |
| | | 67 | redigeretur | rediret |
| | | 88 | utile | *praem.* omnino |
| | | 89 | ut | *add.* et ipsi |
| | | 103 | *inuestigauit | inuestigabit |
| | | | *uero | autem |
| | | 109 | impertitam | impartitam |
| | | 112 | minus | *add.* esse |
| | X, | 2 | nostro modulo | modulo nostro |
| | | 10/11 | *praeter quam oportet sapere | *om.* |
| | | 22 | *donec | quo usque |
| | | 27 | populum | *praem.* propter |
| | | 29 | *autem | *om.* |
| | | 33 | *debemus | oportet |
| | | 34 | *dictus | *add.* est |
| | | 38 | sermonem | sermone |
| | | 40 | *his | iis |
| | | 41 | *coatestante | contestante |
| | | | *ostentis | portentis |
| | | 52 | domini | dominum |
| | | 66 | *Madian | Madiam |
| | | 67 | *annis quadraginta | quadraginta annis |
| | | 70 | *domini | *add.* dicens |
| | | | *Ego | *add.* sum |
| | | 78 | ab | a |
| | | 78/79 | interrogemus unde Stephanus ista narrauit | unde Stephanus ista narrauit interrogemus |
| | | 83 | *sedente | sedenti |
| | | | *eo | *om.* |
| | | 94 | facta non est | non est facta |
| | | 96 | eius filius | filius eius |
| | | | peteretur | praeciperetur |
| | | 100 | *offeres | offer |
| | | | *holocaustum | *praem.* in |
| | | 107 | haec | hoc |
| | | 109 | aduersus | aduersum |
| | | 111 | grosso | crasso |
| | | 112 | esse scriptura | scriptura esse |
| | | 124 | non | *add.* quia |
| | | 136 | angelus loquitur | loquitur angelus |
| | | 139 | *propter | pro eo |
| | | 146 | *Et | *om.* |
| | | 151 | non sermo | sermo non |
| | | 161 | illi populo lex | lex illi populo |
| | | 164 | lex | *add.* ipsa |
| | | 169 | reos | *praem.* se |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis $\mu$ |
|---|---|---|---|---|
| III, | x, | 171 | *proposita | posita |
| | | 177 | unus et | et unus |
| | | 186 | suam | *om.* |
| | | 205 | substantiam | *add.* suam |
| | | 206 | utrique | utrisque |
| | | 206/207 | coaequalis | aequalis |
| IV, | prooem., | 12 | et eum | eumque |
| | | 14 | gratuito pignore salutis accepto | accepto gratuito pignore salutis |
| | | 15 | egentem | agentem |
| | | | ac | et |
| | | 33 | diuinitatis | diuinitas |
| | | 40 | habet mutabile | mutabile habet |
| | i, | 4 | beatitatem | beatitudinem |
| | | 32/33 | dicemus, inquit | inquit, dicemus |
| | | 33/34 | *filio proprio | proprio filio |
| | | 34 | *eum | illum |
| | | 35 | *omnia nobis | nobis omnia |
| | | 39 | est uerbum dei | uerbum dei est |
| | | 40 | ubi | ibi |
| | | 45 | est uita | uita est |
| | | 48 | *et uerbum erat | *om.* |
| | | 51 | his | iis |
| | | 53 | in illo iam | iam in illo |
| | ii, | 16 | fecit | *add.* nos |
| | | 20 | commodius | *praem.* uel si quid |
| | | 21 | est unum | unum est |
| | | 26 | maxime | maxima |
| | iii, | 19 | magis | *praem.* tanto |
| | | 20 | afflictationibus | afflictionibus |
| | | 25 | *iustificatur | iustificabitur |
| | | 30 | euangelica sententia | sententia euangelica |
| | | 33 | infidelitatem impietatis | infidelitatis impietatem |
| | | 41 | loco | *praem.* in |
| | | 46 | *ex | a |
| | | 46/47 | *Iesum Christum | Christum Iesum |
| | | 49 | saluator | *add.* noster |
| | | 66 | non | *om.* |
| | | 74 | habitet | inhabitet |
| | | 79 | *resurrexistis | consurrexistis |
| | | 80 | *in dextera | ad dexteram |
| | | 82/83 | carnaliter sapere | sapere carnaliter |
| | | 92 | *ossa et carnem | carnem et ossa |
| | | 93 | *eius *pr.* | *om.* |
| | | 111 | in | *om.* |
| | iv, | 5 | eas | illas |
| | | 28 | accipimus | accepimus |
| | | 29 | animi | animae |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis μ* |
|---|---|---|---|---|
| IV, | IV, | 60 | quinque dies | dies quinque |
| | | 66 | qui | quae |
| | V, | 1 | dominici corporis | corporis dominici |
| | | 5 | *aedificatum | *add.* est |
| | | 12 | apriles | aprilis |
| | | 13/14 | *positus mortuorum | mortuorum positus |
| | | 17 | sex | *praem.* et |
| | | 18 | habet | habent |
| | VI, | 8 | suspensus | *add.* est |
| | | 16 | perinet diem | diem pertinet |
| | | | *lumen | lucem |
| | | 24 | horae | *add.* sunt |
| | | | et | etiam |
| | | | ipsa | *add.* hora |
| | | 27 | in scripturis frequentissimus | frequentissimus in scripturis |
| | | 30 | uespera | uespere |
| | | 41 | ad uiginti quattuor conferuntur | conferuntur ad uiginti quattuor |
| | | 46 | esse causas | causas esse |
| | | 48 | tradita | traditas |
| | | 49 | scripturarum testimonio | testimonio scripturarum |
| | VII, | 7/8 | deo summo et uero | uero deo et summo |
| | VIII, | 5 | et | *om.* |
| | | 10 | *illis | eis |
| | IX, | 8 | uoluntates | uoluptates |
| | | 9 | immunditiam | immunditias |
| | | 14 | caritatis igne | igne caritatis |
| | | 17 | hi | ii |
| | XI, | 1 | aeria | aerea |
| | | 6 | hi | ii |
| | | | talia uiderunt | uiderunt talia |
| | | 14 | talia facere | facere talia |
| | XII, | 5/6 | societatis | societati |
| | | 6 | pinnas | pennas |
| | | 8 | animae ruiturae | anima ruitura |
| | | 23 | mortuus | *add.* est |
| | | 25 | propter | per |
| | | 29 | iustissima | iustissimam |
| | | 36 | *ita | *add.* et |
| | XIII, | 3 | quia spiritus | spiritus quia |
| | | 20 | illo | ipso |
| | | 31 | ab | a |
| | | 38 | spiritum | spiritu |
| | | | mortuus spiritu | spiritu mortuus |
| | | 43/44 | qua nos tenebat potestas eius | eius potestas qua nos tenebat |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis* $\mu$ |
|---|---|---|---|---|
| IV, | XIII, | 48 | cuiusquam iure | iure cuiusquam |
| | | 71 | psalmis | psalmo |
| | | 73 | aduersus | aduersum |
| | | 88 | excelsissima | excellentissima |
| | | 107 | *uerbum dei | dei uerbum |
| | | 112 | quia | qui |
| | | 115 | etiam | iam |
| | XIV, | 7 | *dei filius | filius dei |
| | | | non qui | qui non |
| | XV, | 4 | resistitur | resistatur |
| | | 10 | extentis | extensis |
| | | 10/11 | sibi purgationem | purgationem sibi |
| | XVII, | 6 | notauerint | notauerunt |
| | | 9 | praecesserint | processerint |
| | | 19 | instantes | stantes |
| | | 44 | et | *om.* |
| | XVIII, | 28 | uenerimus | peruenerimus |
| | | 57 | *estis | eritis |
| | | 59 | Rursus | *praem.* et |
| | XIX, | 2 | quod | quid |
| | | 11 | magna | *add.* esse |
| | | 15 | atque | et |
| | | 36 | erat | fuerat |
| | | 38 | *me diligit *pr. et alt.* | diligit me |
| | | 41 | suscipiendae | suscipiendam |
| | XX, | 5 | et | *om.* |
| | | | est *alt.* | *om.* |
| | | 19 | *sinceris | sincera |
| | | 41 | *sinceris | sincera |
| | | 45 | et petitur | expetitur |
| | | 62 | *est enim magnum pietatis | enim magnum pietatis est |
| | | 73 | *A patre exii | Exiui a patre |
| | | 76 | in | *om.* |
| | | 85 | prouectus | profectus |
| | | 94 | sancto | *add.* dicitur |
| | | 102 | quod | quia |
| | | 105 | sufflans | *add.* in faciem discipulorum |
| | | 112 | spiritus *pr.* | *om.* |
| | | 122 | *ex | a |
| | | 125 | *fuerat | erat |
| | | | *clarificatus | glorificatus |
| | | | intellegatur | intelligitur |
| | | 148 | *exiit | exiuit |
| | XXI, | 14 | sui | suae |
| | | 30 | haec singula | singula haec |
| | | 41 | dei uerbum | uerbum dei |
| | | 81 | ab | a |
| V, | I, | 6 | *speculum | *add.* et |
| | | 12 | enim sum | sum enim |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis μ |
|---|---|---|---|---|
| V, | I, | 28/29 | homo deum capit | deum capit homo |
| | | 37 | quanto | quantum |
| | | 41 | praesentem | praesidentem |
| | | 46 | illo | eo |
| | II, | 5 | suo | *add.* Moysi |
| | | 8 | accidentias | accidentia |
| | | 11 | quae | qui |
| | III, | 1 | his | iis |
| | IV, | 1 | dici non solet | non solet dici |
| | | 3 | appellantur graece | graece appellantur |
| | | 4 | sicuti | sicut |
| | | 20 | dum | cum |
| | V, | 6 | aut | ut |
| | | 7 | esse non desinat | non desinat esse |
| | VI, | 5/6 | dicere eum | eum dicere |
| | | 6/7 | est ingenitus | ingenitus est |
| | | 30 | est eiusdem | eiusdem est |
| | | 32 | filius patri | patri filius |
| | VII, | 25/26 | quadripedalis | quadrupedalis |
| | | 26 | pedum | *add.* secundum quantitatem aio |
| | | 49 | dico | dicam |
| | VIII, | 7 | deus est pater | pater deus est |
| | | 11 | et | *om.* |
| | | | nec | non |
| | | 14 | *solus deus | deus solus |
| | | 15 | et | *om.* |
| | | | unus | *add.* est |
| | | 25 | *abyssus | abyssum |
| | | 26 | *ipsius | *om.* |
| | | 36 | ter | singulariter |
| | | | dicitur | *add.* id est de |
| | | 45 | consuerint | consueuerint |
| | IX, | 1 | multi | *praem.* quemadmodum |
| | | 4 | quod | cum |
| | X, | 3/4 | aliud est | est aliud |
| | | 4 | aliud | *om.* |
| | | 14 | quod | *add.* est |
| | | 26/27 | ore hominis dici | dici ore hominis |
| | XI, | 7 | dici potest | potest dici |
| | | 19 | et *alt.* | *om.* |
| | | 27 | spiritu sancto | sancto spiritu |
| | | 29 | ineffabilis | *add.* est |
| | XII, | 14 | pignus est | est pignus |
| | | 17/18 | possumus dicere | dicere possumus |
| | | 18 | haec | *add.* sibi |
| | XIII, | 7 | *quia | quod |
| | | 10 | quod | *praem.* eo |

| *Locus* | | | *Textus editionis huius* | *Textus editionis* $\mu$ |
|---|---|---|---|---|
| V, | XIII, | 13 | pater | *praem.* et |
| | | 20 | utique in se | in se utique |
| | | 26 | *operationes | operatio |
| | | 27 | *alteri | alii |
| | XIV, | 3 | *genuit | gignit |
| | | 8 | sit filius | filius sit |
| | | 9 | Exit | Exiit |
| | | 11 | gratiam | *praem.* dei |
| | | 13 | est | *om.* |
| | | 19 | *dei | *add.* est |
| | | 21 | noster | *add.* est |
| | | 27 | sed | scilicet |
| | XV, | 1 | Interius | Vlterius |
| | | 2 | habet | habeat |
| | | 3 | habeat | habet |
| | | 10 | ipsa substantia | ipsam substantiam |
| | XVI, | 12 | creaturam sempiternam | sempiternam creaturam |
| | | 17/18 | tamen tempora | tempora tamen |
| | | 29 | quomodo | quod modo |
| | | 36 | est dominus | dominus est |
| | | 46 | qua | *add.* sunt |
| | | 52 | accidisse | *add.* aliquid |
| | | 63/64 | suae commutatione | commutatione suae |
| | | 70 | ipso | illo |
| VI, | I, | 8 | aduersus | aduersum |
| | | 9 | aduersus | aduersum |
| | | 18 | aduersus | aduersum |
| | | 32 | bonitatis | *add.* et |
| | | 33 | aeternitatis | *add.* et |
| | | 46 | uirtus | *add.* est |
| | | | Itane | ita |
| | | 48 | alia | *add.* quae |
| | III, | 2 | et | *om.* |
| | | 6 | *et | *om.* |
| | | 11 | neque | nec |
| | | 19 | inquit, domino | domino, inquit |
| | | 21 | Diuersum | Diuersi |
| | | | enim | *praem.* sunt |
| | | 28 | *sint unum | unum sint |
| | | 29 | unum *pr.* | *add.* sumus |
| | | 33 | eius filius | filius eius |
| | | 43 | aequalis *alt.* | *add.* est |
| | | 44 | itaque | ergo |
| | | | non *alt.* | *praem.* in omnibus |
| | | 47 | auctoritate apostolica | apostolica auctoritate |

| Locus | | | Textus editionis huius | Textus editionis μ |
|---|---|---|---|---|
| VI, | iv, | 1 | Si | Sic |
| | | 5 | iustitia et temperantia | temperantia et iustitia |
| | | 16 | potentem | fortem |
| | | 21 | quod | quemadmodum |
| | | | etiam | et |
| | | 28 | simul dicitur | dicitur simul |
| | | 33 | pertinet | pertineat |
| | v, | 17 | aut | at |
| | | 21 | simul substantia | substantia simul |
| | | 23 | bonum | *add.* esse |
| | vi, | 7 | uel | et |
| | | 25 | parte eius | eius parte |
| | | | quamuis | quauis |
| | vii, | 10 | inuenitur | inueniatur |
| | | 18 | est | sunt |
| | viii, | 7 | adhaeret | adhaerescit |
| | | 8 | his | iis |
| | | 9 | fit autem | autem fit |
| | | 13 | *domino adhaeret | adhaeret domino |
| | ix, | 12 | deus uerus | uerus deus |
| | | 29 | ibi | *praem.* etiam |
| | | 30 | *Omnia | *add.* sunt |
| | | 49 | habeat | habet |
| | x, | 18 | et *pr.* | est |
| | | 49 | a | ad |
| | | 51 | una | *praem.* res |
| | | 52 | summa | *praem.* illa |
| | | 56/57 | *speculum | *add.* et |
| | | 61 | *quem *alt.* | quo |
| VII, | i, | 5 | de deo dici | dici de deo |
| | | 34 | atque | et |
| | | 51 | aliud est | est aliud |
| | | 53 | et | ac |
v. **1** uide Symb. 'Quicumque,' 3.40. **2/4** uide Symb. 'Quicumque,' 15-16. **6/7** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **7** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, 11 ; 9, 6 ; Luc. 3, 22 ; 9, 35 ; Ioh. 1, 34 ; 12, 28. **8** 1 Ioh. 4, 2. **8/9** Symb. Nicaen., 15-17 ; Symb. Rom.-Mediol., 3-6 ; Symb. Afric., 3-6 ; uide Symb. 'Quicumque,' 36-37. **9/10** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, *22 ; Ioh. 1, 32. **11** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, 11 ; 9, 6 ; Luc. 3, 22 ; 9, 35 ; Ioh. 1, 34 ; 12, 28. **12** Ioh. 1, 14 ; 1 Ioh., 4, 2. Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **13** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, *22 ; Ioh. 1, 32. **15/17** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **18/19** uide Symb. 'Quicumque,' 22. **19/20** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V* ; *def. M*).

**Test.** : **22** patris — **24** operentur *Vinc.*, 1, *42-45* ; [*coll.*, *f. 1v*]. **22** quamuis — **24** operentur *Fulg.*, *ad Ferrand.*, *12* (*CC 91, 399, 432-434*).

v. **1** Haec — fides *alt. Vinc.*, 1, *45-46* ; *Fulg.*, *ad Ferrand.*, *12* (*CC 91, 399, 438-439*).

---

**23** °sint *Vinc. N* ita] *add.* et *F K*, sic *Fulg.* **24** operantur $N^a$, (a *i.r.*) *Fulg. Y.*

v. *om. A B C* **1** est *alt.*] *add.* et *F* **2** eo *C T* **5** id *om. S J* **7** patris uocem *C* **9** ascendisse] *praem.* in caelum *P μ* **11** et *om. T* **15** separabiliter $C^a$ **17** sine] non *F* °non *om.* $R^a$ °inseparabilis] *add.* sit $K^2$, *add.* est *μ* **19** genuerunt $A^a$ spiritus] *add.* et *A B* $N^2$ *F K P μ* **20** tedium *C*

sunt ut si quid hinc ex dono dei sapit infirmitas nostra, edisseramus eis ut possumus, *neque cum inuidia tabescente* PL 825 *iter* habeamus.

Si dicimus nos nihil de talibus rebus cogitare solere, mentimur ; si autem fatemur habitare ista in cogitationibus nostris quoniam rapimur amore indagandae ueritatis, flagitant iure caritatis ut eis indicemus quid hinc excogitare potuerimus. *Non quia iam acceperim aut iam perfectus sim* (nam si Paulus apostolus, quanto magis ego longe infra illius pedes iacens, *non me arbitror apprehendisse* ?), sed pro modulo meo si ea *quae retro sunt obliuiscor* et *in anteriora me extendo* et *secundum intentionem sequor ad palmam supernae uocationis,* quantum eiusdem uiae peregerim et quo peruenerim unde mihi in fine reliquus cursus est ut aperiam desideratur a me illis desiderantibus quibus me seruire cogit libera caritas. Oportet autem et donabit deus ut eis ministrando quae legant ipse quoque proficiam, et eis cupiens respondere quaerentibus ipse quoque inueniam quod quaerebam. Ergo suscepi haec iubente atque adiuuante domino deo nostro non tam cognita cum auctoritate disserere quam ea cum pietate disserendo cognoscere.

VI. [VI 9] Qui dixerunt *dominum nostrum Iesum Christum* non esse *deum,* aut non esse *uerum deum,* aut non *cum patre*

---

**22/23** Sap. 6, 25. **28** Phil. 3, *12. **30** Phil. 3, *13. **31/33** Phil. 3, *13-14. **38** Matth. 7, 7-8 ; Luc. 11, 9-10.

VI. **1** Symb. Nicaen., 19 (anath.). Symb. Nicaen., 4 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28.27. **1/3** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **2** Symb. Nicaen., 8. Symb. Nicaen., 10.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** VI. **1** Qui — **2** patre *Eug., p. 722, 5-6 ;* [*Godesc., excerpt.* (*p. 113, 9-10*)].

---

**21** ut] *om. A F* μ, iam *S*² hinc *om. C* **22** disseramus *F K* **24** Si] *add.* enim *S*² °nihil nos μ **24/25** mentiemur *S* **25** habitare] habere *P* **28** acceperimus *J* iam *alt.*] *ita F K, om. cett. codd.* μ perfecti simus *J* **29** apostolus] *add.* sic ait O³, *add.* sic agit (g *eras.*) *T* **30/31** modolo *K* **31** sunt *om. C*ᵃ **32** secundo (*corr. 1 m.*) *N* **33** °eiusdem] alius *I*ᵃ perrexerim *J* **34** finem *A*² O³ *F J K T* μ reliqus *K*ᵃ **34/35** desideratur a me ut aperiam *C* **34** aperiam] *add.* quod *S*² **35** a *om. A*ᵃ **36** donauit *K*ᵃ **37** et] et ut (et *eras.*) *P*, *J* **39/41** Ergo — cognoscere] *bis, pr. del. C* **39** °adiuuante] imperante *L.*

VI.] IV *A B C* **2** deum *pr.*] *add.* uerum *J* aut *pr.* — deum *alt. om. J* non *alt.*] *add.* esse *N* **2/3** aut *alt.* — deum *om. Eug. V*

*unum* et *solum deum,* aut non uere *immortalem* quia *mutabilem,* manifestissima diuinorum testimoniorum et consona uoce conuicti sunt. Vnde sunt illa : *In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum.* Manifestum enim quod *uerbum dei filium dei unicum* accipimus, de quo post dicit : *Et uerbum caro factum est,* propter natiuitatem incarnationis eius quae facta est in tempore *ex uirgine.* In eo autem declarat non tantum *deum* esse sed etiam *eiusdem cum patre substantiae* quia cum dixisset : *Et deus erat uerbum, Hoc erat,* inquit, *in principio apud deum ; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Neque enim dicit *omnia* 'nisi quae *facta sunt,*' id est omnem creaturam. Vnde liquido apparet ipsum factum non esse *per quem facta sunt omnia.* Et si factus non est, creatura non est ; si autem creatura non est, *eiusdem cum patre substantiae* est. Omnis enim substantia quae deus non est creatura est, et quae creatura non est deus est. Et si non est filius *eiusdem substantiae cuius pater,* ergo facta substantia est; si facta substantia est, non *omnia per ipsum facta sunt* ; at si *omnia per ipsum facta sunt, unius* igitur *eiusdem*que *cum patre substantiae* est. Et ideo non tantum *deus* sed et *uerus deus.* Quod idem Iohannes apertissime in epistula sua dicit : *Scimus quod filius dei uenerit et dederit nobis intellectum ut cognoscamus uerum et simus in uero, filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus et uita aeterna.*

**3** Symb. Nicaen., 8 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2b. Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Symb. Afric., 1. **3/4** Symb. Nicaen., 19e (anath.). **5/6** Ioh. 1, 1. **7** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. Ioh. 1, 14.18 ; 3, 16.18 ; Act. 8, 37 ; 1 Ioh. 4, 9 ; 5, 5.20 ; Symb. Nicaen., 5-6 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 2 ; III, 2 ; Symb. Afric., 2. **8** Ioh. 1, 14. **8/9** Ioh. 1, 14 ; 1 Ioh. 4, 2 ; Symb. Nicaen., 15 ; uide Symb. 'Quicumque,' 27. **9** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3 ; Gal. 4, *4. **10** Symb. Nicaen., 8. **10/11** Symb. Nicaen., 10. **11/12** Ioh. 1, 1. **12/13** Ioh. 1, 2-3. **15** Symb. Nicaen., 10.19c (anath.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **15/16** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **16/17** Symb. Nicaen., 10 ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **17** Symb. Nicaen., 10. **19/20** Symb. Nicaen., 10.19d (anath.). **21** Ioh. 1, 3. **21/22** Ioh. 1, 3. **22** Symb. Nicaen., 10. **23** Ambr., fid. I, 17, 108 (CSEL 78, 48, 1/2). Symb. Nicaen., 8. Symb. Nicaen., 9 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2b. **24/26** 1 Ioh. 5, *20.

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 3** unum — **26** aeterna *Eug., p. 722, 6-723, 6* ; [*Godesc., excerpt.* (*p. 110, 15-114, 7*)]. **6** Manifestum — **23** deus *alt.* [*coll., f.* 1v-2v]. **17** Omnis — **19** est. *alt. Prosp., sent.* LV (*PL 51, 435*).

**3/4** immutabilem (im *eras.*) *J* **6** °Manifestum] *add.* est $O^3$ *F K I L* μ, manifeste *Eug. V* **7** enim] *add.* est *J* °quod *om. Eug. V* °filium dei *om.* $V^a$ *Eug. V* **8** est] *add.* et habitauit in nobis *J* μ natiuitatem] ti *s. l.* $N^1$ **11** °quia] qui *I* **15** liquide *C* $N^a$ $S^a$ *F J K P* appariet $O^3$ **16** omnia *om.* $N^a$ non *pr. om.* $T^a$ **18** °enim *om. Prosp.* **19** est *alt.*] *add.* nulla ergo differentia est in deitate trinitatis quoniam quod deo minus est deus non est *Prosp.* **20** si] *praem.* et *P* **21/22** °at — sunt *om. Eug. V* **21** si] *exp. A, om. B C J* μ ipsum] isum $J^a$ **22** eiusdemque igitur *F* cum patre eiusdemque *J* °substantia *Eug. V* **23** Et *pr. om. J* idem] ita *C* **23/24** iohannis $S^a$ $K^a$ **25** uerum] //uerum *2 litt. eras. C, add.* deum $K^2$ μ **26** filium $C^a$ est *om.* $N^a$

**[10]** Hinc etiam consequenter intellegitur non tantummodo de patre dixisse apostolum Paulum : *Qui solus habet immortalitatem*, sed de uno et solo deo, quod est ipsa trinitas. Neque enim ipsa *uita aeterna* mortalis est secundum aliquam mutabilitatem ; ac per hoc *filius dei*, quia *uita aeterna est*, cum patre etiam ipse intellegitur ubi dictum est : *Solus habet immortalitatem*. Eius enim uitae aeternae et nos *participes facti* pro modulo nostro immortales efficimur. Sed aliud est ipsa cuius *participes* efficimur *uita aeterna*, aliud nos qui eius participatione uiuemus *in aeternum*. Si enim dixisset : '*Quem temporibus propriis ostendit* pater *beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem*,' nec sic inde separatum filium oporteret intellegi. Neque enim quia ipse filius alibi loquens uoce sapientiae (ipse est enim *sapientia dei*) ait : *Gyrum caeli circuiui sola*, separauit a se patrem. Quanto magis ergo non est necesse ut tantummodo de patre praeter filium intellegatur quod dictum est : *Qui solus habet immortalitatem*, cum ita dictum sit : *Vt serues*, inquit, *mandatum sine macula, inreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus propriis*

μ 755
PL 826

---

**28/29** 1 Tim. 6, 16. **29** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **30** Ioh. 3, 36 ; 6, 55 ; 10, 28 ; 17, 2-3 ; 1 Ioh. 5, 11-13.20. **31** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Ioh. 3, 36 ; 6, 55 ; 10, 28 ; 17, 2-3 ; 1 Ioh. 5, 11-13.20. **32/33** 1 Tim. 6, 16. **33** Ioh. 3, 36 ; 6, 55 ; 10, 28 ; 17, 2-3 ; 1 Ioh. 5, 11-13.20. **33/34** Hebr. 3, 1.14 ; 12, 8. **35** Hebr. 3, 1.14 ; 12, 8. Ioh. 3, 36 ; 6, 55 ; 10, 28 ; 17, 2-3 ; 1 Ioh. 5, 11-13.20. **35/36** Hebr. 3, 1.14 ; 12, 8. **36** Ioh. 6, 59 ; 10, 28. **38/39** 1 Tim. 6, *15-16. **40** *uoce sapientiae* : Eccli. 24, 1-4 : *Sapientia... dicens.* **41** 1 Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, 3-4. Eccli. 24, 8. **44** 1 Tim. 6, 16. **44/50** 1 Tim. 6, *14-16.

---

**Codd. :** **42** magis — **140** spiritus *def. A ; B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **27** Hinc — **46** propriis *Eug., p. 723, 7-724, 1.* **27** Hinc — **36** aeternum [*Godesc., excerpt.* (*p. 114, 7-16*)]. **36** Si — **46** propriis *Beda, f. 116v.* **40** Neque — **44** immortalitatem [*Alcuin., trin. II*, XVIII (*PL 101, 35*)].

---

**28** habet solus *S* habet] abit $C^{a}$ **29** solo et uno *J* et *om. K* quae *S* **31** quia] qui *S J* **32** Solus] *praem.* qui *F μ* **34** modulo] modo *A B C J K P T* **35** uitae aeternae (-e, -e *eras.*) *O, Eug. V* **36** °uiuimus *Eug. V* °enim *om. Beda* °Quam] quod *Beda* **37** °ostendit] *ita J R Eug. A G V*, ostendet *cett. codd. Eug.* $A^{2}$ $G^{2}$ *v Beda μ* **39** nec] ne $T^{a}$ oporterit $K^{a}$ **40** °quia *om. Beda* °ipse *pr.*] ipsa *Beda* **41** enim est *N* dei sapientia *A* $B^{a}$ *C μ* ait] *praem.* quae *A* $J^{2}$ circumiui *B C* $O^{2}$, circumii *J K* **42** °separauit a] se paritura *Beda* **43** intellegatur] *bis, pr. eras. T* **44** Qui *om. A* $B^{2}$ $N^{a}$ *O K Eug. V* **46** °quem] quae *Beda* **47** °ostendit] *ita J R Eug. A G V*, ostendet *cett. codd. Eug. v Beda μ* //rex *2 litt. eras. F*

*ostendit beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem ; quem nemo hominum uidit nec uidere potest ; cui est honor et gloria in saecula saeculorum.* In quibus uerbis nec pater proprie nominatus est nec filius nec spiritus sanctus, sed *beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium,* quod est *unus* et *solus* et *uerus deus,* ipsa trinitas.

[**11**] Nisi forte quae sequuntur perturbabunt hunc intellectum, quia dixit : *Quem nemo hominum uidit nec uidere potest,* cum hoc etiam ad Christum pertinere secundum eius diuinitatem accipiatur quam non uiderunt iudaei, qui tamen carnem uiderunt et crucifixerunt. Videri autem diuinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur quo iam qui uident non homines sed ultra homines sunt. Recte ergo ipse deus trinitas intellegitur *beatus et solus potens,* ostendens *aduentum domini nostri Iesu Christi temporibus propriis.* Sic enim dictum est : *Solus habet immortalitatem,* quomodo dictum est : *Qui facit mirabilia solus.* Quod uelim scire de quo dictum accipiant. Si de patre tantum, quomodo ergo uerum est quod ipse filius dicit : *Quaecumque enim pater facit, haec eadem et filius facit similiter* ? An quidquam est inter mirabilia mirabilius quam resuscitare et uiuificare mortuos ? Dicit autem idem filius : *Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat.* Quomodo ergo *solus* pater *facit mirabilia,* cum haec uerba nec patrem tantum nec filium tantum permittant intellegi, sed utique *deum unum uerum solum,* id est patrem et filium et spiritum sanctum?

---

**52** I Tim. 6, 15. **53** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **55/56** I Tim. 6, *16. **61** I Tim. 6, 15. **62** I Tim. 6, 14. **62/63** I Tim. 6, *15. **63** I Tim. 6, 16. **64** Ps. 71, 18. **66/67** Ioh. 5, *19. **68** Ioh. 5, 21. **69/70** Ioh. 5, 21. **70/71** Ps. 71, 18. **72** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L R V ; def. M).*

**Test. : 47** ostendit — **73** sanctum *Eug., p. 724, 1-725, 2.* **47** ostendit — **48/49** inaccessibilem, **50** In — **63** propriis *Beda, f. 116*ᵛ. **47** beatus — **53** trinitas [*Alcuin., trin. II,* XVIII (*PL 101, 35*)]. **48** qui — **53** trinitas [*coll., f. 2*ᵛ]. **60** recte — **64** solus, **70** Quomodo — **73** sanctum [*Godesc., excerpt.* (*p. 114, 16-23*)].

---

**48** habitat] hab/tat *1 litt. eras.* $C^a$, habet $N^a$ $O^a$ **49** °uidet *L* $V^a$ °uideri $I^a$ **50** gloria et honor *F* honor et *om. J* °saeculorum] *add.* amen $P^2$ *L* μ **52** dominus et *F* **53** est *om. K Beda* °et *alt.*] *ita I Eug.* (*A G V v*) μ, *om. cett. codd. Beda* **54** °perturbabunt] conturuabunt *Eug. V* **55** °Quem] quae *Beda* °uideri $I^a$ **56** °etiam hoc *Beda* **56/57** diuinitatem eius $J^a$ **57** °quam] quae *Beda* uiderent $C^a$ °tamen] tantum *Beda* **58** carne *C* diuinitas] //uinitas *2 litt. eras.* $C^a$ **59** °uisu *pr.*] usu *Eug. V* eo] *praem.* de *C*, *om. K* quod (d *eras.*) *O* **59/60** quo iam] quoniam *K* **60** iam *om. C* **61** deus ipsa *T* °potens *om.* $V^a$ **63** Solus] *praem.* qui *F* **64** uellim $C^a$ **65** quod $C^a$ °accipiunt *Eug. V* **67** eadem *om.* $B^a$ *C P T* similiter facit *N O J* **68** et] ac *J* **69** autem *om. C P* filius *om.* $I^a$ **69/70** uificat $T^a$ **70** quod *C*

[**12**] Item dicit idem apostolus : *Nobis unus deus pater ex quo omnia, et nos in ipso ; et unus dominus Iesus Christus per quem omnia, et nos per ipsum.* Quis dubitet eum *omnia* 'quae *creata sunt*' dicere, sicut Iohannes : *Omnia per ipsum facta sunt* ? Quaero itaque de quo dicit alio loco : *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in saecula saeculorum.* Si enim de patre et filio et spiritu sancto ut singulis personis singula tribuantur, *ex ipso,* ex patre ; *per ipsum,* per filium; *in ipso,* in spiritu sancto; manifestum quod *pater et filius et spiritus sanctus unus deus est* quando singulariter intulit : *Ipsi gloria in saecula saeculorum.* Vnde enim coepit hunc sensum; non ait : *O altitudo diuitiarum* 'sapientae et scientiae patris aut filii aut spiritus sancti,' sed *sapientiae et scientiae dei ! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius ! Quis enim cognouit sensum domini ? Aut quis consiliarius eius fuit ? Aut quis prior dedit, et retribuetur ei ? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Si autem hoc de patre tantummodo intellegi uolunt, quomodo ergo omnia per patrem sunt sicut hic dicitur, et omnia per filium sicut ad corinthios ubi ait : *Et unus dominus Iesus Christus per quem omnia,* et sicut in euangelio Iohannis : *Omnia per ipsum facta sunt* ? Si enim alia

PL 827 — μ 756

**74/76** 1 Cor. 8, *6. **77** Col. 1, 16 ; Apoc. 4, 11. **77/78** Ioh. 1, 3. **78/83** Euseb. Vercell., trin. IV, 22-24 (CC 9, 62, 174/197). **78/80** Rom. 11, *36. **80/84** uide Symb. 'Quicumque,' 19. **81** Rom. 11, 36. **82** Rom. 11, 36. **82/83** Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98). **84** Rom. 11, *36. **85/88** Rom. 11, *33. **88/89** Rom. 11, 34 ; Is. 40, 13 ; 1 Cor. 2, 16. **89** Rom. 11, *35. **90** Rom. 11, *36. **92/93** Rom. 11, 36. **93/94** 1 Cor. 8, 6. **95** Ioh. 1, 3.

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test. :** **74** Item — **95** alia *Eug., p. 725, 3-28.* **74** Item — **84** saeculorum [*Godesc., excerpt.* (*p. 114, 23-115, 3*)]. **78** Quaero — **87** eius, **81** Si — **85** alia *Beda, f. 36.* **78** Quoniam — **84** saeculorum [*coll., f. 2*[v]].

**74** °dicit] *praem.* cum *S*[2] *L μ* nobis] *add.* est (*?*) *eras. F* **75** dominus] *add.* noster *T* **76** dubitat *C* **77** Omnia] *add.* inquit *F* **78** quod *C*[a] dicit] *ita N O S P Eug.* (*A G V v*), dicat *N*[2] *O*[3] *cett. codd. Beda μ* °alio loco *om. Beda* **79** ipso *alt.*] ipsum *C*[a] °sunt *om. I*[a] **80** °saeculorum] *add.* amen *eras. V, μ* **81** singola *C*[a] °tribuantur] tur *s. l. N*[1], tribuuntur *Beda* °ex *alt. om. Beda* per ipsum *om. N*[a] **82** °in *alt. om.* R[a] *Eug. A P V* in spiritu sancto *om. N*[a] manifestum] *add.* est *F* **83** deus unus *J* singolariter *C*[a] **86** sapientiae] *add.* dei *N O S* **87** dei *om. N O* inuestigabiles] inuestigabilis *C*[a], *praem.* quam *F* **88** eis] ipsius *N*[2] *O*[3] *S F K P Eug. V* sensum] *ita S F K P Eug.* (*A G V v*), mentem *cett. codd. μ* **88/89** consiliarius eius] ei consiliarius *N O S* **89** °prior dedit] *ita I V*, *praem.* illi *B F J K P R V*[2], prior illi dedit *C*, *add.* illi *N O T Eug. V μ*, *praem.* ei *S Eug. A G v*, prior ei dedit *L* **90** gloria] *add.* et imperium *P* **91** tanto modo *C*[a] **92** uoluit *T*[a] per patrem omnia *T* °patrem] patre *Eug. V* **93** corintheos *K* **94** dominus] *add.* noster *T* **95** Iohannis] *i. r. O*[2], iohs *C*, iohannes *S T*

per patrem, alia per filium, iam non omnia per patrem nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem et omnia per filium, eadem per patrem quae per filium. *Aequalis* ergo est *patri* filius, et inseparabilis operatio est patris et filii. Quia si uel filium fecit pater quem non fecit ipse filius, non *omnia* per filium *facta sunt*. At *omnia* per filium *facta sunt*. Ipse igitur factus non est ut cum patre faceret *omnia* quae *facta sunt*. Quamquam nec ab ipso uerbo tacuerit apostolus et apertissime omnino dixerit : *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo,* hic deum proprie patrem appellans, sicut alibi : *Caput autem Christi deus*.

[**13**] Similiter et *de spiritu sancto* collecta sunt testimonia quibus ante nos qui haec disputauerunt abundantius usi sunt, quia et ipse *deus* et non creatura. Quod si non creatura, non tantum *deus* (nam et homines dicti sunt *dii*), sed etiam *uerus deus*. Ergo patri et filio prorsus aequalis et in trinitatis unitate consubstantialis et coaeternus. Maxime uero illo loco satis

---

**96/98** Rom. 11, 36. Ioh. 1, 3 ; 1 Cor. 8, 6 ; Symb. Nicaen., 11 ; Col. 1, 16 ; Apoc. 4, 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **98/99** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **99** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **100/101** Ioh. 1, 3. **101** Ioh. 1, 3. **101/102** Symb. Nicaen., 10 ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **102/103** Rom. 11, 36. Ioh. 1, 3. **104/105** Phil. 2, *6. **106** 1 Cor. 11, *3. **107/112** Ambr., spir. III, XIX, 18, 132-133 (CSEL 79, 206, 1 — 207, 19). **107** *de spiritu sancto* : Ambr., spir., Inscr. (CSEL 79, 5). *collecta sunt testimonia* : Ambr.,spir., Tit. libri III, XIX ; III, XIX, inscr. (CSEL 79, 13, 38 ; 206, 1) : *collectio* ; III, XIX, 18, 132 (CSEL 79, 206, 6) : ... *colligamus*. **108** *ante nos qui haec disputauerunt : s. Ambrosius*. **109** *quia et ipse deus* : Ambr., spir., Tit. libri III, XIX ; III, XIX, inscr. (CSEL 79, 13, 38 ; 206, 1) : *quia spiritus deus*. Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd. : *quia deus spiritus est* ; cf. Ambr., spir. III, X, 10, 59 [CSEL 79, 174, 3]) ; 4, 24 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. *et non creatura* : Ambr., spir., Tit. libri III, XIX ; III, XIX, inscr. (CSEL 79, 13, 39/40 ; 206, 2app.) : *et ideo creatura non est* ; Symb. Nicaen., 18 (tomus Damasi) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. *Quod si non creatura* : Ambr., spir. III, XIX, 18, 133 (CSEL 79, 207, 15/16) : *Qui creatura autem non est* ; Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **109/110** *non tantum deus* : Ambr., spir. III, XIX, 18, 133 (CSEL 79, 207, 16) : *sine dubio deus est*. **110** Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd.) ; 4, 24 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. Ex. 7, 1 ; Ps. 81, 6 ; Ioh. 10, 34-35 ; 1 Cor. 8, 5. **110/111** Sap. 12, 27 ; Ier. 10, 10. **111/112** uide Symb. 'Quicumque,' 24-25. **112/131** Ambr., spir. II, VI, 5, 44-47 (CSEL 79, 103, 93 - 104, 111).

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 96** per *pr.* — **112** satis *Eug., p. 725, 28-726, 17.* **96** per. *pr.* — **99** filii *Beda, f. 36.* **111** patri — **112** satis *Paris., p. 519, 8.* **112** Maxime — satis *Beda, f. 101v.*

---

**97** per patrem omnia *S F K* **98** per *alt. om. Ka* est ergo *N O S* **98/99** °ergo patri est *Eug. V* **100** °uel filium] sine filio *S2 I* quae *S2 F T* omnia] ama *Ca* **101** filium] ipsum *N Pa* At] aut si *T* **103** °ipse *Eug. V* **104** °dei forma *μ* **105** esse] *add.* se *P T* aequalem *P* propie *Ca* **106** °patrem *om. Ba C* appellat *J* deus] *add.* est *T Eug. V* **108** °usi] uisi *Eug. V* **109** et *pr. om. J* **111** prorsus] *add.* est *N2*, *add.* spiritus sanctus *Paris.* °unitate/ *1 litt. eras. K*, unitatem *I* **112** consubstantialis] *praem.* et *C* coaeternus] *add.* sit *C* illo] *praem.* in *T* satis *om. Ja*

claret quod spiritus sanctus non sit creatura ubi iubemur non seruire *creaturae* sed *creatori*, non eo modo quo iubemur *per caritatem* seruire *inuicem*, quod est graece δουλεύειν, sed eo modo quo tantum deo seruitur, quod est graece λατρεύειν. Vnde idolatrae dicuntur qui simulacris eam seruitutem exhibent quae debetur deo. Secundum hanc enim seruitutem dictum est : *Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies.* Nam hoc distinctius in graeca scriptura inuenitur, λατρεύσεις enim habet. Porro si tali seruitute *creaturae* seruire prohibemur quandoquidem dictum est : *Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies* — unde et apostolus detestatur eos PL 828 qui *coluerunt et seruierunt creaturae quam creatori* —, *non est utique creatura* spiritus sanctus cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur dicente apostolo : *Nos enim sumus circumcisio, spiritui dei seruientes,* quod est in graeco λατρεύοντες. Plures enim codices etiam latini sic habent, *qui spiritui dei seruimus* ; graeci autem omnes aut paene omnes. In nonnullis autem exemplaribus latinis inuenimus non *spiritui* μ 757 *dei seruimus,* sed *spiritu deo seruimus.*

---

**113** Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22 ; Ambr., spir., Tit. libri III, xix ; III, xix, inscr. (CSEL 79, 13, 39/40 ; 206, 2app.). **113/114** Ambr., spir. II, vi, 5, 47 (CSEL 79, 104, 106/108). Rom. 1, 25. **114/115** Gal. 5, 13. **116** Ambr., spir. II, vi, 5, 47 (CSEL 79, 104, 109/110) ; Deut. 6, 13 ; 10, 20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8. **118/119** Ambr., spir. II, vi, 5, 47 (CSEL 79, 104, 110/111). **119** Deut. 6, *13 ; 10, *20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8. **121/123** Ambr., spir. II, vi, 5, 45 (CSEL 79, 103, 97/98). **121/122** Rom. 1, 25. **122/123** Deut. 6, *13 ; 10, *20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8. **123/124** Ambr., spir. II, vi, 5, 45 (CSEL 79, 103, 98/99). **124** Rom. 1, *25. **125** Ambr., spir. II, vi, 5, 44 ; III, xix, 18, 140 (CSEL 79, 103, 95 ; 209, 65) ; Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **125/127** Ambr., spir. II, vi, 5, 45 (CSEL 79, 103, 100/102). **126/127** Phil. 3, *3. **128/129** Ambr., spir. II, vi, 5, 46 (CSEL 79, 104, 104/106). Phil. 3, *3. **130/131** Ambr., spir. II, vi, 5, 46 (CSEL 79, 103, 102 - 104, 104). Phil. 3, *3. **131** Phil. 3, 3.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V* ; *def. M*).

**Test. :** **113** claret — **131** seruimus *alt. Eug., p. 726, 17-727, 11.* **113** claret — **129** seruimus *Paris., p. 519, 8-20* [*uide etiam append. D*]. **113** claret — **131** seruimus *alt. Beda, f. 101v.*

**113** claret] apparet *Paris.* creaturam (m *eras.*) *N* **115** inuicem *praem.* per *K* duleuin *B C N F*, duleuin *O S J K P T Beda Paris.*, ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ *Eug. V* **115/116** sed — λατρεύειν *om. K* **116** quo] quod *Ca*, qu/ *1 litt. eras. Na* °tantum] tamen *Beda* latreuin *B C N T*, latreuin *O S F J P Beda Paris.*, ΛΑΤΡΕΥΕΙΝ *Eug. V* **117** °idolatrae] idolat/// *3 litt. eras. Na*, idolotriae *R*, idololatriae *Eug. V*, idololatrae *μ* **117/118** °eam — deo] quae deo debetur exhibent seruitutem *Eug. V* **118** deo debetur *T* **120** °hoc] *praem.* et *R μ* latreusis *B N T*, latreusis *C O S F J K P Beda Paris.*, ΛΑΤΡΕΥΣΙΣ *Eug. V* **121** talis (s *eras.*) *N*, *Beda* uirtute *Sa* **124** quam] *ita N O S K P*, *praem.* magis *O3*, *praem.* potius *N2S2K2P2 cett. codd. Eug.* (*A G V v*) *Beda μ* **127** circumcisi *J* **127/128** latreuontes *B C N T*, latreuontes *O S F J P2 Beda Paris.*, latreuoentes *K*, latreontes *P*, ΛΑΤΡΕΥΟΝΤΕΣ *Eug. V* **128** pluris *Ca* spiritu *Na*, (*corr. 1 m.*) *J*, *Paris.* **129** autem] *add.* haec *S2* **130** spiritu *Na* **131** spiritui *B2*

Sed qui in hoc errant et auctoritati grauiori cedere detractant, numquid et illud uarium in codicibus reperiunt : *Nescitis quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a deo* ? Quid autem insanius magisque sacrilegum est quam ut quisquam dicere audeat *membra Christi templum* esse creaturae minoris secundum ipsos quam Christus est ? Alio enim loco dicit : *Corpora uestra membra sunt Christi.* Si autem quae *membra sunt Christi templum est spiritus sancti, non est creatura* spiritus sanctus, quia cui corpus nostrum *templum* exhibemus necesse est ut huic eam seruitutem debeamus qua non nisi deo seruiendum est, quae graece appellatur λατρεία. Vnde consequenter dicit : *Glorificate ergo deum in corpore uestro.*

VII. [VII **14**] His et talibus diuinarum scripturarum testimoniis quibus, ut dixi, priores copiosius usi expugnauerunt haereticorum tales calumnias uel errores, insinuatur fidei nostrae unitas et aequalitas trinitatis. Sed quia multa in sanctis libris propter *incarnationem* uerbi dei, quae pro salute nostra reparanda facta est ut *mediator dei et hominum* esset *homo Christus Iesus,* ita dicuntur ut maiorem filio pa-

---

**134/135** I Cor. 6, *19. **136** I Cor. 6, 15. **136/137** I Cor. 6, 19. **137** Ambr., spir. II, VI, 5, 44 (CSEL 79, 103, 95) ; Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **138** I Cor. 6, 15. **139** I Cor. 6, 15. I Cor. 6, 19. **140** Ambr., spir. II, VI, 5, 44 (CSEL 79, 103, 95) ; Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **140/141** I Cor. 6, 19. **141/143** Deut. 6, 13 ; 10, 20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8. **143/144** I Cor. 6, *20.

VII. **2** *dixi* : I, IV, I sqq. ; VI, 2 sqq. **5** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **5/6** Hebr. 2, 10 ; Act. 4, 12. **6/7** I Tim. 2, 5. **7/8** Ps. 8, 6 ; 21, 7 ; Phil. 2, 7 ; Hebr. 2, 9. Ioh. 14, 28.

---

**Codd.** : *usque ad* **140** spiritus *def. A ; B C N O S F J K P T (I L R V ; def. M).*

**Test.** : **132** Sed — **144** uestro *Eug., p. 727, 11-24.* **132** Sed — **135** deo *Beda, f. 101v.*

VII. **1** His — **7/8** patrem *Vinc.*, I, *107-110*, II, *7-10 ; Eug., p. 728, 5-11.*

---

**132** erant $J^a$ °cedere] credere *Beda* **132/133** detrectant *A B* $C^2$ $N^2$ $O^3$ $S^2$ *F P Beda μ*, detrectent *N* **133** uariam $K^a$ codibucibus (bu *pr. exp., del.*) *T* **134** templum] *add.* est qui $N^2$, *add.* qui $P^2$ °nobis *L* **135** magis quae (a *alt. eras.*) *K* sacreligum $C^a$ **136** quisque *T* templo $C^a$ **138/139** Si — Christi *om.* $T^a$ **140** °sancti *Eug. V* **142** qua] quia $C^a$, (i *eras.*) *T* non si $S^a$ **142/143** latria appellatur *T* latria *N*, latria *cett. codd.*, ΛΑΤΡΙΑ *Eug. V* ergo] *add.* et portate $O^3$ $S^2$ *T Eug.* (*A G V v*) deum] dominum $O^2$.

VII.] v *A B C* **1/4** His — Sed *om. Eug. V* **1** °His — talibus] multis itaque atque innumeris *Vinc.* talibus] li *s. l.* $K^1$ **2** ut dixi *om. Vinc.* priores] *add.* nostri *P μ* °copiosius *om. Vinc.* **3** tales hereticorum *T* °tales *om. Vinc.* **4** et] uel *T* **6** mediatur $K^a$

trem significent uel etiam apertissime ostendant, errauerunt homines minus diligenter scrutantes uel intuentes uniuersam seriem scripturarum, et ea quae de Christo Iesu secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam quae ante *incarnationem* sempiterna erat et sempiterna est transferre conati sunt. Et illi quidem dicunt minorem filium esse quam pater est quia scriptum est ipso domino dicente : *Pater maior me est*. Veritas autem ostendit secundum istum modum etiam se ipso minorem filium. Quomodo enim non etiam se ipso minor factus est qui *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens* ? Neque enim sic accepit *formam serui* ut amitteret *formam dei* in qua erat *aequalis patri*. Si ergo ita accepta est *forma serui* ut non amitteretur *forma dei*, cum et in *forma serui* et *in forma dei* idem ipse sit *filius unigenitus dei* patris, PL 829
*in forma dei aequalis patri*, in *forma serui mediator dei et hominum homo Christus Iesus*, quis non intellegat quod *in forma dei* etiam ipse se ipso maior est, in *forma* autem *serui* etiam se ipso minor est ? Non itaque immerito scriptura utrumque dicit, et *aequalem patri* filium, et patrem maiorem filio. Illud enim propter *formam dei*, hoc autem propter *formam serui* sine ulla confusione intellegitur.

Et haec nobis regula per omnes sanctas scripturas dissoluendae huius quaestionis ex uno capite epistulae Pauli apostoli promitur ubi manifestius ista distinctio commendatur. Ait enim : *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est*

---

**11/12** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **13/15** Hil., syn., 11 (PL 10, 489). **14/15** Ioh. 14, 28. **17/18** Phil. 2, 7. **18** Phil. 2, 7. **19** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **19/20** Phil. 2, 7. **20** Phil. 2, 6. **20/21** Phil. 2, 7. **21** Phil. 2, 6. Symb. Rom.-Mediol. I, 2 ; Ioh. 1, 14.18 ; 3, 16.18 ; 1 Ioh. 4, 9 ; Symb. Nicaen., 5-6. **22** Phil. 2, 6. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. Phil. 2, 7. **22/23** 1 Tim. 2, 5. **23/24** Phil. 2, 6. **24** Phil. 2, 7. **26** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **26/27** Ioh. 14, 28. **27** Phil. 2, 6. **27/28** Phil. 2, 7. **32/35** Phil. 2, *6-7.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V* ; *def. M*).

**Test. :** **9** significant — **32** est *Vinc.*, II, *10-37* ; *Eug.*, *p. 728, 11-729, 9.* **13** Et — **25** est *Beda, f. 99$^{v}$-100.* **16** Quomodo — **32** est [*coll., f.* 2$^{v}$-3$^{v}$]. **25** Non — **28** intellegitur [*Alcuin., trin. III*, VII (*PL 101, 42*)].

---

**8** °ostendent *Eug. V* **9** °diligentes *Eug. V* °uniuersa *Eug. V* **10** °quae *om. Eug. V* **13** Et] at *K* °esse filium *Eug. V* **14** °est] sit *i. r.* $L^{2}$ domino] filio *T* me maior *A* **15** °ostendit] *add.* se *Eug. V* **16** ipso *pr.*] ipsum $N^{a}$ $O^{a}$ minorem — ipso *alt. om.* $T^{a}$ *Vinc. R* **17** exinauit $K^{a}$ **19** in — patri *om. Beda* **21** in *om. K* °idem *om. Beda* **23** °quod] quia *Vinc.* **24** ipse *om. P Vinc. R* **25** itaque] utique *i. r.* $N^{2}$ **26** et *pr.*] *om. C*, ad $K^{a}$ **29** °sanctas] sacras *μ* **29/30** desoluendae *K* **30** quaestiones $K^{a}$ capitulo *S F J P T Vinc. R μ* **31** °expromitur *T* manefestius $C^{a}$ ista] ita *C* **32** rapina *A*

*esse aequalis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inuentus ut homo.* Est ergo *dei filius deo patri* natura *aequalis, habitu minor.* In *forma* enim *serui* quam accepit *minor* est *patre* ; *in forma* autem *dei* in qua erat etiam antequam hanc accepisset *aequalis* est *patri. In forma dei uerbum per quod facta* μ 758
*sunt omnia* ; in *forma* autem *serui factus ex muliere, factus sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret.* Proinde *in forma dei fecit hominem* ; in forma serui *factus est homo.* Nam si pater tantum sine filio fecisset hominem, non scriptum esset : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Ergo quia *forma dei* accepit *formam serui,* utrumque *deus et* utrumque *homo* ; sed utrumque *deus* propter accipientem deum, utrumque autem *homo* propter acceptum hominem. Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum atque mutatum est ; nec diuinitas quippe in creaturam mutata est ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem ut desisteret esse creatura.

VIII. [VIII **15**] Illud autem quod ait idem apostolus : *Cum autem*

---

**35** uide Symb. 'Quicumque,' 28 ; II Cor. 1, 19. Phil. 2, 6. uide Symb. 'Quicumque,' 31. Phil. 2, 7. **36** uide Symb. 'Quicumque,' 31. Phil. 2, 7. uide Symb. 'Quicumque,' 31. **37** Phil. 2, 6. **38** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. Phil. 2, 6. Ioh. 1, 1. **38/39** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **39** Phil. 2, 7. **39/40** Gal. 4, 4-5. **40/41** Phil. 2, 6. **41** Gen. 1, *27 ; 5, *1 ; Sap. 2, *23 ; Eccli. 17, *1. Phil. 2, 7. Symb. Nicaen., 15. **42** Gen. 1, 26.27 ; 5, 1 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1 ; Col. 3, 10 ; Iac. 3, 9. **43** Gen. 1, 26. **44** Phil. 2, 6-7. **44/46** uide Symb. 'Quicumque,' 28.32.35. **46/49** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **47/48** *conuersum atque mutatum* : Cic., orat. part., VII, 23 : *conuersa atque mutata* ; de or. III, XLV, 177 : *mutatur et uertitur.*

VIII. **1/3** I Cor. 15, *28.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V* ; *def. M*).

**Test.** : **33** esse — **50** creatura *Vinc.*, II, *37-45*, III, *9-19* ; *Eug.*, *p. 729, 9-730, 2* ; [*coll.*, *f.* $3^v$*-4*]. **34** in — **38** patri *Beda*, *f. 100.* **40** in — **41** homo, **44** Ergo — **50** creatura [*Alcuin.*, *trin. III*, VII (*PL 101, 42*), *II*, X (*PL 101, 29-30*)]. **44** utrumque — **46** hominem [*Godesc.*, *trina*, IV (*p. 99, 6-7*) ; *diuers.*, *15* (*p. 317, 28-318, 2*) ; *opusc. I*, *55* (*p. 405, 19-21*)]. **47** Neque — **50** creatura *Spal.*, *p. 182.*

VIII. **1** Illud — autem *Vinc.*, III, *20* ; *Eug.*, *p. 730, 5* ; *Beda*, *f.* $63^v$.

---

**33** °aequalis esse *I L* esse] *add.* se *A T Vinc.* R aequalem *A Vinc.* R **34** similitudinem *C S F*, (m *eras.*) *T*, *Vinc. Beda* μ **36** °minor] maior *Beda* **37** °etiam *om. Beda* hoc *F* **37/38** °acciperet *Vinc.* R *Eug. V* **39** °factus] *add.* est *Vinc.* **40** redemeret $K^a$ **42** tantum] tantummodo *F* °fecit *T* **44** °Ergo *om. Eug. V* °et *om. Eug.* (*A G V v*) **46** propter] *add.* susceptam humanitatem *N* acceptum] *praem.* id est $N^2$ **47** illa] *add.* unitione *N* susceptione] *praem.* uel $N^2$ **48/49** °creatura *Vinc. N* **49** °creaturam *Eug. V* **50** °diuinitatem] *add.* mutata est *T*, diuinitate *Spal.* desisterit *C.*

VIII.] VI *ABC* **1** °autem] enim *Vinc.* ait] dicit *N O S F J K P* μ idem] *ita T Eug.* (*G P v*), item *A B C*, *om. cett. codd. Vinc. Beda* μ °apostolus *om. Beda*

*ei omnia subiecta fuerint, tunc et ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia,* aut ideo dictum est ne quisquam putaret habitum Christi, qui ex humana creatura susceptus est, conuersum iri postea in ipsam diuinitatem uel, ut certius expresserim, deitatem, quae non est creatura sed est unitas trinitatis incorporea et incommutabilis, et sibimet consubstantialis et coaeterna natura. Aut si quisquam contendit, ut aliqui senserunt, ita dictum : *Et ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia,* ut ipsam subiectionem, commutationem et conuersionem credat futuram creaturae in ipsam substantiam uel essentiam creatoris, id est ut quae fuerat substantia creaturae fiat substantia creatoris, certe uel hoc concedit quod non habet ullam dubitationem nondum hoc fuisse factum cum dominus diceret : *Pater maior me est.* Dixit enim hoc non solum antequam ascendisset *in caelum,* uerum etiam antequam *passus* resurrexisset *a mortuis.* Illi autem qui putant humanam PL 830 in eo naturam in deitatis substantiam mutari atque conuerti, et ita dictum : *Tunc et ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia,* ac si diceretur : '*Tunc et ipse filius* hominis et a uerbo dei suscepta humana natura commutabitur in eius naturam *qui ei subiecit omnia,*' tunc futurum putant *cum* post diem iudicii *tradiderit regnum deo et patri.* Ac per hoc etiam secun-

---

**4** Phil. 2, 7. **4/6** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **9/10** I Cor. 15, *28. **15** Ioh. 14, 28. **16** Symb. Rom.-Mediol. III, 6 ; Symb. Nicaen., 17 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 6 ; II, 6 ; Symb. Afric., 6 ; uide Symb. 'Quicumque,' 37. **16/17** Symb. Nicaen., 15-16 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 4-5. **17/18** Symb. Nicaen., 19d-e (anath.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **10/11.18** *commutationem et conuersionem... mutari atque conuerti* : Cic., de or. III, XLV, 177 : *mutatur et uertitur* (ut et Prosp., sent. 381 : *uertitur et mutatur*) ; orat. part., VII, 23. **19/20** I Cor. 15, *28. **20/22** I Cor. 15, *28. **21/22** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **22/23** I Cor. 15, 24.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 2** ei *pr.* — **23/24** secundum *Eug., p. 730, 5-731, 7.* **2** ei *pr.* — **8** natura *Vinc.*, III, *20-27 ; Beda, f. 63v .*

---

**2** ei] *om. F*, illi *J* fuerint] fuerent $C^a$, *add.* illi *F* °filius *om. Vinc.* R *Beda* **3** illi] sibi *N O S J P Vinc.* °aut *om. Vinc. Beda* idio $C^a$ **4** creatura] natura $P^2$ **4/5** conuersum iri] conuersuri $C^a$, conuersum (iri *om.*) $N^a$ *S Vinc.* R *Beda* **5** certus $N^a$ **5/6** °certius expresserim] expressius dixerim *Vinc.* °expresserunt *Beda* **6** °deitatem] inditatem *Beda A*, in deitatem *Beda* $A^2$ **7** °incorporea trinitas *Eug. G P v*, incorporea trinitatis *Eug.* $G^3$ incorporeae $C^2$ **7/8** et sibimet concubstantialis *om.* $N^a$ **7** °sibi *Beda* **9** °ei *om. Eug.* $G^a$ *P v* **10** ut] et $A^a$ ipsa subiectione *C* °commutationem *om. Eug.* $G^a$ *P v* **11** conuersationem (*corr. 1 m.*) *A* credant *T* **13** concedat *T* **14** non habet ullam] nullam habet *P* nondum] *praem.* non *exp. C* fuisset $C^a$ **16** ascendisset antequam (*corr. 1 m.*) *T* caelo $C^a$ **17** resurrexisset] surrexisset *J* **19** ei] illi *A B C* illi] ei *A B C* **21** natura humana *T* **22** °ei] illi *Eug.* (*G P v*) futuram $S^a$ $P^a$ cum post] conpostea post $C^a$ **22/23** iudicii diem *T* **23** °regnum tradiderit *Eug.* (*G P v*) tradideret $C^a$ et *om.* $J^a$ Ac] *exp.* $J^1$ etiam *om.* $B^a$

dum istam opinionem adhuc *pater maior est* quam *serui forma* quae *de uirgine* accepta est. Quod si et aliqui hoc affirmant, quod iam fuerit in dei substantiam mutatus *homo Christus Iesus,* illud certe negare non possunt quod adhuc natura hominis manebat quando ante passionem dicebat : *Quoniam pater maior me est.* Vnde nulla cunctatio est secundum hoc esse dictum quod *forma serui maior est pater,* cui *in forma dei aequalis* est filius.

Nec quisquam cum audierit quod ait apostolus : *Cum autem dixerit quia omnia subiecta sunt, manifestum quia praeter eum qui subiecit illi omnia,* ita existimet de patre intellegendum quod subiecerit omnia filio ut ipsum filium sibi omnia subiecisse non putet. {Quod apostolus ad philippenses ostendit dicens : *Nostra autem conuersatio in caelis est ; unde et saluatorem exspectamus dominum Iesum Christum, qui transfigurauit corpus humilitatis nostrae conforme ut fiat corpori gloriae* μ 759 *suae, secundum operationem suam qua possit etiam sibi subicere omnia.*} Inseparabilis enim est operatio patris et filii. Alioquin nec ipse pater sibi subiecit omnia, sed filius ei subiecit qui ei regnum tradidit et euacuat *omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem.* De filio quippe ista dicta sunt : *Cum tradiderit,* inquit, *regnum deo et patri, cum eua-*

---

**24** Ioh. 14, 28. **24/25** Phil. 2, 7. **25** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3 ; Gal. 4, *4. **26** Symb. Nicaen., 19d-e (anath.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **26/27** 1 Tim. 2, 5. **29** Ioh. 14, *28. **30** Phil. 2, 7. Ioh. 14, *28. **31** Phil. 2, 6. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **32/34** 1 Cor. 15, *26-27. **35** 1 Cor. 15, 27 ; Ps. 8, 8 ; Hebr. 2, 8. **35/36** Phil. 3, 21. **37/41** Phil. 3, *20-21. **41** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **42** 1 Cor. 15, 28. **43/44** 1 Cor. 15, *24. **45/46** 1 Cor. 15, *24.

---

**Codd.** : *A B C    N O S    F J K P T    (I L R V ; def. M).*

**Test.** : **24** istam — **36** putet *Eug., p. 731, 7-19.* **33** Nec — **36** putet *Beda, f. 63.* **41** Inseparabilis — **45/46** euacuauerit *Eug., p. 731, 19-24 ; Beda, f. 63.*

---

**24/25** °serui — uirgine] quae de uirgine serui forma *μ* **25** et aliqui] *ita P Eug. (G P v)*, aliqui et *cett. codd. μ* aliqui/ *1 litt. eras. N* **26** substantja *F K* mutatus homo] mutata humanitas *N* **27** christi *N* Iesus *om. N* $O^a$ illud] *add.* quod iam fuerit *K* **30** °dictum esse *μ* **31** in *om. A N* $O^a$ *K P* **32** Nec] ne $N^a$ $S^a$ ait] dixit *T* **33** dixerit] *praem.* et $B^2$ omnia] *add.* ei $N^2$ °sunt] *add.* ei $O^3$ *I Beda μ*, *add.* ei et *F* manifestum] *add. est F* **34** illi subiecit *T μ* ita] *add.* et *exp. C* exestimet $K^a$ **35** quod] *add.* ubi *C*, *add.* ita $C^2$ **36** Quod *om.* $N^a$ **36/41** Quod — omnia *om. A* $B^a$ *C K T Eug. (G P v) Beda* **36** ostendit ad philippenses *F* **38** dominum] *add.* nostrum *F* transfigurabit $O^3$ *F J μ* **39** ut conforme $J^2$ °corpus ecclesiae *I* **40/41** omnia subicere sibi *F* omnia subicere *S* **41** est enim *S* operatio est *A C μ* **42** subicit *A B* ei *om.* $N^a$ **42/43** subiecit] subicit *A B*, *add.* omnia *Beda* **43** tradidit] *ita F K T Eug. (G P v)*, tradet *P*, tradit *cett. codd. Beda μ* uacuat $S^a$ **44** De] *praem.* VIII *T* **45** inquit *om.* $N^a$ **45/46** euacuerit $A^a$ $P^a$ *Beda*

*cuauerit omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem.* Ipse enim subiecit qui euacuat.

[**16**] Nec sic arbitremur Christum traditurum *regnum deo et patri* ut adimat sibi. Nam et hoc quidam uaniloqui crediderunt. Cum enim dicitur : *Tradiderit regnum deo et patri,* non separatur ipse quia simul cum patre *unus deus est.* Sed diuinarum scripturarum incuriosos et contentionum studiosos fallit uerbum quod positum est, *donec.* Ita namque sequitur : *Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis,* tamquam cum posuerit non sit regnaturus. Nec intellegunt ita dictum sicut est illud : *Confirmatum est cor eius ; non commouebitur donec uideat super inimicos suos.* Non enim cum uiderit, iam *commouebitur.*

Quid ergo est : *Cum tradiderit regnum deo et patri,* quasi modo non habeat regnum deus et pater ? Sed quia omnes iustos quibus nunc regnat *ex fide* uiuentibus *mediator dei et hominum homo Christus Iesus* perducturus est ad *speciem* quam uisionem dicit idem apostolus *facie ad faciem,* ita dictum est : *Cum tradiderit regnum deo et patri,* ac si diceretur : 'Cum perduxerit credentes ad contemplationem dei et patris.' Sicut enim dicit : *Omnia mihi tradita sunt a patre meo ; et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius et cui* PL 831
*uoluerit filius reuelare* ; tunc reuelabitur a filio pater *cum euacuauerit omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem,* id est ut necessaria non sit dispensatio similitudinum per

**46** I Cor. 15, 27. I Cor. 15, 24. **48/49** I Cor. 15, 24. cf. I, IX, 25/26. **50** I Cor. 15, 24. **51** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15-16. **53** I Cor. 15, 25. **54/55** I Cor. 15, *25. **56/58** Ps. 111, *8. **59** I Cor. 15, 24. **60/61** Hab. 2, *4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; II Cor. 5, 7. **61/62** cf. I, X, 64/66.83/84. **61** I Cor. 15, *25. **61/62** I Tim. 2, 5. **62** II Cor. 5, 7. **63** I Cor. 13, 12. **64** I Cor. 15, 24. **64/65** cf. I, VIII, 93/95 ; IX, 26/27 ; X, 40/42. **66/68** Matth. 11, 27 ; Luc. 10, 22. **68/69** I Cor. 15, *24. **70/71** Hebr. 1, 14 ; 2, 2.

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **47** omnem — **70** per *Eug., p. 731, 24-733, 4.* **47** omnem — **58** commouebitur, **68** cum — **70** per *Beda, f. 63.* **59** Quid — **70** per [*coll., f. 4-4*[v]]. **59** Quid — **65** patris [*excerpt., f. 1*].

**46** principatum et omnem *om. T*[a] potestatem et *om. C* uirtutem] *add.* De — uirtutem (*44/46*) *O* **47** subiecit] e *eras. N O*, subicit *A B C F J P T μ* euacuauit *S* **48** Nec] ne (*corr. 1 m.*) *P* sic] si *S*[a] regnum traditurum *T* deo *om. T* **50** °tradiderit] tradidit *Eug. G v*, tradere *Eug. P Beda* **51** est deus *J T*[a] **53** donec *om. S*[a] **54** enim *om. S*[a] °omnes *om. Eug.* (*G P v*) inimicos] *ita T Eug.* (*G P v*), *add.* suos *T*[2] *cett. codd. Beda μ* **55** cum posuerit] composuerit *T*[a] **56** °sicut] *ita I L Eug.* (*G P v*) *Beda*, sicuti *cett. codd. μ* **59** Quid] *praem.* VII *A B C* **61** iustus *S*[a] *K*[a] quibus] *praem.* in *N*[2] *F J K*[2] *P μ* **63** facie] faciem (m *eras.*) *T* **65** °Sicut] sic *μ* **67** neque — nouit] *ita N O S J T Eug.* (*G P v*), et nemo nouit patrem *cett. codd. μ* **68/69** euacuerit *A*[a] *P*[a], euacuaberit *C*[a] **70** °ut] quod *Beda*

angelicos principatus et potestates et uirtutes. Ex quarum persona non inconuenienter intellegitur dici in cantico canticorum ad sponsam : *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti quoadusque rex in recubitu suo est* ; id est quoadusque Christus in secreto suo est, quia *uita nostra abscondita est cum Christo in deo. Cum Christus,* inquit, *apparuerit uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria.* Quod antequam fiat, *uidemus nunc per speculum in aenigmate,* hoc est in similitudinibus ; *tunc autem facie ad faciem.*

[**17**] Haec enim nobis contemplatio promittitur actionum omnium *finis* atque aeterna perfectio gaudiorum. *Filii enim dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est.* Quod enim dixit famulo suo Moysi : *Ego sum qui sum. Et dices itaque filiis Israhel : Qui est misit me ad uos* ; hoc contemplabimur cum uiuemus in aeternum. Ita quippe ait : *Haec est autem uita aeterna ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum.* Hoc fiet cum uenerit dominus et inluminauerit *occulta tenebrarum,* cum tenebrae mortalitatis huius *corruptionis*que transierint. Tunc erit mane nostrum de quo in psalmo dicitur : *Mane adstabo tibi et contemplabor.* De hac contemplatione intellego dictum : *Cum tradiderit* μ 760 *regnum deo et patri,* id est cum perduxerit iustos quibus nunc *ex fide* uiuentibus regnat *mediator dei et hominum homo Christus Iesus* ad contemplationem dei et patris.

Si desipio hic, corrigat me qui melius sapit ; mihi aliud non

---

**73/74** Cant. 1, *10-11. **75/76** Col. 3, *3. **76/77** Col. 3, *4. **78** I Cor. 13, 12. **79** I Cor. 13, 12. **80/81** cf. I, x, 3/5. **80** I Cor. 13, 12. **81** I Cor. 15, 24. Ioh. 16, 22-23.24 ; Ps. 15, 11. **81/84** I Ioh. 3, *2. **84/85** Ex. 3, 14. **87/88** Ioh. 17, *3. **88/89** I Cor. 4, *5. **89/90** I Ioh. 2, 8. **90** Rom. 8, 21. **91** Ps. 5, *5. **92/93** I Cor. 15, 24. **93/95** cf. I, VIII, 64/65 ; IX, 26/27 ; X, 40/42. **93/94** Hab. 2, *4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; II Cor. 5, 7. **94** I Cor. 15, 25. **94/95** I Tim. 2, 5. **95** I Cor. 13, 12.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 71** angelicos — **96** non *Eug., p. 733, 4-734, 6.* **71** angelicos — **81** gaudiorum [*coll., f. 4*v]. **71** angelicos — **77** gloria *Beda, f. 63.*

---

**71** uirtutes et potestates *T* **73** similitudinem *S* **75** °nostra] uestra μ **76** Cum *alt.*] *praem.* unde et apostolus ait *i. mg.* $B^2$ inquit christus *T* **77** cum ipso apparebitis] apparebitis cum illo *N O S J Beda*, apparebitis cum ipso *T* **79** hoc] id *C* autem] enim (*corr. 1 m.*) *T* **80** hac $S^a$ *J* contemplatione $S^a$ *J* **81/82** dei enim *K P Eug. V* **82** summus (m *pr. eras.*) *C* quid *A P T* μ quia] *s. l.* $J^1$ **83** similis $C^a$ ei *om.* $N^a$ **85** °Et] haec μ dicis $K^a$ itaque *om. A* $B^a$ *J* μ **86** uiuimus *C* $K^a$, uidebimus *N O J* quippe] ipse *S* **87** °autem est μ °autem *om. Eug. V* te *om.* $N^a$ unum] *add.* et *F P* **88** fieret (er *eras.*) *C* **89** inluminaberit $C^a$ **90** corruptionis quae (a *eras.*) *N K*, corruptionesque (*corr. 1 m.*) *J* transierit $T^a$ **91** psalmis *A C J K P* astabo *F P* $T^2$ contemplabor] *add.* te *eras. O*, *S F* **92** haec $C^a$ **93** quibus] *praem.* in $N^2$ $S^2$ $P^2$ μ **94** regnat *om.* $S^a$ homo *om.* $S^a$ **96** desipio] des/pio *1 litt. eras.* $N^a$ °hic *om. Eug.* (*G P v*) corregat $K^a$, corripiat *P*

uidetur. Neque enim quaeremus aliud cum ad illius contemplationem peruenerimus, quae nunc non est quamdiu gaudium nostrum *in spe* est. *Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis, quid et sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam exspectamus quoadusque rex in recubitu suo est.* Tunc erit quod scriptum est : *Adimplebis me laetitia cum uultu tuo.* Illa laetitia nihil *amplius* requiretur quia nec erit quod *amplius* requiratur. Ostendetur enim nobis pater et sufficiet nobis. Quod bene intellexerat Philippus ut diceret : *Domine, ostende nobis patrem et sufficit nobis.* Sed nondum intellexerat eo quoque modo idipsum se potuisse dicere : '*Domine, ostende nobis* te *et sufficit nobis.*' Vt enim hoc intellegeret, responsum est ei a domino : *Tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me? Philippe, qui me uidit, uidit et patrem.* Sed quia uolebat eum *ex fide* uiuere antequam illud posset uidere, secutus est et ait : *Non credis quia ego in patre et pater in me? Quamdiu* enim *sumus in corpore, peregrinamur* PL 832 *a Domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Contemplatio quippe merces est fidei, cui mercedi per fidem corda mundantur, sicut scriptum est : *Mundans fide corda eorum.* Probatur autem quod illi contemplationi corda mundentur illa maxime sententia : *Beati mundicordes quoniam ipsi deum uidebunt.* Et quia *haec est uita aeterna,* dicit deus in psalmis : *Longitudinem dierum replebo eum, et*

---

**98/99** Rom. 15, 13. **99/101** Rom. 8, *24-25. **101/102** Cant. 1, *11. **102/103** Ps. 15, 11. **103/105** Ioh. 14, 8 ; cf. I, x, 22/23. **103** Eccle. 12, 12. **104** Is. 47, 8 ; Soph. 2, 15. **106** Ioh. 14, 8. **108** Ioh. 14, 8.*21. **109/111** Ioh. 14, *9. **111** Hab. 2, *4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; II Cor. 5, 7. **112/113** Ioh. 14, *10.*11. **113/115** II Cor. 5, *6-7. **116** Act. 15, 9. **116/117** Act. 15, *9. **117/118** Act. 15, 9. **118/119** Matth. 5, *8. **119** Ioh. 17, 3 ; I Ioh. 5, 20. **120/121** Ps. 90, *16.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 97** uidetur — **120** et *Eug., p. 734, 6-735, 6.* **105** Quod — **106** nobis *alt.* [*coll. f.* 4v].

---

**97** quaerimus $C^a$ *K* **98** quae] quem $C^a$ est non *F* **100** et] *ita K, om. cett. codd. Eug.* (*G P v*) μ **104** quod] *ita* $A^2$ $S^2$ *P Eug.* (*G P v*) μ, quid *cett. codd.* °requiratur] *add.* quod in patre etiam filius uideatur sicut et in filio pater quia unum sunt pater et filius testimoniis euangelicis declaratur *i. mg.* $O^3$, *I* ostenditur $C^a$ $K^a$ **105** °sufficit $R^a$ **106** domino *A C K P* μ **106/108** patrem — nobis *om. T* **107** ad ipsum *F* **108** te nobis *P* **109** °ei a domino est μ **110** °me uidet *A B* $C^2$ $N^2$ $O^3$ *F*, uidet me *J P*, uidit me *I* μ **111** uidet *A B* $C^2$ $N^2$ $O^3$ *F J* patrem] *add.* meum *F* uiuere] uidere *C N* antequam] *add.* ille *F* **112** possit *A* $K^a$ quia] *ita S T Eug.* (*G P v*) μ, quoniam *cett. codd.* **113** me] *add.* est *A* $N^2$ $O^3$ *F J P T* μ enim *om. N J* **115** mercis $K^a$ cui] i *s. l.* $J^1$, cum *T* **116/117** fide mundans *A B C* Mundans — eorum *om. T* **117** illa contemplatione *J* **118** mundantur *F* $T^a$ maximae *C* mundo corde *A* $O^3$ *S F J P T* **119** quoniam] quia *F* **120** dominus $A^2$ *K* °psalmo μ longitudinem] *ita* (m *eras.*) *O*, $J^2$ ? *K*, longitudine *cett. codd.* μ replebo] adimplebo *S*

*ostendam illi salutare meum.* Siue ergo audiamus : '*Ostende nobis* filium,' siue audiamus : *Ostende nobis patrem,* tantundem ualet quia neuter sine altero potest ostendi. *Vnum* quippe sunt, sicut ait : *Ego et pater unum sumus.* Denique propter ipsam inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur uel pater solus uel filius solus adimpleturus nos *laetitia cum uultu* suo.

[18] Nec inde separatur utriusque spiritus, id est *patris* et *filii spiritus,* qui spiritus sanctus proprie dicitur, *spiritus ueritatis quem hic mundus accipere non potest.* Hoc est enim *plenum gaudium* nostrum quo *amplius non est,* frui trinitate deo *ad* cuius *imaginem facti* sumus. Propter hoc aliquando ita loquitur de spiritu sancto tamquam solus ipse sufficiat ad beatitudinem nostram ; et ideo solus sufficit quia separari a patre et filio non potest, sicut pater solus *sufficit* quia separari a filio et spiritu sancto non potest, et filius ideo sufficit solus quia separari a patre et spiritu sancto non potest. Quid enim sibi uult quod ait : *Si diligitis me, mandata mea seruate, et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis ut uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis quem hic mundus accipere non potest,* id est dilectores mundi ? *Animalis enim homo non percipit quae sunt spiritus dei.*

Sed adhuc uideri potest ideo dictum : *Et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis,* quasi non sufficiat solus filius.

---

**121/122** Ioh. 14, 8. **123.124** Ioh. 10, 30. **125** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **126/127** Ps. 15, 11. **128/129** Matth. 10, 20. **129** Gal. 4, 6. **129/130** Ioh. 16, 13. **130** Ioh. 14, *17. **130/131** 1 Ioh. 1, 4 ; II Ioh. 12 ; Ps. 15, 11 ; Ioh. 16, 22-23.24. **131** Is. 47, *8 ; Soph. 2, *15 ; Ioh. 14, 8. **132** Gen. 1, 26 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, *1. Gen. 1, 27 ; 5, *1 ; Col. 3, *10. Iac. 3, *9. **133.134.135.** **136** Ioh. 14, 8. **138/141** Ioh. 14, *15-17. **141** Iac. 4, 4 ; 1 Ioh. 2, 15. **141/142** 1 Cor. 2, *15. **143/144** Ioh. 14, *16. **144** Ioh. 14, 8.

---

**Codd.** : **134** et — x, **11/12** aeternum *def. A ; B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **121** ostendam — **144** filius *Eug., p. 735, 6-736, 8.* **121** Siue — **126** solus *alt.*, **128** utriusque — **130** ueritatis, **133** spiritu — **137** potest [*coll., f. 4v-5*]. **124** Denique — **137** potest *Fulg., ad Ferrand., 13* (*CC 91, 399-400, 440-452*) ; [*Theodulf., spir.* (*PL 105, 259*)].

---

**121** salutare/ *1 litt. eras. K* **121/122** Ostende — audiamus *om. J*a **124** °sicut] *add.* et ipse *μ* summus (m *pr. eras.*) *C* **125** sufficientem *T* **127** uulto *K*a **129** spiritus filii *F*a **130/131** enim plenum *om. P*a **133** ipse solus *N O S Eug. P*, ipse (solus *om.*) *Eug. G v* **135** sicut *om. K* **136** filio] patre *N*a et spiritu sancto *om. J*a ideo filius *T* **137** °patre et *om. Eug.* (*G P v*) **138** diligetis *K*a **139** aduocatum] paraclitum *T* °ut] et *I* **140** accepere *C*a **141** °enim] autem *Eug.* (*G P v*) **142** percipit] *add.* ea *J P T μ* **143** °potest uideri *μ* //ideo *2 litt. eras. J* ragabo (*corr. 1 m.*) *J* patrem] *add.* meum *T* **144** aduocatum] paraclitum *T* quasi] quia *J* °solus sufficiat filius *T*, solus filius sufficiat *μ*

Illo autem loco ita de illo dictum est tamquam solus omnino sufficiat : *Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem* μ 761 *ueritatem.* Numquid ergo separatur hinc filius tamquam ipse non doceat *omnem ueritatem,* aut quasi hoc impleat spiritus sanctus quod minus potuit docere filius ? Dicant ergo, si placet, maiorem esse filio spiritum sanctum quem minorem illo solent dicere. An quia non dictum est : 'Ipse solus,' aut : 'Nemo nisi ipse' *uos docebit omnem ueritatem,* ideo permittunt ut cum illo docere credatur et filius ? Apostolus ergo separauit filium ab sciendis his *quae dei sunt* ubi ait : *Sic et quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei*! ut iam isti peruersi possint ex hoc dicere quod et filium non doceat *quae dei sunt nisi spiritus* sanctus, tamquam maior minorem ; cui filius ipse tantum tribuit ut diceret : *Quia haec locutus sum uobis, tristitia cor uestrum impleuit. Sed ego ueritatem dico : expedit uobis ut ego eam ; nam si non abiero, aduocatus non ueniet ad uos.* [IX] Hoc autem dixit non propter inaequalitatem uerbi dei et spiritus sancti, sed tamquam impedimento esset praesentia filii hominis apud eos quominus ueniret ille qui minor non esset quia non *semetipsum exinaniuit* sicut filius *formam serui accipiens.*

IX. Oportebat ergo ut auferretur *ab oculis eorum forma serui* PL 833
quam intuentes hoc solum esse Christum putabant quod

---

**146** Ioh. 14, 8. **146/147.147/148** Ioh. 16, 13. **150** cf. I, XI, 11. **152** Ioh. 16, *13. **154** 1 Cor. 2, 11. **154/155** 1 Cor. 2, *11. **156** Ioh. 16, 13. **156/157** 1 Cor. 2, 11. **158/161** Ioh. 16, *6-7. **162/163** Ioh. 16, 7. **163** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **164/165** Phil. 2, 7.

IX. **1** Ioh. 16, 7. Act. 1, 9. Phil. 2, 7. **2/3** Act. 1, 9-10.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test. : 145** Illo — **165** accipiens *Eug., p. 736, 8-737, 2.*
IX. **1** Oportebat — **2** quod *Eug., p. 737, 6-7 ;* [*coll., f. 5*].

---

**145** omnino solus *F* **146** (ue)nerit — ue(ritatis) *om.* $S^a$ **147** °hinc separatur *I Eug.* (*G P v*), hic separatur *L* hinc] huic *C* °filius *om. Eug.* $G^a$ *P v* **152** ipse] *bis K* **154** °filium separauit $R^2$ *V* μ, filium separabit R sepauit $C^a$ °hiis *V*, iis μ °sunt dei *Eug.* (*G P v*) **155** °sunt dei *Eug.* (*G P v*) iam] tam *K* **156** °possent *Eug.* (*G P v*) °filium] *ita B C* μ, filius *cett. codd. Eug.* (*G P v*) **157** nisi] *del.* $B^2$ minorem] m *alt. eras. S* cui] cum $K^a$ **158** °diceret] d/ceret *1 litt. eras.* $O^a$, doceret *I*, uideret *T* **159** °impleuit cor uestrum μ °implebit $B^2$ *L* $V^2$ Sed] *praem.* VIIII *N O P* dico] *add.* uobis *P* **160** eam] uadam *P* **161** Hoc] *praem.* VIIII *F J K* dixi *J* **162** dei *om. P* impedimentum *J* **164** non *pr. om.* $T^a$ esset] est *T* °semetipsum non μ exinanibit $K^a$ **164/165** °sicut — accipiens] formam serui accipiens sicut filius μ.

IX.] *ita S Eug.* (*G P v*), x *T*, *om. cett. codd.* **1** ergo *om. J* auferetur $C^a$ $N^a$ eorum oculis *F*

uidebant. Inde est et illud quod ait : *Si diligeretis me, gauderetis quoniam eo ad patrem, quia pater maior me est,* id est propterea me oportet ire *ad patrem* quia dum me ita uidetis, et ex hoc quod uidetis aestimatis *minor* sum *patre,* atque ita circa creaturam susceptumque habitum occupati aequalitatem quam cum patre habeo non intellegitis. Inde est et illud : *Noli me tangere ; nondum enim ascendi ad patrem meum.* Tactus enim tamquam finem facit notionis. Ideoque nolebat in eo esse finem intenti cordis in se ut hoc quod uidebatur tantummodo putaretur. Ascensio autem *ad patrem* erat ita uideri sicut *aequalis* est *patri* ut ibi esset finis uisionis quae *sufficit nobis.* Aliquando item de filio solo dicitur quod ipse sufficiat et in eius uisione *merces tota* promittitur dilectionis et desiderii nostri. Sic enim ait : *Qui habet mandata mea et custodit ea, ille est qui me diligit. Qui autem me diligit, diligetur a patre meo ; et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi.*

Numquid hic quia non dixit : *'Ostendam illi* et patrem,' ideo separauit patrem ? Sed quia uerum est : *Ego et pater unum sumus,* cum pater ostenditur, et filius ostenditur qui in illo est ; et cum filius ostenditur, etiam pater ostenditur

---

**3/4** Ioh. 14, *28. **5** Ioh. 16, 7. Ioh. 14, 28 ; 16, 28 ; 20, 17. **6** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **7** Phil. 2, 7. **7/8** Phil. 2, 6 ; uide Symb. 'Quicumque,' 31. **8** Ioh. 14, 20. **9** Ioh. 20, 17. **10** Ioh. 20, 17. **11** 1 Cor. 15, 24. **12** Ioh. 20, 17 ; Act. 1, 9-10. **13** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **13/14** Ioh. 14, 8. **14/15** Ioh. 14, 8. **15/16** cf. I, x, 64/66 ; XIII, 30/31. **15** Ioh. 14, 21.22-23. Luc. 6, *35 ; Matth. 5, *12 ; 6, 1. **15/16** Phil. 4, 19. **16/18** Ioh. 14, *21. **19** Ioh. 14, *21.8. **20/21** Ioh. 10, 30. **21** Ioh. 14, 8.21. **21/22** Ioh. 10, 38 ; 14, 10.11.20. **22** Ioh. 14, 21.8.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **3** uidebant — **22** ostenditur *alt.* [*coll., f. 5-5v*]. **3** uidebant — **14** nobis *Eug., p. 737, 7-19.* **9** Noli — **14** nobis [*excerpt., f. 1*].

---

**3** diligeritis $C^a$ $K^a$ **3/4** gauderetis] gauderitis $C^a$, *add.* utique *T* μ **4** eo] ego *i. r.* $O^3$, *K* ; *praem.* ego *F* patrem *add.* uado *i. mg.* $O^3$, *K* ; *add.* meum *T* **4/5** quia — patrem *om.* $P^a$ **5** uidetis] *add.* aestimatis *S*, *add.* aestimatis minorem $S^2$ **6** et] *eras. B*, *om. J* μ aestimatis] existimatis *F K* minor] *ita C N S T Eug.* (*G P v*), minorem *J*, *praem.* quod *K*, *praem.* quia *cett. codd.* μ sum] me *J* patri *C* atque] atqu/ *1 litt. eras.* $O^a$ **7** °creaturae *Eug.* $G^a$ *P v* **8** quam *om.* $T^a$ et *om.* $B^a$ *C* **9** meum] *ita i. r.* $R^1$ ?, *Eug.* (*G P v*), *om. cett. codd.* μ **10** notionis] motionis (*corr. per ras.*) *O*, *K* **11** finem in eo esse *J* ut] ne *i. r.* $C^2$ **12** ita] *add.* eum $S^2$ **13** ut ibi] ubi $P^a$, ut ubi $T^a$ **14** sufficiet *C* item] autem *J* **15** sufficiet *P* uisionem *C* mercis $S^a$ dilectionis] *ita* $B^2$ *J* μ, dilectationis *K*, delectationis $B^a$ $J^2$ *cett. codd.* **17** me diligit *pr.*] diligit me *P* μ me diligit *alt.*] diligit me *P* diligitur $N^a$ $O^a$ $K^a$ *T* **18** eum] illum *C* me ipsum illi] ei me ipsum *J* **19** dixit] *om. S*, ait $S^2$ et] *add.* non $S^2$ **20** separauit] separabit $K^a$, *add.* a se *T* patrem] *praem.* et *F K* uerum] certum *T* et *om.* (*corr. 1 m.*) *P* **21** cum] *praem.* et *C*, dum *T* pater] filius *C P* et] etiam *C P* filius] pater *C P* **22** illo] patre *eras. C*, eo *i. r.* $C^2$ et *om.* $B^a$ *C P* **22/23** et — est *om. T* **22** filius] pater $B^a$ *C P* etiam] et *C P* pater] filius $B^a$ *C P*

qui in illo est. Sicut ergo cum ait : *Et ostendam illi me ipsum*, intellegitur quia ostendit et patrem, ita et in eo quod dicitur : *Cum tradiderit regnum deo et patri*, intellegitur quia non adimit sibi. Quoniam cum perducet credentes ad contemplationem dei et patris, profecto perducet ad contemplationem suam qui dixit : *Et ostendam illi me ipsum*. Et ideo consequenter cum dixisset illi Iudas : *Domine, quid factum est quia ostensurus es te nobis et non huic mundo ? respondit Iesus et dixit illi : Si quis me diligit, sermonem meum seruabit ; et pater meus diliget illum, et ad illum ueniemus et mansionem apud illum faciemus*. Ecce quia non solum se ipsum ostendit ei a quo diligitur, quia simul cum patre uenit ad eum *et mansionem* facit *apud eum*.

[**19**] An forte putabitur mansionem in dilectore suo facienti- μ 762
bus patre et filio exclusus esse ab hac mansione spiritus sanctus ? Quid est ergo quod superius ait de spiritu sancto : *Quem hic mundus accipere non potest quoniam non uidet illum ; nostis illum uos quia uobiscum manet et in uobis est* ? Non itaque ab hac mansione separatus est de quo dictum est, *uobiscum manet et in uobis est*. Nisi forte quisquam sic absurdus est ut arbitretur cum pater et filius uenerint ut mansionem faciant apud dilectorem suum, discessurum inde spiritum PL 834
sanctum et tamquam locum daturum esse maioribus. Sed et huic carnali cogitationi occurrit scriptura ; paulo quippe superius ait : *Et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis ut uobiscum sit in aeternum*. Non ergo discedet patre et filio uenientibus, sed in eadem mansione cum ipsis erit *in aeternum* quia nec ille sine ipsis uenit nec illi sine illo. Sed

---

**23** Ioh. 10, 38 ; 14, 10.11. Ioh. 14, *21. **24** Ioh. 14, 8. **25** I Cor. 15, 24. **25/26** cf. I, VIII, 48/49. **26/27** cf. I, VIII, 64/65.93/95 ; X, 40/42. cf. I, X, 3. I Cor. 13, 12. **28** Ioh. 14, *21. **29/33** Ioh. 14, *22-23. **33/34** Ioh. 14, 21. **34/35** Ioh. 14, 23. **36/37** Ioh. 14, 23. **39/40** Ioh. 14, *17. **41** Ioh. 14, 23. **42** Ioh. 14, *17. **43/44** Ioh. 14, 23. **46** II Cor. 1, 17. **47/48** Ioh. 14, *16. **48/49** Ioh. 14, 23. **49/50** Ioh. 14, 16.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test. :** **23** qui — **28** ipsum, **47** Et — **50** illo [*coll., f.* 5v-6].

---

**23** illo] eo *i. r.* $C^2$ °me ipsum illi *μ* illi] ei *J* **24** quia] *add.* et $P^a$ ostendet $N^2$ et *pr.*] ei *C* **25** patri/ *1 litt. eras. O* quia] *add.* id $S^2$, quoniam *F* adimet $C^2$ *T* **26** Quoniam] quia *N S F* **28** illi] ei *J* **29** iudas illi *P* factum est] facturus es $K^2$ **30** te nobis es *T* **31** illis *T* diligit me *T μ* **32** diligit $B^a$ $C^a$ $N^a$ $O^a$ $S^a$ *K* illum *pr.*] eum *S P T μ* illum *alt.*] eum *T μ* mansiones $K^a$ **33** Ecce] *add.* uides *F* **39** uidet] e *i. r.* $O^2$ illum] eum *C* **40** nostis] *praem.* et *K* °quia] quoniam *I L* manet] est *F* est] manet *F* **40/42** Non — est *om.* $B^a$ **42** manet] est *F* est] manet *F* **44** °apud dilectorem suum faciant *μ* facerent *C* **45** maioribus locum daturum esse $B^2$ et *alt. om. C J* $P^a$ *μ* **48** discedit *C J* **50** illi] illo (*corr. 1 m.*) *T* ° illo] eo *F*, ipso *μ*

propter insinuationem trinitatis personis etiam singulis nominatis dicuntur quaedam ; non tamen aliis separatis intelleguntur propter eiusdem trinitatis unitatem unamque substantiam atque deitatem patris et filii et spiritus sancti.

X. [X **20**] Tradet itaque *regnum deo et patri* dominus noster Iesus Christus, non se inde separato nec spiritu sancto, quoniam perducet credentes ad contemplationem dei ubi est *finis* omnium bonarum actionum et requies sempiterna et *gaudium* quod *non auferetur* a nobis. Hoc enim significat in eo quod ait : *Iterum uidebo uos, et gaudebit cor uestrum, et gaudium uestrum nemo auferet a uobis.* Huius gaudii similitudinem praesignabat Maria *sedens ad pedes domini* et *intenta in uerbum eius,* quieta scilicet ab omni actione et intenta in ueritatem secundum quendam modum cuius capax est ista uita, quo tamen praefiguraret illud quod futurum est in aeternum. Martha quippe sorore sua in necessitatis actione conuersante quamuis bona et utili, tamen cum requies successerit transitura, ipsa requiescebat in uerbo domini. Et ideo dominus conquerenti Marthae quod eam soror non adiuuaret respondit : *Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea.* Non partem malam dixit quod agebat Martha, sed istam *optimam quae non auferetur.* Illa enim quae in ministerio indigentiae est, cum indigentia ipsa transierit, auferetur.

---

**51/52** uide Symb. 'Quicumque,' 4.19. **53** uide Symb. 'Quicumque,' 3.25. **53/54** uide Symb. 'Quicumque,' 4. **54** uide Symb. 'Quicumque,' 6.

X. **1** 1 Cor. 15, 24. **3/5** cf. I, VIII, 80/81. **3** cf. I, IX, 26/27. 1 Cor. 13, 12. **3/4** 1 Cor. 15, 24. **5** Ioh. 16, *22. Luc. 10, 42. **6/7** Ioh. 16, *22. **8/9** Luc. 10, *39. **12/13** Luc. 10, 40. **14** Luc. 10, 39. **15** Luc. 10, 40. **16/17** Luc. 10, 42. **18** Luc. 10, 42.

---

**Codd.** : *usque ad* **11/12** aeternum *def. A ; B C N O S F J K P T (I L R V ; def. M).*

**Test.** : **50** Sed — **54** sancti *Eug., p. 737, 23-728, 2 ; Fulg., ad Ferrand., 13 (CC 91, 400, 457-461) ;* [*coll., f. 6*].

X. **1** Tradet — **19** auferetur *Eug., p. 738, 3-22.* **1** Tradet — **7** nobis *Beda, f. 63.*

---

**51** personarum *C* **52** quaedam] *add.* separatim $B^{2}$ $\mu$.

X. *om. B C T* **1** tradens *C* **2** °inde separato] inde separat *C*, indesperato $R^{a}$, inde reparato nec patre *Beda* spiritum sanctum *C* **3** °quoniam] quando $\mu$ **4** °bonorum $S^{a}$ *I Beda* **5** °non] numquam $\mu$ Hoc] *praem.* VIII *C* °significat] *add.* dominus *Beda*, signat $\mu$ **6** quo *C* °ait] dicit *Eug. V* **6/7** et gaudium uestrum *om.* $J^{a}$ **8** domini] iesu *B* **9** uerbo *J* quieta] qui $T^{a}$ omni *om. C J* $P^{a}$ *T* **10** ueritate *A B C N O S J* **12** soror $C^{a}$ **14/15** dominus *om. J* **15** conquirenti $A^{a}$ $B^{a}$ $N^{a}$, conquerente $K^{a}$ soror] *add.* sua *F* adiubaret $K^{a}$ **16** respondit] *om. S*, *add.* martha satagis circa plurima *J* Maria] *add.* inquit $S^{2}$ **17** malam partem *A* $B^{a}$ *C* quod] quam *F T* °ista *Eug. (M V)* **18** optimam] *add.* partem *J* non] *s. l.* $J^{1}$ auferetur] aufer/tur *1 litt. eras. O*, *add.* ab ea *F*

Boni quippe operis transituri merces est requies permansura. In illa igitur contemplatione *deus* erit *omnia in omnibus* quia nihil ab illo aliud requiretur, sed solo ipso inlustrari perfruique sufficiet.

Ideoque ille in quo *spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus* : *Vnam,* inquit, *petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini.* Contemplabimur enim deum patrem et filium et spiritum sanctum *cum mediator dei et hominum homo Christus Iesus tradiderit regnum deo et patri* ut iam non *interpellet pro nobis mediator* et *sacerdos* noster, *filius dei* et *filius hominis* ; sed et ipse in quantum *sacerdos* est, assumpta propter nos *forma serui, subiectus* sit *ei qui illi subiecit omnia* et cui *subiecit omnia* ; ut in quantum *deus* est cum illo nos subiectos habeat, in quantum *sacerdos* nobis- μ 763
cum *illi subiectus* sit. Quapropter cum filius sit et *deus* et *homo,* alia substantia *deus,* alia *homo,* homo potius in filio quam filius in patre ; sicut caro animae meae alia substantia PL 835
est ad animam meam quamuis in uno homine quam anima alterius hominis ad animam meam.

[**21**] *Cum* ergo *tradiderit regnum deo et patri,* id est cum credentes et uiuentes *ex fide* pro quibus *nunc mediator inter-*

---

**21** I Cor. 13, 12. I Cor. 15, 28. **22/23** cf. I, VIII, 103/105. **22** Eccle. 12, 12. **23** Ioh. 14, 8. **24/25** Rom. 8, *26. **25/27** Ps. 26, *4. **27/28** I Cor. 13, 12. **28/29** I Cor. 15, 24. I Tim. 2, 5. **30** Rom. 8, 34 ; Hebr. 7, 25. Gal. 3, 20 ; I Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24. Hebr. 7-8 ; Ps. 109, 4 ; Hebr. 5, 6. **31** Matth. 14, 33, 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Dan. 7, 13 ; Matth. 9,6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **31/32** Hebr. 7-8 ; Ps. 109, 4 ; Hebr. 5, 6. **32** Phil. 2, 7. **32/33** I Cor. 15, *28. **33** I Cor. 15, 27. **33/34** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15.28-35. **34** I Cor. 15, 27. Hebr. 7-8 ; Ps. 109, 4 ; Hebr. 5, 6. **34/35** I Cor. 15, 28. **35/36** uide Symb. 'Quicumque,' 28-35. **36** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. uide Symb. 'Quicumque,' 28-35 ; I Tim. 2, 5. **40/42** cf. I, VIII, 64/65.93/95 ; IX, 26/27. **40** I Cor. 15, 24. **41** Hab. 2, *4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; II Cor. 5, 7. Gal. 3, 20 ; I Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24. **41/42** Rom. 8, *34 ; Hebr. 7, 25.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **20** Boni — **41/42** interpellat *Eug., p. 738, 22-739, 11.* **21** In — **23** sufficiet, **25** Vnam — **30** noster, **31** filius *pr.* — **35** sit *pr.* [*coll., f.* $6^v$].

---

**20** transitoris *C* est] *s. l.* $J^1$ **21** erit] *s. l.* $J^1$ **22** aliud] iud *i. r.* $C^1$ **24** interpellabit *F* **25** petii inquit *J* peti $K^a$ **27** dilectionem *S* **29** deo] *s. l.* $J^1$ **31** °quantum] *add.* subiectus *R* **32** °serui forma *μ* sit] est *C* **32/33** °qui illi] illi qui *Eug.* (*M V*) **33** illi — omnia *om.* T ut] et *K* **35** Quapropter] *praem.* IX *A B C* **35/39** Quapropter — meam *om. Eug.* (*M V*) **36** substantia] *add.* est $K^2$ deus, alia homo *om. A C K P μ* **37** animae] i *s. l.* $J^1$ substantia] s *alt. s. l.* $T^1$ **40** ergo cum *S* **41** °mediator] *add.* dei et hominum *Eug.* (*M V*)

*pellat* perduxerit ad contemplationem cui percipiendae suspiramus et *gemimus, et transierit labor et gemitus,* iam non interpellabit *pro nobis* tradito regno *deo et patri.* Hoc significans ait : *Haec uobis locutus sum in similitudinibus ; ueniet hora quando iam non in similitudinibus loquar uobis, sed manifeste de patre nuntiabo uobis* ; id est iam non erunt similitudines cum uisio fuerit *facie ad faciem.* Hoc est enim quod ait, *sed manifeste de patre nuntiabo uobis,* ac si diceret, 'manifeste patrem ostendam uobis.' *Nuntiabo* quippe ait quia uerbum eius est. Sequitur enim et dicit : *Illa die in nomine meo petetis, et non dico uobis quia ego rogabo patrem ; ipse enim pater amat uos quia uos me amatis et credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a patre et ueni in hunc mundum : iterum relinquo mundum et uado ad patrem.*

Quid est, *a patre exii,* nisi 'non in ea forma qua *aequalis* sum *patri* sed aliter, id est in assumpta creatura *minor* apparui' ? Et quid est, *ueni in hunc mundum,* nisi '*formam serui* quam me exinaniens accepi etiam peccatorum qui mundum istum diligunt oculis demonstraui' ? Et quid est, *iterum relinquo mundum,* nisi 'ab aspectu dilectorum mundi aufero quod uiderunt' ? Et quid est, *uado ad patrem,* nisi 'doceo me sic intellegendum a fidelibus meis quomodo *aequalis* sum *patri*' ? Hoc qui credunt digni habebuntur perduci a fide ad

---

**42** I Cor. 13, 12. **42/43** Rom. 8, 23. **43** Is. 35, *10 ; 51, *11. **43/44** Rom. 8, 34 ; Hebr. 7, 25. **44** I Cor. 15, 24. **45/47** Ioh. 16, *25. **47/48** I Cor. 13, 12. **49** Ioh. 16, *25. **49/50** Ioh. 14, 8 ; 16, 25. **50** Ioh. 16, *25. **51/55** Ioh. 16, *26-28. **56** Ioh. 16, *28. **56/57** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **57** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33 ; Hebr. 2, 14. **57/58** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **58** Ioh. 16, *28. **58/59** Phil. 2, 7. **59** Rom. 8, 3 ; II Cor. 5, 21 ; Ioh. 9, 16.24. Hil., trin. X, 25 (PL 10, 365-366) ; op. deperd. (apud Aug., c. iul. I, 3, 9), fragm. 8 (PL 10, 725-726). **59/60** Iac. 4, 4 ; I Ioh. 2, 15. **60/61** Ioh. 16, 28. **61** Iac. 4, 4 ; I Ioh. 2, 15. **61/62** Matth. 25, 29. **62** Ioh. 16, 28. **63/64** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **64/66** cf. I, VIII, 61/62.83/84. **64** II Thess. 1, 4-5. **64/65** II Cor. 5, 7. **64** Hab. 2, 4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **42** perduxerit — **64** ad *Eug., p. 739, 11-740, 7.* **54** Exiui — **64** ad [*coll., f. 7-7*$^{v}$]. **56** Quid — **64** patri [*excerpt., f. 1*].

---

**42** percipiendae] pr/cipiendae *1 litt. eras.* *T*$^{a}$ **43** °transierit] *praem.* cum *R* μ **45** locutus sum uobis *S T* uobis] uobiscum *A*, (cum *eras.*) *B*, *C* μ **46** non iam *K* **47** annuntiabo *B*$^{2}$ *P* °non *om.* *I*$^{a}$ **48** °facie] faciem *Eug. V* **50** °quia] qui *L* **51** petitis *C*$^{a}$ *K*$^{a}$ *Eug.* (*M V*) **52** dicam *B*$^{2}$ *N S*$^{a}$ patrem] *add.* meum *F* **53** me *om.* *A* amatis] *ita* *O*$^{a}$ *J*, amastis *cett. codd. Eug.* (*M V*) μ °ego *om.* μ exii *A N O S J K* **54** Exiui a patre *om.* *A C O*$^{a}$ *S K Eug.* (*M V*) exii *B N O*$^{3}$ hunc *om.* *P* °relinquam *I* **55** °uadam *I L* **56** exiui *F T* μ °qua] *praem.* in *Eug. M V* **57** asumpta *T* minor] m//or *2 litt. eras.* *T* **58** formam] in forma *J* **59** exinaniens me *T* accipi *K*$^{a}$ **59/60** °istum mundum *Eug. M V* **61** °relinquam *L* ab aspectu] abspectu *N*$^{a}$ *K*$^{a}$ °delictorum *R*$^{a}$ **64** habentur *J Eug. V* perduci] pr/duci *1 litt. eras.* *T*$^{a}$ fide] *add.* christi iesu *K*$^{2}$

*speciem*, id est ad ipsam uisionem, quo perducens dictus est tradere *regnum deo et patri*. Fideles quippe eius quos redemit *sanguine suo* dicti sunt regnum eius pro quibus *nunc interpellat* ; tunc autem illic eos sibi faciens inhaerere ubi *aequalis* est *patri*, non iam rogabit patrem pro eis. *Ipse enim*, inquit, *pater amat uos*. Ex hoc enim rogat quo *minor* est *patre* ; quo uero *aequalis* exaudit cum patre. Vnde se ab eo quod dixit : *Ipse enim pater amat uos*, utique ipse non separat ; sed secundum ea facit intellegi quae supra commemoraui satisque insinuaui, plerumque ita nominari unamquamque in trinitate personam ut et aliae illic intellegantur. Sic itaque dictum est : *Ipse enim pater amat uos*, ut consequenter intellegatur et filius et spiritus sanctus ; non quia modo nos non amat *qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum* ; sed tales nos amat deus quales futuri sumus, non quales sumus. Quales enim amat, tales *in aeternum* conseruat, quod tunc erit *cum tradiderit regnum deo et patri qui nunc interpellat pro nobis*, ut iam non roget patrem quia *ipse pater amat* nos. Quo autem merito nisi fidei qua credimus antequam illud quod promittitur uideamus ? Per hanc enim peruenimus ad *speciem* ut tales amet quales amat ut simus, non quales odit quia sumus, et hortatur ac praestat ne tales esse semper PL 836
uelimus.

---

**65** II Cor. 5, 7. I Cor. 13, 12. **66** I Cor. 15, 24. **66/67** Apoc. 1, 5 ; 5, 9 ; Act. 20, 28 ; Eph. 1, 7 ; Col. 1, 14. Apoc. 1, 6 ; 5, 10 ; Col. 1, 13. **67/68** Rom. 8, *34 ; Hebr. 7, 25. **68** I Cor. 6, 17. **68/69** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **69** Ioh. 16, 26. **69/70** Ioh. 16, 27. **70** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **71** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **72** Ioh. 16, 27. **73** *supra* : I, IX, 51/54. **76** Ioh. 16, 27. **77/78** Rom. 8, *32. **79** Ioh. 16, 27. **80** Ps. 36, 28. **81** I Cor. 15, 24. **81/82** Rom. 8, *34 ; Hebr. 7, 25. **82** Ioh. 16, 26. **82/83** Ioh. 16, 27. **83/84** cf. I, VIII, 61/62 ; X, 64/66. **83** Hab. 2, 4 ; Rom. 1, 17 ; II Cor. 5, 7 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38. **84** I Cor. 13, 12. **84/85** I Cor. 13, 12 ; II Cor. 5, 7. **85** Ioh. 16, 27.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V* ; *def. M*).

**Test. :** **65** speciem — **87** uelimus *Eug., p. 740, 15-741, 5.* **65** speciem — uisionem, **68** illic — **71** patre, **79** sed — **80** conseruat [*coll., f.* $7^v$]. **66** Fideles — **67** eius *Beda, f. 63.* **70** ex — **77** sanctus *Fulg., ad Ferrand., 13* (*CC 91, 400, 463-471*). **79** tales — **79/80** sumus *Prosp., sent.* LVI (*PL 51, 435*) ; *Arausic., can. 12* (*Dz. 382; CC 148* A, *59, 102-103*).

---

**65** ad ipsum uisione *K*, ad ipsius uisionem $K^2$ uisionem] *add.* eius *F* °qua *Eug. V* **67/68** pro — interpellat *om.* $S^a$ **69** rogauit $S^a$ $T^a$ **71** aequalis] *add.* est *F Eug. V* $\mu$ se *om. J* **72** utique] *praem.* se *i. mg.* $J^1$, *K T* °ipse *alt.*] se *I*, *om.* $R^a$ separat] *praem.* se $C^2$ **73** commoraui $S^a$ **74** in trinitate unamquamque *A B C* **77** nos modo *N O S J T* **78** filio] *add.* suo *J T* °eum] illum R **79** qualis $K^a$ °sumus] *add.* ipsius dono *Prosp. Arausic.* **79/80** °sumus] *add.* nostro merito *Prosp. Arausic.* **81** tradederit $N^a$ deo *om.* $J^a$ nunc] non *S* **82** ipse] *add.* et *T* **83** nos] uos $S^a$ *F K Eug.* $G^a$ *P v* **84** Per] *praem.* ut *S* °perueniamus *S*, (a *eras.*) *V* ; perueniemus *L* $\mu$ **85** tales] *add.* nos *J K* amat] amet $T^a$ **86** quia] *add.* mali *A* sumus] *add.* ut distinguamus — formam dei (XI, *2/3*) $C^a$ semper esse *T*.

XI. [XI **22**] Quapropter cognita ista regula intellegendarum scripturarum de filio dei ut distinguamus quid in eis sonet secundum *formam dei* in qua est et *aequalis* est *patri,* et quid secundum *formam serui* quam accepit et *minor* est *patre,* non conturbabimur tamquam contrariis ac repugnantibus inter se sanctorum librorum sententiis. Nam secundum *formam dei aequalis* est *patri* et filius et spiritus sanctus quia neuter eorum creatura est sicut iam ostendimus ; secundum *formam* autem *serui minor* est *patre* quia ipse dixit : *Pater maior me est* ; minor est se ipso quia de illo dictum est : *Semetipsum exinaniuit* ; minor est spiritu sancto quia ipse ait : *Qui dixerit blasphemiam in filium hominis, remittetur ei ; qui autem dixerit in spiritum sanctum, non dimittetur ei.* Et in ipso uirtutes operatus est dicens : *Si ego in spiritu dei eicio daemonia, certe superuenit super uos regnum dei.* Et apud Esaiam dicit, quam lectionem ipse in synagoga recitauit et de se completam sine scrupulo dubitationis ostendit : *Spiritus,* inquit, *domini super me ; propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem,* et cetera ; ad quae facienda ideo se dicit missum quia *spiritus domini* est super eum. μ 764

---

XI. **1/2** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **3.6/7** Phil. 2, 6. **3.7** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **4.9** Phil. 2, 7. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **8** Symb. Nicaen., 10.19c (anath.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. Ambr., spir. II, VI, 5, 44 ; III, XIX, 18, 140 (CSEL 79, 103, 95 ; 209, 65) ; Symb. Nicaen., 18 (add. tom. Dam.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. *sicut iam ostendimus* : I, VI, 13/26.107/131. **9/10** Ioh. 14, 28. **10/11** Phil. 2, 7. **11** cf. I, VIII, 150. **11/13** Matth. 12, *32. **13/14** Gal. 3, 5. **14/15** Luc. 11, *20. **15/16** Luc. 4, 15-17. **16/17** Luc. 4, 21. **17/19** Luc. 4, 18.19 ; Is. 61, *1. **20** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. Luc. 4, 18 ; Is. 61, 1.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** XI. **1** Quapropter — **13** ei *Vinc.*, IIII, *6-19.* **1** Quapropter — **20** eum *Eug.*, *p. 741, 11-742, 8.* **2** distinguamus — **4** patre, **6** Nam — **13** ei, **17** Spiritus — **19** me [*coll.*, *f.* 7v-*8*].

---

XI. *om. A B C T* **2** quis *S*, quod *T* **3** est *pr.* — est *alt.*] est aequalis *B J Vinc. R*, aequalis est *C*$^{2}$ *μ* patri] *add.* et quid secundum formam dei in qua est et aequalis est patri *T* **4** quam *om. S* °et] *om. K*$^{a}$, in qua *μ* **5** °ac] *i. r. O*$^{3}$, et *Vinc. R* **6** inter] in *S*$^{a}$ librorum] *om. A*, liberorum (e *eras.*) *T* sentiis *K*$^{a}$, sententias *T*$^{a}$ **8** neuter] nec uter *C*$^{a}$ °iam] saepe abundanter *Vinc.* ostendimus] *add.* modus autem quo filius hominis est minor est patre et ipso se et spiritu sancto *F* **9** autem formam *T μ* minor] *praem.* filius *T* patri *C*$^{2}$ **10** minor] *praem.* et *F* °est *alt.*] *add.* et *R* ipse *N*$^{a}$ **11** exinaniuit] *add.* formam serui accipiens *J* °spiritu] spiritui *S*$^{a}$, *praem.* et *K I L R V*$^{2}$ *Vinc.* ait] dixit *N O Vinc. R* **12** remittetur] *ita B N O S Vinc. N Eug. G P v μ*, dimittuntur *C*, dimittitur *K*, dimittetur *cett. codd. Vinc. R Eug. V* **13** spiritu *A J* sancto *A*$^{a}$ *J* °dimittuntur *C*, remittetur *μ* **14** °dei *om. Eug. V* **15** super] in *T* **16** °ipsa *I* synagogam *C*$^{a}$ *Eug. V* recitabit *K*$^{a}$ **17** domini *om. P*$^{a}$ **18** me *pr. om. T*$^{a}$ **18/19** me misit *F* **19** quae] *add.* tū *K* **20** °dicit se *μ* super eum est *S*

Secundum *formam dei omnia per ipsum facta sunt*; secundum *formam serui* ipse factus est *ex muliere*, factus *sub lege*. Secundum *formam dei* ipse *et pater unum* sunt; secundum *formam serui* non uenit facere uoluntatem suam *sed uoluntatem eius qui misit* eum. Secundum *formam dei sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit et filio uitam habere in semetipso*; secundum *formam serui tristis est anima* eius *usque ad mortem*, et: *Pater*, inquit, *si fieri potest, transeat hic calix*. Secundum formam dei *ipse est uerus deus et uita aeterna*; secundum *formam serui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. [**23**] Secundum *formam dei, omnia quae habet pater* ipsius sunt: *Et omnia tua mea sunt*, inquit, *et mea tua*; secundum *formam serui* non est doctrina ipsius *sed illius qui eum misit*.

XII. [XII] Et: *De die et hora nemo scit neque angeli in caelo neque filius nisi pater*. Hoc enim nescit quod nescientes facit, id est PL 837
quod non ita sciebat ut tunc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham: *Nunc cognoui quia times deum*, id est nunc feci ut cognosceres, quia et ipse sibi in illa temptatione probatus innotuit. Nam et illud utique dicturus erat discipulis tempore opportuno, de quo futuro tamquam praeterito loquens ait:

**21** Phil. 2, 6. Ioh. 1, 3. **22** Phil. 2, 7. Gal. 4, 4. **23** Phil. 2, 6. Ioh. 10, 30. **24** Phil. 2, 7. **24/25** Ioh. 4, 34; 6, 38. **25** Phil. 2, 6. **25/27** Ioh. 5, *26. **27** Phil. 2, 7. **27/28** Matth. 26, 38; Marc. 14, 34. **28** Matth. 26, *39; Marc. 14, *36; Luc. 22, *42. **29** Phil. 2, 6. 1 Ioh. 5, *20. **30** Phil. 2, 7. **30/31** Phil. 2, 8. **31** Phil. 2, 6. **31/32** Ioh. 16, *15. **32/33** Ioh. 17, *10. **33** Phil. 2, 7. **33/34** Ioh. 7, *16.

XII. **1/2** Marc. 13, *32. **4** Gen. 22, *12. **5** Gen. 22, 1-2.

**Codd.**: *A*; **6** Nam — *II*, II, **12** ipsa *def. B*; *C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V*; *def. M*).

**Test.**: **21** Secundum *pr.* — **34** misit *Vinc.*, IIII, *19-34*; *Eug.*, *p. 742, 8-23*; [*coll.*, *f. 8-8*$^{v}$]. **23** Secundum *pr.* — **28** mortem [*Elipand, epist. IV* (*PL 96, 877-878*)].
XII. **1** Et — **7** ait *Eug.*, *p. 742, 24-453, 6.* **1** Et — **2** pater *Vinc.*, IIII, *34-35.* **1** De — **3** indicaret [*coll.*, *f. 8*$^{v}$].

**21** Secundum *pr.*] *praem.* XI *A*, praem. X *B C* **22** °est] *ita* $B^{2}$ *I R Vinc. Eug.* (*M P V*) *μ*, *om. cett. codd.* factus *alt.*] *add.* est $B^{2}$, *eras.* *N*, $O^{3}$ *K* **25** misit eum] *ita K T Eug.* (*M P V*), eum misit *cett. codd. Vinc. μ* **26** uitam *pr. om.* $S^{a}$ **26/27** sic — semetipso *om.* $S^{a}$ **26** et] *ita* $S^{2}$ *J P Vinc. μ*, *om.* $S^{a}$ *cett. codd. Eug.* (*M P V*) uitam habere] *ita* $S^{2}$ *F P T Vinc. R μ*, habere uitam $S^{a}$ *cett. codd. Vinc. N Eug.* (*M P V*) **27** eius] *i. r.* $O^{2}$, mea *A B J T* **28** transeat] *ita A C K P Vinc. Eug.* (*M P V*), *add.* a me *cett. codd. μ* hic calix] *ita A C J K P T Vinc. Eug.* (*M P V*), calix iste *cett. codd. μ* **29** deus uerus *N O* **30** est *om. T* obediens] *add.* patri *F* **31** Secundum] *praem.* XII *Eug. G v* **32** °omnia] *add.* inquit *Vinc. R Eug. V* °mea tua *Vinc. R μ* °tua] *add.* inquit *Vinc. N* °inquit *om. Vinc. Eug. V* **33** mea tua] tua mea $B^{a}$ *Vinc. R*, tua omnia mea *F* doctrina] *praem.* eius $N^{2}$ $S^{2}$ ipsius] illius *T Eug. V* **34** illius] eius *T* °misit eum *I*.

XII. *om. A B C T* **1** °de *om Eug. V* hora] *praem.* de *A* $B^{a}$ scit] nouit *F K*, sit $T^{a}$ **2** Hoc] *praem.* XI *T* °quod] quotquot *Eug. V* **3** ita sciebat ut non *J* **4** quia] quod *P T μ* °times] *praem.* tu *C*, timeas *I μ* **6** °illud *om.* $V^{a}$ discipulis erat *S* **7** loquens] *add.* et *s. l. eras C*

*Iam non dicam uos seruos sed amicos. Seruus enim nescit uoluntatem domini sui ; uos autem dixi amicos quia omnia quae audiui a patre meo nota uobis feci* ; quod nondum fecerat, sed quia certo facturus erat quasi iam fecisset locutus est. Ipsis enim ait : *Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo.* Inter quae intellegitur et : *De die et hora.* Nam et apostolus : *Neque enim iudicaui me,* inquit, *scire aliquid in uobis nisi Christum Iesum et hunc crucifixum.* Eis enim loquebatur qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulo post dicit : *Non potui loqui uobis quasi spiritalibus sed quasi carnalibus.* Hoc ergo inter illos nesciebat μ 765
quod per illum scire non poterant. Et hoc solum se scire dicebat quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat *inter perfectos* quod inter paruulos nesciebat ; ibi quippe ait : *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur quod occultat quo dicitur fossa caeca quae occulta est. Neque enim aliquo genere loquuntur scripturae quod in consuetudine humana non inueniatur quia utique *hominibus* loquuntur.

[**24**] Secundum *formam dei* dictum est : *Ante omnes colles genuit me,* id est *ante omnes* altitudines creaturarum, et : *Ante luciferum genui te,* id est ante omnia tempora et temporalia ; secundum *formam* autem *serui* dictum est : *Dominus creauit me in principio uiarum suarum.* Quia secundum *formam dei* dixit : *Ego sum ueritas,* et secundum *formam serui* : *Ego sum uia.* Quia enim ipse *est primogenitus a mortuis,* iter

---

**8/10** Ioh. 15, *15. **12/13** Ioh. 16, *12. **13** Marc. 13, 32. **14/15** 1 Cor. 2, *2. **16** 1 Cor. 2, 11.14 ; Eccli. 3, 22. **17/18** 1 Cor. 3, *1. **21** 1 Cor. 2, 6. 1 Cor. 3, 1. **22** 1 Cor. 2, 6. **23/24** Stat., theb. XII, 234 ; Frontin., grom. (ed. Lachmann, p. 58, 2) ; Colum., rust. II, 2, 9 ; Pallad., agr. VI, 3, 1. **26** 1 Cor. 14, 3. **27** Phil. 2, 6. **27/28** Prou. 8, *25. **28** Col. 1, 17 ; Eccli. 24, 5. **29** Ps. 109, 3. **29/30** Eccli. 24, 14. **30** Phil. 2, 7. **30/31** Prou. 8, *22. **31/32** Phil. 2, 6. **32.33** Ioh. 14, 6. **33** Phil. 2, 7. Col. 1, *18 ; Apoc. 1, *5.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 8** Iam — **33** iter *Eug., p. 743, 6-744, 6.* **13** Nam — **20** oportebat [*coll., f.* $8^{v}$]. **27** Secundum — **33** iter *Vinc.*, v, *5-12.* **27** Ante — **29/30** temporalia [*excerpt., f. 1*].

---

**8** dicam uos] *ita A F K P T Eug.* (*G V v*) μ, uos dicam *cett. codd.* amicos] *add.* meos *P* **9** quaecumque *F J* μ **10** nota] motu $C^{a}$ feci uobis *K T* **11** certe *N T* °fecisse *I* ipse *F J* **12** ait] *praem.* ipsis *F* °uobis habeo μ **12/13** modo portare *N O S* hora] *praem.* de *A Eug. V* **14** aliquid scire *J* aliquid *om. C* °in] inter *Eug. V* **15** iesum christum *A S F K P Eug.* (*G V v*) **17** paulo *om.* $S^{a}$ uobis loqui *A Eug. V* μ **19** °Et] de *Eug. V* °se *om.* $V^{a}$ **21** paruolos $C^{a}$ **23** quo] quod $A^{a}$ $C^{a}$, (d *eras.*) *F, K* **26** quia] quae *i. r.* $T^{1}$ hominis $N^{a}$ **27** °Secundum] *praem.* itaque *Vinc.* °forma *Eug. V* **29/30** temporalia et tempora *T* **30** autem formam *O T* °autem *om. Vinc.* dictum] *praem.* eis (?) *eras. N* **31** creabit $K^{a}$ °Quia] qui et $S^{2}$, idem *Vinc.* R **32** dixit *om.* $A^{a}$ °et *om. Vinc.* R *Eug. V* **33** est *om. S K* μ °iter] item *Vinc.* R

fecit ecclesiae suae ad regnum dei ad uitam aeternam, cui *caput est* ad immortalitatem etiam corporis, ideo creatus est *in principio uiarum* dei *in opera* eius. Secundum *formam* enim *dei principium* est *quod et* loquitur nobis, *in* quo *principio fecit deus caelum et terram* ; secundum *formam* autem *serui* : *Sponsus procedens de thalamo suo.* Secundum *formam dei* : *Primogenitus omnis creaturae, et ipse est ante omnes et omnia in illo constant* ; secundum *formam serui* : *Ipse est caput corporis ecclesiae.* Secundum *formam dei dominus gloriae.* Vnde manifestum est quod ipse glorificet sanctos suos. *Quos* enim *praedestinauit, ipsos et uocauit ; et quos uocauit, ipsos et iustificauit ; quos autem iustificauit, ipsos et glorificauit.* De illo quippe dictum est quod *iustificet impium* ; de illo dictum est quod *sit iustus et iustificans.* Si ergo *quos iustificauit, ipsos et glorificauit,* qui iustificat ipse et glorificat, qui est, ut dixi, *dominus* PL 838
*gloriae.* Secundum *formam* tamen *serui* satagentibus discipulis de glorificatione sua respondit : *Sedere ad dexteram meam aut ad sinistram non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo.*

---

**34** Col. 1, 13 ; Apoc. 1, 6 ; 5, 10. **34/35** Eph. 5, 23 ; Col. 1, 18. **35** 1 Cor. 15, 53-54. **36** Prou. 8, *22. Ioh. 1, 2-3 ; Col. 1, 16. **36/37** Phil. 2, 6. **37** Ioh. 8, 25. **37/38** Gen. 1, *1 ; Act. 14, 14. **38** Phil. 2, 7. **38/39** Ps. 18, 6. **39** Phil. 2, 6. **39/40** Col. 1, 15. **40/41** Col. 1, *17. **41** Phil. 2, 7. **41/42** Col. 1, 18. **42** Phil. 2, 6. 1 Cor. 2, 8. **43** Rom. 8, 30. **43/45** Rom. 8, *30. **46** Rom. 4, 5. **46/47** Rom. 3, 26. **47/48** Rom. 8, *30. **48** *dixi* : I, xii, 42. **48/49** 1 Cor. 2, 8. **49** Phil. 2, 7. **50/52** Matth. 20, *23.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* *(I L R V ; def. M).*

**Test. :** **34** fecit — **52** meo *Eug., p. 744, 6-26.* **34** fecit — **43** suos, **49** Secundum — **52** meo *Vinc.*, v, *12-26.* **39/40** Primogenitus — **40** creaturae [*excerpt., f. 1*]. **49** satagentibus — **51** uobis [*coll., f.* $8^v$-*9*].

---

**34** facit *T* °suae *om. I* °ad *pr.*] et *I* **35** ideo] *praem.* et *F J* **36** °in *alt.*] et *R* operibus *C* °enim formam *Eug.* (*G V v*) **37** dei *om.* $N^a$ est *om.* $A^a$ $C^a$ *T* quod] *praem.* propter *J* **38** autem formam *F T* $\mu$ **39** de] e *T* suo] *add.* Hunc apostolicum locum heretici non intellegentes in contumeliam filii dei saepe proponunt astruentes quod creatura sit, minus considerantes uerborum uim : primogenitus quippe dictum est non primo creatus, ut et genitus pro natura et primus propter perpetuitatem credatur *S* formam] *add.* autem *J* **40** creaturae] *add.* Hunc apostolicum locum heretici non intellegentes in contumeliam filii dei saepe proponunt astruentes quod creatura sit, minus considerantes uerborum uim : primogenitus quippe dictus est non primus creatus, ut et genitus pro natura et primus propter perpetuitatem credatur. Secundum formam dei primogenitus omnis creaturae *F* °ante omnes est $\mu$ in illo] *ita A J Vinc. N Eug.* $G^2$ *v* $\mu$, in ipso *Vinc.* R, illi *cett. codd. Eug.* $G^a$ *V* **41** constant] substant $S^2$ Ipse] *praem.* et *A C K T Vinc.* caput *om.* $J^a$ corporis *om.* $N^a$ **42** °forma *Eug. V* dominus] *add.* est $\mu$ **43** °glorificat *Vinc.* R **43/44** praedestinabit $K^a$ **44** ipsos] his *A C T* uocauit *pr. et alt.*] uocabit $K^a$ iustificabit $K^a$ $T^2$ **45** iustificabit $K^a$ glorificabit $N^2$ $K^a$ *T* **46** de — est *alt.*] et *K* sit *om. T* **47** quos] quo/ *1 litt. eras.* $A^a$, quod $K^a$ iustificabit $K^a$ **47/48** glorificabit $N^2$ $K^a$ *T* **48** °qui *pr.*] quos $L^a$ °et] est et qui R, *om. Eug. V* **49** tamen] autem *P* **50** meam] *om. A C J K Vinc.* $\mu$, *add.* ait $S^2$ °aut] uel *Vinc.* R $\mu$ **51** ad *om. F* sinistram] *add.* meam *A C J K Vinc.* R $\mu$ °sed quibus] aliis *Vinc. N*

[**25**] Quod autem *paratum est a patre* eius et ab ipso filio paratum est quia ipse *et pater unum* sunt. Iam enim ostendimus in hac trinitate per multos locutionum diuinarum modos etiam de singulis dici quod omnium est propter inseparabilem operationem *unius eiusdem*que *substantiae.* Sicut et de spiritu sancto dicit : *Cum ego iero, mittam illum ad uos.* Non dixit, 'mittemus,' sed ita quasi tantum filius eum missurus esset, non et pater ; cum alio loco dicat : *Haec locutus sum uobis apud uos manens ; aduocatus autem ille spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uobis declarabit omnia.* Hic rursus ita dictum est quasi non eum missurus esset et filius sed tantum pater. Sicut ergo ista ita et illud quod ait, *sed quibus paratum est a patre meo* ; cum patre se intellegi uoluit parare sedes gloriae quibus uellet. Sed dicit aliquis : 'Illic cum de spiritu sancto loqueretur, ita se missurum ait ut non negaret patrem missurum, et alio loco ita patrem ut non negaret se missurum ; hic uero aperte ait : *Non est meum dare,* atque ita secutus a patre dixit ista praeparata.' Sed hoc est quod praestruximus μ 766
secundum *formam serui* dictum, ut ita intellegeremus : *Non est meum dare uobis,* ac si diceretur : 'Non est humanae potestatis hoc dare,' ut per illud intellegatur hoc dare per quod *deus* et *aequalis* est *patri. Non est meum,* inquit, *dare,* id est non humana potestate ista do, *sed quibus paratum est a patre meo* ; sed iam tu intellege quia si *omnia quae habet pater mea*

---

**53** Matth. 20, 23. **54** Ioh. 10, 30. **54/55** *ostendimus* : I, IV.V. **56/57** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **57** Symb. Nicaen., 10. **58** Ioh. 16, *7. **60/62** Ioh. 14, *25-26. **64/65** Matth. 20, 23. **66/68** Ioh. 16, 7 ; 15, 26. **68** Ioh. Ioh. 14, 26. **69/70** Matth. 20, 23. **71** Phil. 2, 7. **71/72** Matth. 20, 23. **74** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **75/76** Matth. 20, 23. **76/77** Ioh. 16, *15.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* *(I L R V ; def. M).*

**Test.** : **53** Quod — **76** mea *Eug., p. 744, 27-745, 26.* **53** Quod — **57** substantiae *Vinc.,* v, *27-32.* **54** Iam — **57** substantiae *Fulg., ad Ferrand., 13 (CC 91, 400, 472-475).* **66** Sed — **76** mea *Vinc.,* v, *32-40.* **72** ac — **76** mea [*coll., f. 9*].

---

**53** a patre eius est (est *del.*) *P* filio *om. J* **54** unum pater *F* **55** °diuniarum locutionum μ **57** et *om. J* **58** ego] ergo *A*, *add.* iam *F* °illum] eum *Eug. V* **59** mittimus $C^{a}$ *K Eug. V* quasi] qua/si *1 litt. eras. C, om. T* tantum *om.* $N^{a}$ **60** et non *P* μ et *om.* $T^{a}$ dicat] *praem.* ait *exp. T* **61** °ille *om.* μ mittit *K* **62** pater *om.* $P^{a}$ declarauit $K^{a}$ **63** et *om. C* **64** °Sicut] si $I^{a}$ °sed *om. Eug. V* **65** patre *alt.*] pater $S^{a}$ **66** Sed] *praem.* XI *A C* dicet *T Vinc. N* **66/69** Illic — uero *om. Vinc.* **66** °ille *I* **67** °missurum se *Eug. V* non] *s. l.* $J^{1}$ patrem] *om.* $N^{a}$, *praem.* et *F* **69** dare] *add.* uobis $N^{2}$ *F P* **69/70** °ita — ista] ideo adiunxit a patre haec *Vinc.* °a patre] aperte *Eug. V* **70** °ista] *om.* $R^{a}$ praestrinximus $S^{2}$ *J Vinc.* R **71** intellegerimus $C^{a}$ $K^{a}$ **72** uobis] *ita eras. N*, *O F Eug. (G P V v)* ; *om. cett. codd. Vinc.* μ **73** °intellagatur *T* hoc] haec *N O Eug. G P v* °quod per *Eug. V* **74** et *om.* $P^{a}$ μ dare] *add.* uobis *T* **75** °sed quibus] aliis *Vinc.*

*sunt*, et hoc utique meum est, et cum patre ista paraui.

**[26]** Nam et illud quaero quomodo dictum sit : *Si quis non audit uerba mea, ego non iudicabo illum.* Fortassis enim ita hoc dixit, *ego non iudicabo illum*, quemadmodum ibi, *non est meum dare.* Sed quid hic sequitur ? *Non enim ueni*, inquit, *ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam mundum.* Deinde adiungit et dicit : *Qui me spernit et non accipit uerba mea, habet qui se iudicet.* Hic iam intellegeremus patrem nisi adiungeret et diceret : *Verbum quod locutus sum, ipsum iudicabit illum in nouissima die.* Quid igitur iam nec filius iudicabit quia dixit : *Ego non iudicabo illum*, nec pater, sed *uerbum quod locutus* est filius ? Immo audi adhuc quod sequitur : *Quia ego*, inquit, *non ex me locutus sum, sed ille qui me misit pater, ille mandatum mihi dedit quid dicam et quid loquar ; et scio quia mandatum eius uita aeterna est. Quae ego loquor, ita ut dixit mihi pater, sic loquor.* Si ergo non iudicat filius sed *uerbum quod locutus* est filius, ideo autem iudicat *uerbum quod locutus* est filius quia non ex se locutus est filius, *sed qui misit* eum *pater mandatum* ei *dedit* quid dicat et quid loquatur. Pater utique PL 839 iudicat cuius *uerbum* est *quod locutus* est filius, atque *ipsum* uerbum patris idem ipse est filius. Non enim aliud est mandatum patris, aliud uerbum patris ; nam et uerbum hoc appellauit et mandatum.

Videamus ergo ne forte quod ait, *Ego non ex me locutus sum*, hoc intellegi uoluerit, *'Ego non ex me* natus *sum.'* Si enim uerbum patris loquitur, se ipsum loquitur quia ipse est uerbum patris. Plerumque enim dicit : *Dedit mihi pater*, in quo

---

**77** Matth. 20, 23. **78/79** Ioh. 12, *47. **80** Ioh. 12, *47. **80/81** Matth. 20, 23. **81/82** Ioh. 12, *47. **83/84** Ioh. 12, *48. **85/86** Ioh. 12, *48. **87** Ioh. 12, *47. Ioh. 12, *48. **88/92** Ioh. 12, *49-50. **92** Ioh. 12, 47. Ioh. 12, *48. **93** Ioh. 12, *48. **94/95** Ioh. 12, 49. **96** Ioh. 12, *48. **97** Ioh. 12, 48. **97/98** Ioh. 12, 49-50. **98** Ioh. 12, 48. **99** Ioh. 12, 49-50. **100** Ioh. 12, *49. **103** Ioh. 5, 36 ; 14, 31 ; e.a.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 77** sunt — **103** quo *Eug., p. 745, 26-746, 28.* **77** sunt — paraui *Vinc.*, v, *40-41 ;* [*coll., f. 9*]. **100** Videamus — **103** quo [*excerpt., f. 1*].

---

**78** sit] est *N O* **79** °uerba mea] me *Eug. V* illum] eum *A* **80** hoc] *ita N O S Eug.* (*G P V v*), hic *cett. codd. μ* ibi] *praem.* dictum est *F*, ubi *J* **81** °dare] *add.* uobis *Eug.* (*G V v*) ueni enim *T* inquit ueni *P* inquit *om. C* **82** mundum *alt.*] illum *F* **83** accepit $K^{a}$ **84** se] eum *T* intellegerimus $C^{a}$ $K^{a}$ **85** ipsud $S^{a}$ **86** °nouissimo *μ* filius *om.* $P^{a}$ **88** Immo] *add.* potius *P* **89** °ille *pr. om. μ* °misit me *Eug.* (*G P V*) **89/90** °mihi mandatum *V* **91** °Quae] *praem.* quia $O^{3}$ *I*, quam *K*, *add.* ergo *μ* pater *om. C* **95** °dedit ei *μ* **96** atqui $A^{2}$ *C* ipsud $S^{a}$ **97** °uerbum] *bis Eug.* $V^{a}$ filius est *J* est aliud *F* **97/98** °mandatum est *I L* **101** Si] sic $S^{2}$ enim] ergo *T* **102** loquitur *alt. om. S* **103** quo] qu/ *1 litt. eras.* $N^{a}$

uult intellegi quod eum genuerit pater, ut non tamquam iam exsistenti et non habenti dederit aliquid, sed ipsum dedisse ut haberet, genuisse est ut esset. Non enim sicut creatura ita *dei filius* ante *incarnationem* et ante assumptam creaturam, *unigenitus per quem facta sunt omnia,* aliud est et aliud habet, sed hoc ipsum est quod est id quod habet. Quod illo loco manifestius dicitur si quis ad capiendum sit idoneus ubi ait : *Sicut habet pater uitam in semetipso, ita dedit filio habere uitam in semetipso.* Neque enim iam exsistenti et uitam non habenti dedit ut haberet *uitam in semetipso,* cum eo ipso quod est uita sit. Hoc est ergo, *dedit filio habere uitam in semetipso,* genuit filium esse incommutabilem uitam, quod est *uita aeterna.* Cum ergo *uerbum dei* sit *filius dei,* et *filius dei* sit *uerus deus et uita aeterna* sicut in epistula sua dicit Iohannes, etiam hic quid aliud agnoscimus cum dicit dominus : *Verbum quod locutus sum, ipsum iudicabit eum in nouissima die* ? Et ipsum uerbum patris uerbum esse dicit et mandatum patris ipsumque mandatum uitam aeternam. *Et* μ 767
*scio,* inquit, *quia mandatum eius uita aeterna est.*

[**27**] Quaero itaque quomodo intellegamus : *Ego non iudicabo,* sed *uerbum quod locutus sum iudicabit,* quod ex consequentibus apparet ita dictum ac si diceret : '*Ego non iudicabo,* sed uerbum patris iudicabit.' Verbum autem patris

---

**104** Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **105/106** Ioh. 5, 36 ; 14, 31 ; e.a. **106** Ioh. 5, 26. **107/108** Ioh. 1, 14.18 ; 3, 16.18 ; 1 Ioh. 4, 9 ; Symb. Nicaen., 5-6 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2. **107** uide Symb. 'Quicumque,' 28.27. **107/108** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **108** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **111/112** Ioh. 5, *26. **113** Ioh. 5, 26. **114** Ioh. 11, 25 ; 14, 6. **114/115** Ioh. 5, *26. **115** Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5,5 ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **116** Ioh. 17, 3 ; 1 Ioh. 5, 20. ; Ioh. 3, 36 ; 6, 55 ; 10, 28 ; 17, 2 ; I Ioh. 5, 11-13. Apoc. 19, 13 ; Ioh. 1, 1.14 ; Eccli. 1, 5. Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **117** 1 Ioh. 5, 20. **119/120** Ioh. 12, *48. **120** Ioh. 12, 48. **121** Ioh. 12, 49-50. Ioh. 12, 50. **121/122** Ioh. 12, 50. **123/124** Ioh. 12, *47. **124** Ioh. 12, *48. **124/125** *ex consequentibus* : Ioh. 12, 49-50. **125/126** Ioh. 12, *47. **126** Ioh. 12, 48.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **104** uult — **126** patris *alt. Eug., p. 746, 28-747, 23.* **104** uult — **106** esset [*excerpt., f. 1*]. **106** Non — **116** aeterna *Fulg., ad Ferrand., 17 (CC 91, 405, 641-650).* **106** Non — **109** habet, **111** Sicut — **116** aeterna, **123** Ego — **124** iudicabit, **126** Verbum *alt.* — patris [*coll., f. 9-9*v].

---

**104** non ut *S*² μ **104/105** °iam tamquam *Eug. V* **105** existente *K*ª °sed] se *R*ª ipsud *S*ª **105/106** dedisse] genuisse *A*ª *C* **110** illo] *praem.* in *F* **112** filio] *praem.* et *T* uitam habere *T* μ **114** °cum eo ipso *om. V*ª *Eug. V* eo] *praem.* in *S*² °sit] est *Fulg.* **114/115** uitam habere *N S* μ **118** iohannes dicit *S* **119** °ipsum *om. L* **120** °nouissimo *Eug.* (*G P V v*) μ uerbum *pr. om. A C P*ª **122** °eius] estis *Eug. V* **124** sed *om. J* **126** patris *pr.*] *add.* ipsum *F*

est ipse *filius dei*. Siccine intellegendum est : '*Ego non iudicabo*, sed ego iudicabo' ? Quomodo istud potest esse uerum nisi ita : '*Ego*' scilicet '*non iudicabo* ex potestate humana *quia filius hominis* sum, sed ego iudicabo ex potestate uerbi *quoniam filius dei* sum.' Aut si contraria et repugnantia uidentur '*Ego non iudicabo*, sed ego iudicabo,' quid illic dicemus ubi ait : *Mea doctrina non est mea* ? Quomodo *mea*, quomodo *non mea* ? Non enim dixit : 'Ista *doctrina non est mea*,' sed : *Mea doctrina non est mea* ; quam dixit suam, eandem dixit non suam. Quomodo istud uerum est nisi secundum aliud suam dixerit, secundum aliud non suam ; secundum *formam dei*, suam ; secundum *formam serui*, non suam ? Cum enim dicit : *Non est mea sed eius qui me misit*, ad ipsum uerbum nos facit recurrere. Doctrina enim patris est uerbum patris, qui est *unicus filius*.

Quid sibi et illud uult : *Qui in me credit, non in me credit* ? Quomodo in ipsum, quomodo non in ipsum ? Quomodo tam PL 840
contrarium sibique aduersum potest intellegi — *Qui in me*

---

**127** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **127/128** Ioh. 12, *47. **129** Ioh. 12, *47. **129/130** Luc. 6, 5 ; Ioh. 5, 27 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **131** Act. 9, 20 ; 1 Ioh. 5, 5 ; Ioh. 20, *31 ; Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 11, 27 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **132** Ioh. 12, *47. **133** Ioh. 7, 16. **133/134** Ioh. 7, 16. **135** Ioh. 7, 16. **138** Phil. 2, 6. Phil. 2, 7. **139** Ioh. 7, *16. **140** Ioh. 12, 48. Ioh. 7, 16. **141** cf. I, VI, 7 ; XII, 116.126/127. Ioh. 12, 48. Symb. Nicaen., 5-6 ; Symb. Rom.-Mediol., 2 ; Symb. Afric., 2. **142** Ioh. 12, *44. **144/145** Ioh. 12, *44.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 127** est *pr.* — **144** me *Eug., p. 747, 24-748, 12.* **127** est *pr.* — dei, **129** Ego — **141** filius, **142** Qui — credit *alt.* [*coll., f. 9v-10*]. **133** ubi — **139** suam, **142** Quid — **144** me *Vinc.*, v, *42-52.*

---

**127** est *pr.*] et *C* Siccine] sicine *A*$^{a}$ *N O*$^{a}$ *P T*$^{2}$ *Eug. V*, sic *C S*, et sic *S*$^{2}$, sic ergo *F*, sic ne *J*, sic enim *K* **128** °ego *om. Eug. V* potest istud *P* $\mu$ istuc *N*$^{a}$ *O*$^{a}$ uerum] uerbum *C*$^{a}$ **130** uerbi] *add.* dei *F* **131** quoniam] quia *T* °contrariae repugnantiae (et *om.*) *Eug. V* **132** °ego *alt. om. Eug. V* illinc *A C K*, illud *S* **132/133** dicimus *A C F K* **133** °ubi] *praem.* iuxta quod et illud debemus accipere *Vinc.* **133/135** Quomodo — mea *tert. om. T* **134** non *pr.*] *add.* est *S F* **136** istuc *C O*$^{a}$ **137** aliud *alt.*] alium *C* **139** misit me *T Eug. V* **140** enim] ergo *P* **144** uerbum] *praem.* et *eras. N*, *O S*$^{a}$ *F* **143** Quomodo *pr.* — ipsum *alt.*] *s. l. J*$^{1}$ in *pr. om. T*$^{a}$ in *alt. om. T Vinc.* °Quomodo *tert.*] qua ratione *Eug.* (*G P V v*) **144** °sibi quae *N*$^{a}$, sibi atque *Vinc.* °aduersum] diuersum *T Vinc. N*, diuisum *Vinc. R*

*credit*, inquit, *non in me credit sed in eum qui me misit* — nisi ita intellegas : '*Qui in me credit*, non in hoc quod uidet credit,' ne sit spes nostra in creatura, sed in illo qui suscepit creaturam in qua humanis oculis appareret ac sic ad se *aequalem patri* contemplandum per fidem corda mundaret ? Ideoque ad patrem referens intentionem credentium et dicens : *Non in me credit sed in eum qui me misit*, non utique se a patre, id est ab illo *qui* eum *misit*, uoluit separari, sed ut sic in eum crederetur quomodo in patrem cui aequalis est. Quod aperte alio loco dicit : *Credite in deum et in me credite* ; id est sicut *creditis in deum*, sic *et in me* quia *ego et pater unus deus*. Sicuti ergo hic tamquam abstulit a se fidem hominum et in patrem transtulit dicendo : *Non in me credit sed in eum qui me misit*, a quo tamen se non utique separauit ; sic etiam quod ait : *Non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo*, puto clarere secundum quid utrumque accipiendum sit. Tale est enim et illud : *Ego non iudicabo*, cum ipse *iudicaturus* sit *uiuos et mortuos* ; sed quia non ex potestate humana, propterea recurrens ad deitatem *sursum* erigit *corda* hominum propter quae subleuanda *descendit*.

---

**146** Ioh. 12, *44. **146/147** Ioh. 20, 29 ; 1 Petr. 1, 8. **147/148** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33 ; Hebr. 2, 14. **148** 1 Ioh. 1, 2 ; 3, 8 ; 4, 9. **148/149** Matth. 5, 8. **149** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. 1 Cor. 13, 12-13 ; ii Cor. 5, 7 ; Hab. 2, 4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38. **151** Ioh. 12, *44. **152** Ioh. 12, *44. **153** Ioh. 12, 44 ; 14, 1. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **154** Ioh. 14, *1. **155** Ioh. 14, 1. **155/156** Ioh. 10, *30. **156** Deut. 6, *4 ; Mal. 2, 10 ; Marc. 12, 29.32 ; Ioh. 17, *3 ; Rom. 3, 30 ; 1 Cor. 8, 6 ; Gal. 3, 20 ; Eph. 4, 6 ; 1 Tim. 2, 5 ; Iac. 2, 19. **157/158** Ioh. 12, *44. **159/160** Matth. 20, *23. **161** Ioh. 12, *47. **162** Symb. Rom.-Mediol. III, 8. **163/164** ordo missae ; Cypr., domin. orat. 31 (CSEL 3, 289) ; Commod., instr. II, xxxi (xxxv), 14 (CC 128, 68) ; Col. 3, 1 ; cf. Thren. 3, 41 ; uide M. Pellegrino, "Sursum cor nelle opere di sant'Agostino", "Recherches Augustiniennes", uol. III, 1965, p. 179-206. **164** Symb. Rom.-Mediol. I, 2e-f ; Symb. Nicaen., 13-14 ; Ioh. 6, 33-59.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 145** credit *pr.* — **164** descendit *Vinc.*, v, *52-73 ; Eug., p. 748, 12-749, 2.*
**145** credit *pr.* — **148** appareret [*coll., f. 10*].

---

**145** °credit *pr. om. Eug. V* in me non *S* **146** °uidit $V^a$ **147** creaturam *T* °illo] eo *A*, illum *T*, eum *Vinc.* R **148** apparet *S Vinc.* R °ac sic] ac si *T*, ad sic (*corr. per ras.*) L, et sic *Eug. V* **149** patris (s *eras.*) *S* °contemplandam *C*, contuendum *Vinc.* **152** °se] se/ *1 litt. eras. C, om. I* **153** °patre *Eug. V* °est aequalis $\mu$ **154** Credite *pr.*] creditis $O^3$ *P Vinc.* R **155** credidistis *P* °sic] sicut *Eug. V* **156** °sicut *I L Eug.*(*G P V v*) **157** patre *F* transtulit] abstulit *Eug. V* **158** utique non *F Vinc.* R $\mu$ **159** °sed quibus] sed si quibus $T^2$, aliis *Vinc.* **160** a patre meo est *F* clarere] dare// *2 litt. eras. N*, darere $K^a$, claret *T* **161** et] *om.* $C^a$ *Vinc.* R, ut *S* **162** sed] *praem.* xiii *S* **163** rursum $S^a$.

XIII. [XIII **28**] Nisi tamen idem ipse esset *filius hominis* propter *formam serui* quam accepit qui est *filius dei* propter *dei formam* in qua est, non diceret apostolus Paulus de principibus huius saeculi : *Si enim cognouissent, numquam dominum gloriae crucifixissent.* Ex *forma* enim *serui crucifixus est,* et tamen *dominus gloriae crucifixus est.* Talis enim erat illa susceptio quae deum hominem faceret et hominem deum. Quid tamen propter quid et quid secundum quid dicatur, adiuuante domino prudens et diligens et pius lector intellegit. Nam ecce diximus quia secundum id quod *deus* est glorificat μ 768 suos, secundum hoc utique quod *dominus gloriae* est ; et tamen *dominus gloriae crucifixus est,* quia recte dicitur et deus *crucifixus,* non *ex uirtute* diuinitatis sed *ex infirmitate* carnis ; sicut dicimus quia secundum id quod *deus* est iudicat, hoc est ex potestate diuina non ex humana, et tamen ipse *homo iudicaturus est* sicut *dominus gloriae crucifixus est.*

---

XIII. **1** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **2** Phil. 2, 7. Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **2/3** Phil. 2, *6. **3/5** I Cor., 2, 8. **5** Phil. 2, 7. Matth. 28, 5 ; II Cor. 13, 4 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 4 ; III, 4 ; Symb. Afric., 4. **6** I Cor. 2, 8. Matth. 28, 5 ; II Cor. 13, 4 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 4 ; III, 4 ; Symb. Afric., 4. **6/7** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28-35. **7** Hil., ad const. (apud Arnob., confl. II, 13), fragm. 6 (PL 10, 725). **10** *diximus* : I, XII, 42/49. Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15.28-35 ; Phil. 2, 6. **10/11** Rom. 8, 30. **11** I Cor. 2, 8. **12** I Cor. 2, 8. **12.13** Matth. 28, 5 ; II Cor. 13, 4 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 4 ; III, 4 ; Symb. Afric., 4. **13/14** II Cor. 13, 4 ; uide Symb. 'Quicumque,' 31. **14** *dicimus* : cf. I, XII, 129/131. Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15.28-35. Ioh. 12, 47. **16** I Tim. 2, 5 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. II Tim. 4, 1 ; Symb. Rom.-Mediol. III, 8 ; I Petr. 4, 5. I Cor. 2, 8. Matth. 28, 5 ; II Cor. 13, 4 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 4 ; III, 4 ; Symb. Afric., 4.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : XIII. **1** Nisi — **16** est *alt. Eug., p. 749, 7-22.* **1** Nisi — **14** carnis *Beda, f. 42v.* **1** Nisi — **9** intellegit *Vinc.*, IIII, *36-45.* **3** diceret — **7** deum *alt.*, **12** quia — **16** est *alt.* [*coll., f. 10-10v*]. **5** Ex — **7** deum *alt. Hisp., p. 114, 40-42.* **6** Talis — **7** deum *alt.* [*Alcuin., trin. II*, x (*PL 101, 30*)].

---

XIII.] XII *A T*, *om. C S* **1** °tamen] tam (*uel* tum) enim *Eug. V* °ipse idem *μ* °idem] *om. T*, ideo *Beda* filius] *praem.* et *T* **2/3** °formam dei *Eug.* (*V*) **3** paulus apostolus *K μ* Paulus *om. J T Beda* **4** saeculi] mundi *N O S F* cognouissent] cogno/uissent *1 litt. eras. T* °dominum] *om. S*ª, deum *Vinc. N* **4/5** °gloriae] maiestatis *Vinc.* **6** gloriae dominus *T* °gloriae] maiestatis *Vinc. Hisp.* °crucifixus est] dicitur crucifixus *Vinc. Hisp.* **7** °quae] *add.* et *Hisp.* **9** lector et diligens et pius *P* °et pius *om. Beda* intelliget *A*ª *J*, intelleget *P* **10** Nam] iam *S*² deus *om. N* **12** recte] e *pr. i. r. O*² **13** °ex *pr. om. Beda* ex *alt. om. C* **14** sicut] *add.* enim *S*², *praem.* et *J* diximus *T*

Ita enim aperte dicit : *Cum uenerit filius hominis in gloria sua et omnes angeli cum eo, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes,* et cetera quae de futuro iudicio usque ad ultimam sententiam in eo loco praedicantur. Et iudaei quippe, qui in malitia perseuerantes in illo iudicio puniendi sunt, sicut alibi scriptum est : *Videbunt in quem pupugerunt.*

Cum enim et boni et mali uisuri sint *iudicem uiuorum et mortuorum,* procul dubio eum uidere mali non poterunt nisi secundum formam qua *filius hominis* est, sed tamen *in claritate* in qua *iudicabit,* non *in humilitate* in qua iudicatus PL 841 est. Ceterum illam *dei formam* in qua *aequalis* est *patri* procul dubio impii non uidebunt. Non enim sunt *mundicordes* : *Beati* enim *mundicordes quoniam ipsi deum uidebunt.* Et ipsa uisio est *facie ad faciem,* quae summum praemium promittitur iustis ; et ipsa fiet *cum* tradet *regnum deo et patri,* in quo et suae formae uisionem uult intellegi, subiecta deo uniuersa creatura et ipsa in qua *filius dei filius hominis* factus est, quia secundum hanc *et ipse filius tunc subiectus*

---

**17/18** Matth. 25, *31. **18/19** Matth. 25, 32. **19/20** Matth. 25, 32-46. **20/21** I Reg. 12, 25. **22** Ioh. 19, *37 ; Zach. 12, *10 ; Apoc. 1, 7. **23** Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64 ; 22, 10. **23/24** Act. 10, 42 ; II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5. **25** Phil. 2, 7. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **25/26** Matth. 16, *27 ; 19, *28 ; 25, *31 ; Marc. 8, *38 ; Luc. 9, *26. Ioh. 12, 48 ; Hebr. 10, 30 ; II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5. **26/27** Act. 8, 33 ; Phil. 2, 8. **27/28** I Ioh. 3, 6 ; III Ioh. 11. **27** Phil. 2, *6. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **28/29** Matth. 5, 8. **29** Matth. 5, 8. **30/31** cf. I, IX, 15/16 ; X, 64/66. **30** I Cor. 13, 12. Matth. 6, 1 ; 5, 12 ; Luc. 6, 35. **31/32** I Cor. 15, 24. **32/34** I Cor. 15, 28. **33/34** Phil. 2, 6-7. **33** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **34/35** I Cor. 15, *28.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **17** Ita — **34** subiectus *Eug., p. 749, 23-750, 12.* **20** Et — **27** est *pr.* [*coll., f. 10*v]. **31** et *pr.* — **34** subiectus [*coll., f. 6*v*-7*].

---

**17** Ita] *praem.* XII *C* **21** °sicuti *μ* **22** uiderunt *S*$^a$ *K*$^a$ **23** et *pr. om. F T* sunt *S*$^a$ *K*$^a$, (*corr. per ras.*) *T* **24** °mali uidere *Eug.* (*V*) non poterunt mali *A C* °mali non et mali *R* °nisi] *bis C, om. R* **25** homonis *C*$^a$ **26** iudicatus// *2 litt. eras.*, s *ex* r *O*$^2$ ; iudicauit *S*$^a$ **28/29** mundicordes] s *eras. O*, mundicorde *C*$^a$ *N*$^a$ *S J*, mundicordis *K*$^a$, mundocordes *T*$^a$ **29** enim *om. J*$^a$ mundicordes] s *eras. O*, mundo corde *N*, mundicorde *S J*, mundicordis *K*$^a$, mundo cordes *T*$^a$ **30** °facie] faciem *Eug.* (*V*) qua *A* **31** °fit *N*$^a$ *O S J K*, fiat *I*$^a$ tradiderit *F P T* °deo regnum *Eug.* (*V*) **32** °subiecta] *praem.* a *S*, subiectam *Eug.* (*V*) **33** dei filius *om. J* **34** °quia] qua *Eug.* (*V*)

*illi erit qui ei subiecit omnia ut sit deus omnia in omnibus.* Alioquin si *filius dei iudex* in forma in qua *aequalis* est *patri* etiam impiis cum *iudicaturus est apparebit,* quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur dicens : *Et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi* ? Quapropter *filius hominis iudicaturus est,* nec tamen ex humana potestate sed ex ea qua *filius dei* est ; et rursus *filius dei iudicaturus est,* nec tamen in ea forma apparens in qua *deus* est *aequalis patri,* sed in ea qua *filius hominis* est.

[**29**] Itaque utrumque dici potest, et : 'Filius hominis iudicabit,' et : 'Non filius hominis iudicabit,' quia filius hominis iudicabit ut uerum sit quod ait : *Cum uenerit filius hominis, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes* ; et non filius hominis iudicabit ut uerum sit quod ait : *Ego non iudicabo,* et : *Ego non quaero gloriam meam ; est qui quaerat et iudicet.* Nam secundum id quod *in iudicio* non *forma dei* sed forma

---

**36** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Act. 10, 42 ; II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5. Phil. 2, 6. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **37** Matth. 25, 31-33. II Tim. 4, 1 ; Symb. Rom.-Mediol. III, 8 ; I Petr. 4, 5. Hebr. 9, 27-28. **38/39** Ioh. 14, *21. **39** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **39/40** II Tim. 4, 1 ; Symb. Rom.-Mediol. III, 8 ; I Petr. 4, 5. **40/41** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **41/43** Matth. 16, 27 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 8, 38 ; Luc. 9, 26 ; Hebr. 9, 27-28. **41/42** Phil. 2, 6. **42** Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15.28-35. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **42/43** Phil. 2, 7. **43** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **44/45** Ioh. 12, 48. **45** Ioh. 12, 47. **45/46** Ioh. 12, 48. **46/47** Matth. 25, 31. **47** Matth. 25, 32. **47/48** Ioh. 12, 47. **48** Ioh. 12, 47. **49** Ioh. 8, 50. **50/51** cf. I, XIII, 73/74. **50** Ps. 9, 8. II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5 ; Hebr. 9, 27. Phil. 2, 6. **50/51** Phil. 2, 7 ; Ioh. 5, 22.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test.** : **35** illi — **50** forma *alt. Eug., p. 750, 12-29.* **35** illi — omnibus [*coll. f. 7*].

---

**35** °illi] ei *I L* ei] sibi *T* **36** in *alt.*] ita *eras. N, O S J Eug.* (*V*), *om. cett. codd.* μ **37** cum *om. T* est *om. T* **38** Et *om. N O S J* **39** quiapropter (i *eras.*) *N* **40/41** nec — est *pr. om.* $T^a$ **41** in *om. S* **42** apparebet *F* est] *add.* et *F*, *om. T* **44/45.45** iudicauit $K^a$ **45/46** quia — iudicabit *om. Eug.* (*V*) **47/48** iudicabit filius hominis *P* **48** uerum sit] *i. r.* $N^2$

filii hominis *apparebit,* nec ipse pater iudicabit. Secundum hoc enim dictum est : *Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.* Quod utrum ex illa locutione dictum sit quam supra commemorauimus ubi ait : *Sic dedit filio habere uitam in semetipso,* ut significaret quia sic genuit filium, an ex illa qua loquitur apostolus dicens : *Propter quod eum suscitauit et donauit ei nomen quod est super omne nomen.* — Hoc enim de filio hominis dictum est secundum quem *dei filius* suscitatus est *a mortuis.* Ille quippe *in forma dei aequalis* est *patri,* ex quo *se exinaniuit formam serui accipiens* ; in ipsa forma serui et agit et patitur et accipit, quae conse- μ 769 quenter contexit apostolus : *Humiliauit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis ; propter quod eum exaltauit et donauit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus in gloria est dei patris.* — Vtrum ergo secundum illam an secundum istam locutionem dictum sit : *Omne iudicium dedit filio,* satis hinc apparet quia si secundum illud diceretur secundum quod dictum est : *Dedit filio habere uitam in semetipso,* non PL 842

---

**51** Hebr. 9, 28. Ioh. 5, 22. **51/57** cf. I, XIII, 67/73. **52/53** Ioh. 5, *22. **54** *supra* : I, XII, 110 sqq. **54/55** Ioh. 5, *26. **55** uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **56/57** Phil. 2, *9. **58/59** Phil. 2, 7 ; Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **59** II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. Act. 3, 15.26 ; 4, 10 ; 5, 30 ; 10, 40 ; 13, 30.34.37 ; 17, 31 ; Rom. 4, 24 ; 8, 11 ; 10, 9. Symb. Rom.-Mediol. II, 5 ; III, 5 ; Symb. Afric., 5 ; uide Symb. 'Quicumque,' 36 ; Matth. 17, 9 ; Marc. 9, 8.9 ; Luc. 24, 46 ; Ioh. 20, 9 ; 21, 14 ; Act. 10, 41 ; e.a. Phil. 2, 6. **60** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. Phil. 2, *7. **61** Phil. 2, 7. **62/67** Phil. 2, *8-11. **67/73** cf. I, XIII, 51/57. **68** Ioh. 5, 22. **70** Ioh. 5, *26.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* *(I L R V ; def. M).*

**Test.** : **51** filii — **70** non *Eug., p. 750, 29-751, 22.*

---

**51** °ipse] *s. l.* $J^1$, ipsa $R^a$ **51/52** Secundum — quemquam *om. Eug. (V)* **52** enim hoc *P* **53** °iudicio $V^a$ **54** sit] est *T* **54/55** uitam habere *F* **55** filium genuit *F* **56** qua] *praem.* de *A P μ* **57** °suscitauit] *add.* a mortuis *F*, suscitabit $K^a$, exaltauit *Eug. (V)* donabit $K^a$ ei] illi *N O S μ* **58** quod *S* **59** suscitatus] *ita P Eug. (V)*, excitatus *cett. codd. μ* **60** est aequalis *J* est] *ita F K Eug. (V)*, *om. cett. codd. μ* qua *N O F P T Eug. (V)* **61** ipsam formam (m, -m *eras.*) *N K, O* accipit et patitur *T* accepit $S^a$ $J^a$ $K^a$ **61/62** contexit consequenter *F* **62** contexuit *N O J* humiliabit $K^a$ **63** quod] *add.* et deus $O^3$ *S F K P μ* eum] illum *P μ* **64** donabit $K^a$ ei] illi *F* omnem (m *alt. eras.*) *C* **65** omni *C* et *pr.*] *ita C, om. cett. codd. Eug. (V) μ* **66** °Iesus] *add.* christus *Eug. (V) μ* **68** iudiciom *C* **69** hinc] nc *i. r.* $C^2$, hic *Eug. (V)* **70** uita $K^a$

utique diceretur : *Pater non iudicat quemquam.* Secundum hoc enim quod aequalem pater genuit filium iudicat cum illo. Secundum hoc ergo dictum est quod *in iudicio* non *forma dei* sed forma filii hominis *apparebit.* Non quia non iudicabit qui *dedit omne iudicium filio,* cum de illo dicat filius : *Est qui quaerat et iudicet* ; sed ita dictum est : *Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio* ac si diceretur : 'Patrem nemo uidebit in iudicio *uiuorum et mortuorum,* sed omnes filium,' *quia* et *filius hominis est* ut possit et ab impiis uideri cum et illi *uidebunt in quem pupugerunt.*

[**30**] Quod ne conicere potius quam aperte demonstrare uideamur, proferimus eiusdem domini certam manifestamque sententiam qua ostendamus ipsam fuisse causam ut diceret : *Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio,* quia *iudex* forma filii hominis apparebit, quae forma non est patris sed filii, nec ea filii in qua *aequalis* est *patri* sed in qua *minor* est *patre,* ut sit in iudicio conspicuus et bonis et malis. Paulo post enim dicit : *Amen dico uobis quia qui uerbum meum audit et credit ei qui me misit, habet uitam aeternam, et in iudicium non ueniet sed transiet de morte in uitam.* Haec *uita*

---

**71** Ioh. 5, *22. **72** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **73/74** cf. I, XIII, 50/51. II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5 ; Hebr. 9, 27. **73** Ps. 9, 8. Phil. 2, 6. **74** Phil. 2, 7 ; Ioh. 5, 22. Hebr. 9, 28. **74/75** Ioh. 5, *22. **75/76** Ioh. 8, *50. **76/77** Ioh. 5, *22. **78/79** Matth. 24, 30 ; 26, 64 ; 22, 10. **78** Act. 10, 42 ; II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5. **79** Matth. 25, 32. Luc. 6, 5 ; Ioh. 5, 27 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **80** Ioh. 19, *37 ; Zach. 12, *10 ; Apoc. 1, 7. **84/85** Ioh. 5, *22. **85** Act. 10, 42. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **86** Phil. 2, 6. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **86/87** Phil. 2, 7. **87** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **87/88** Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64 ; 22, 10. **88/90** Ioh. 5, *24. **90/91** Ioh. 17, 3 ; cf. I, XIII, 126/127.189/191. Matth. 19, 16 ; Marc. 10, 17 ; Luc. 18, 18 ; Ioh. 5, 29.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **71** utique — **90** uita *Eug., p. 751, 22-752, 11.* **73** quod — **74** apparebit, **76** dictum — **79** filium [*coll., f. 10v*].

---

**73** °forma] *praem.* in *Eug.* (*V*) **75** °omne iudicium dedit *Eug.* (*V*) °filius dicat *Eug.* (*V*) **76** °est dictum *μ* °non *om. Eug.* $V^a$ **78** et mortuorum *om. S* **79** et *alt. om. J* **80** °in *om. R* **81** quo $K^a$ ne/ *1 litt. eras. K* **82** proferemus *A P*, proferamus *F μ* **83** ostendimus *F Eug.* (*V*) **84/85** filio dedit *F* **85** forma] *praem.* in $S^2$ *P μ* °fili *Eug.* (*V*) **86** filii *pr. om. S* **87** °bonus *Eug.* (*V*) **88** °enim post *μ* Amen] *add.* amen *F J* **88/89** °uerba mea *Eug.* (*V*) **89** °ei] in eum *Eug.* (*V*) °misit me *μ* **90** iudicio *K* transiet] *ita A F P Eug.* (*V*) *μ*, transibit *T*, transit *cett. codd.* de] *ita N O J Eug.* (*V*), a *cett. codd. μ* in] ad *P* Haec] *add.* est *exp. J*

*aeterna* est illa uisio quae non pertinet ad malos. Deinde sequitur : *Amen, amen dico uobis quia ueniet hora et nunc est cum mortui audient uocem filii dei, et qui audierint uiuent.* Et hoc proprium est piorum qui sic audiunt de incarnatione eius ut credant *quia filius dei est,* id est sic eum propter se factum accipiunt *minorem patre* in *forma serui* ut credant quia *aequalis* est *patri in forma dei.* Et ideo sequitur et hoc ipsum commendans dicit : *Sicut enim habet pater uitam in semetipso, ita dedit et filio uitam habere in semetipso.* Deinde uenit ad uisionem suae claritatis in qua *uenturus est* ad iudicium, quae uisio communis erit et impiis et iustis. Sequitur enim et dicit : *Et potestatem dedit ei et iudicium facere quoniam filius hominis est.*

Puto nihil esse manifestius. Nam *quia filius dei est* et *aequalis* est *patri,* non accipit hanc potestatem iudicii faciendi sed habet illam cum patre in occulto ; accipit autem illam ut boni et mali eum uideant iudicantem *quia filius hominis est.* Visio quippe filii hominis exhibebitur et malis ; nam uisio *formae dei* non nisi mundis corde, *quia ipsi deum uidebunt* ;

---

**91** I Ioh. 3, 6 ; III Ioh. 11 ; Matth. 5, 8. **92/93** Ioh. 5, *25. **94/95** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **95** Ioh. 20, 31 ; Act. 9, *20 ; I Ioh. 5, *5 ; Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 11, 27 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **96** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. Phil. 2, 7. **96/97** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **97** Phil. 2, 6. **98/99** Ioh. 5, *26. **99/101** Ioh. 5, 28-29 sqq. **100** Matth. 16, 27 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 8, 38 ; Luc. 9, 26. Symb. Nicaen., 17 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 8 ; III, 8 ; Symb. Afric., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 37 ; Matth. 16, 27 ; 24, 44. **102/103** Ioh. 5, *27. **104** Ioh. 20, 31 ; Act. 9, *20 ; I Ioh. 5, *5 ; Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **105** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **105/106** Ioh. 5, 27. **106/107.108** Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64. **107/108** Luc. 6, 5 ; Ioh. 5, 27 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **108/109** Matth. 5, *8. **109** Phil. 2, 6.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test.** : **91** aeterna — **109** uidebunt *Eug., p. 752, 11-30.*

---

**92** amen *alt. om. A C S P* °uenit $O^3$ *I* **94** incarnatione] in carne $N^a$ **95** °eum] cum *I* **96** accipiant *J Eug.* (*V*) formam (m *alt. eras.*) *O* **96/97** ut — dei *om. Eug.* (*V*) **97** dei *om.* $S^a$ **98** Sicut] sic $T^a$ °habet pater] *ita V Eug.* (*V*), pater habet *cett. codd.* μ **99** et filio uitam habere dedit *P* et *om. C J T* habere uitam *N O F* **102** et *alt. om. F J* **104** est *om. K* et] *ita N O F P Eug.* (*V*), *om. cett. codd.* μ **105** patri est *P* est] *del.* $S^2$, *om. A J T* μ accepit $A^2$ *C F J T* **106** accepit *A* $C^2$ *F J* $K^a$ *T* **107** hominis filius $F^a$ **108** exhibetur *F* $T^a$

id est solis piis quorum dilectioni hoc ipsum promittit quia ostendet se ipsum illis. Et ideo uide quid sequitur : *Nolite mirari hoc,* inquit. Quid nos prohibet mirari nisi illud quod reuera miratur omnis qui non intellegit ut ideo diceret patrem μ 770
dedisse *ei potestatem et iudicium facere quoniam filius hominis est,* cum magis quasi hoc exspectaretur ut diceret, '*quoniam filius dei est*' ? Sed quia filium dei secundum id quod *in forma dei aequalis* est *patri* uidere iniqui non possunt, oportet autem ut iudicem *uiuorum et mortuorum* cum coram iudicabuntur et iusti uideant et iniqui. *Nolite,* inquit, *hoc mirari, quoniam* PL 843
*ueniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius ; et prodient qui bona gesserunt in resurrectionem uitae ; qui mala gesserunt in resurrectionem iudicii.* Ad hoc ergo oportebat ut ideo acciperet illam potestatem *quia filius hominis est* ut resurgentes omnes uiderent eum in forma in qua uideri ab omnibus potest, sed *alii ad damnationem, alii ad uitam aeternam.* Quae *est autem uita aeterna* nisi illa uisio quae non conceditur impiis ? *Vt cognoscant te,* inquit, *unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum.* Quomodo et

---

**110/111** Ioh. 14, 21. **111/112** Ioh. 5, 28. **114/115** Ioh. 5, *27. **115/116** Act. 9, 20 ; I Ioh. 5, 5 ; Ioh. 20, *31 ; Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 11, 27 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **116/117** Phil. 2, 6. **117** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. I Ioh. 3, 6 ; III Ioh. 11. **118** Act. 10, 42 ; II Tim. 4, 1 ; I Petr. 4, 5. **119** Ioh. 2, *28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64 ; 22, 10. **119/122** Ioh. 5, *28-29. **123/125** Ioh. 5, 27. **123/124** Luc. 6, 5 ; Joh. 5, 27 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **124/125** Phil. 2, 7. **125/126** Dan. 12, *2 ; Matth. 25, 46 ; Ioh. 5, 29. **126** Ioh. 17, 3 ; Dan. 12, 2 ; Matth. 25, 46 ; Ioh. 5, 24. **126/127** cf. I, XIII, 90/91.189/191. I Ioh. 3, 6 ; III Ioh. 11. **127/128** Ioh. 17, *3.

---

**Codd. :** **113** omnis — **207** consideranda *def. A ; C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **110** id — **128** et *alt. Eug., p. 752, 30-753, 20.* **126** Quae — **127** impiis [*excerpt., f. 1*].

---

**110** °dilectationi (ta *eras.*) R °ipsud *Eug.* (*V*) **111** °se ipsam ostendet *μ* °ostendere *Eug.* (*V*) sequitur] *ita P Eug.* (*V*), sequatur *cett. codd. μ* **112** °inquit mirari hoc *Eug.* (*V*) prohiberet *O* **113** °miramur *Eug.* (*V*) °ut] *i. r.* $I^2$, et $R^a$ **114** ei] *add.* et *T* et *om. J* °quoniam] quia *μ* **116** dei *pr. om. T* **118** coram] *add.* eo *T* **120** °uenit *I L* in *pr. om. C K* omnis (*corr. 1 m.*) *Eug. V* **121** eius] *praem.* filii *J* prodient] procedent *F*, pro/// *3 litt. eras.* $T^a$ **122** °qui] *add.* uero *T*, *add.* autem *μ* gesserunt] egerunt *K* **123** quia] quoniam *N* filius] *add.* est *eras. N* **124** in *alt. om.* $P^a$ **125** uideri ab omnibus] ab hominibus uideri *T* **126** uita aeterna autem $F^a$ **127** conceditur] conditur $S^a$ $T^a$ °cognoscant te] cognoscante $T^a$, agnoscant te *Eug.* (*V*) **128** °et *pr. om.* $I^a$

ipsum *Iesum Christum* nisi quemadmodum *unum uerum deum* qui ostendet se ipsum illis, non quomodo se ostendet etiam puniendis in forma filii hominis ?

[**31**] Secundum illam uisionem bonus est secundum quam uisionem deus apparet mundis corde, quoniam : *Quam bonus deus Israhel rectis corde !* Quando autem iudicem uidebunt mali, non eis uidebitur bonus quia non ad eum gaudebunt corde, sed tunc *se plangent omnes tribus terrae* in numero utique malorum omnium et infidelium. Propter hoc etiam illi, qui eum dixerat magistrum bonum quaerens ab eo consilium consequendae uitae aeternae, respondit : *Quid me interrogas de bono ? Nemo bonus nisi unus deus* ; cum et hominem alio loco dicat bonum ipse dominus : *Bonus homo,* inquit, *de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala.* Sed quia ille *uitam aeternam* quaerebat, *uita autem aeterna est* in illa contemplatione qua non ad poenam uidetur deus sed ad gaudium sempiternum, et non intellegebat cum quo loquebatur quia tantummodo eum *filium hominis* arbitrabatur : *Quid me interrogas*, inquit, *de bono ?*

---

**129/130** Ioh. 17, *3. **130** Ioh. 14, *21. **130/131** Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64. **131** Phil. 2, 7. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **132** Ps. 72, *1 ; Matth. 19, 17 ; Marc. 10, 18 ; Luc. 18, 19. **132/133** Matth. 5, 8. **133/134** Ps. 72, *1. **134/135** Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64 ; **135** Ps. 72, 1 ; Matth. 19, 17 ; Marc. 10, 18 ; Luc. 18, 19. **135/136** Ioh. 16, 22. **136** Apoc. 1, *7. **137/139** Matth. 19, 16 ; Marc. 10, 17 ; Luc. 18, 18. **139/140** Matth. 19, 17. **140** Marc. 10, 18 ; Luc. 18, *19. **141/143** Matth. 12, *35 ; Luc. 6, *45. **143/149** Matth. 19, 16 ; Marc. 10, 17 ; Luc. 18, 18. **144** Ioh. 17, *3 ; Dan. 12, 2 ; Matth. 19, 16 ; 25, 46 ; Marc. 10, 17 ; Luc. 18, 18 ; Ioh. 5, 24.29. **144/145** Dan. 12, 2 ; Matth. 25, 46 ; Ioh. 5, 29. **146/147** Dan .7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **147** Matth. 19, 17.

---

**Codd. :** *C ; def. A B N O S F J K P T (I L R V ; def. M).*
**Test. : 129** ipsum — **147** bono *Eug., p. 753, 20-754, 8.* **139** respondit — **140** deus [*coll., f.* $10^{v}$*-11*].

---

**129** °Iesum] dominum *Eug.* (*V*) **130** ostendet *pr.*] ostendit $O^{a}$ *Eug.* (*V*) se ipsum] semetipsum *F* ipsum — ostendet *alt. om. C* ostendet *alt.*] ostendit *S K Eug.* (*V*) **131** formam (m *alt. eras.*) *O* °fili *Eug.* (*V*) **132** illam] *add.* etiam $S^{2}$ °bonum *Eug.* (*V*) **133** °bonus] *add.* est *I* **136** °se *om.* $R^{a}$ **136** °utique] itaque *Eug.* (*V*) **137** omnium] hominum *T* etiam] *add.* et *P* ille $N^{a}$ *O* $J^{a}$ *K* $P^{a}$ **138** quaerenti $N^{2}$ *P* $\mu$ **139** respondit] *add.* ei *eras. N, O F ; om. T* me] *add.* inquit *T Eug.* (*V*) **140** °bono] *add.* quid me dicis bonum *R* unus] solus *P T* °cum] eum *Eug.* (*V*) **140/141** dicat alio loco *N O S* **141** °homo, inquit] inquit (homo *om.*) $C^{a}$, inquit homo *Eug.* (*V*) **143** °cordis sui *om.* $V^{a}$ **144** °qua] *praem.* in *T*, quia (i *eras.*) *L* **145** uidebitur *J* **146** intellegebat] -legebat *i. mg. et i. r.* $N^{2}$ cum] eum $C^{a}$ °quo *om.* $R^{a}$ loqueretur *S* quia] *ita T Eug.* (*V*), qui *cett. codd.* $\mu$ **147** arbitratur $S^{a}$ inquit interrogas *F K* $P^{2}$ inquit *om.* $N^{a}$ *P*

Id est : 'Istam formam quam uides, *quid interrogas de bono,* et uocas me secundum quod uides magistrum bonum ? Haec forma filii hominis est ; haec forma accepta est ; haec forma *apparebit* in iudicio non tantum iustis sed et impiis, et huius formae uisio non erit in bonum eis qui male agunt. Est autem uisio formae meae in qua cum essem *non rapinam arbitratus* sum *esse aequalis deo,* sed ut hanc acciperem me ipsum exinaniui.' Ille ergo *unus deus pater et filius et spiritus sanctus* qui non apparebit nisi ad gaudium quod *non auferetur* a iustis, cui gaudio futuro suspirat qui dicit : *Vnam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini* ; *unus* ergo *deus* ipse est *solus bonus* ad hoc, quia nemo eum uidet ad luctum et planctum sed tantum *ad salutem* et laetitiam ueram. 'Secundum illam formam si me intellegis, bonus sum ; si autem secundum hanc solam, *quid me interrogas de bono* si inter illos eris qui *uidebunt in quem pupugerunt,* et ipsa uisio malum eis μ 771
erit quia poenalis erit ?' PL 844

Ex ista sententia dixisse dominum : *Quid me interrogas de bono ? Nemo bonus nisi unus deus,* his documentis quae com-

---

**149/150** Phil. 2, 7. **150** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **150/152** Hebr. 9, 28 ; Matth. 24, 27-30 ; 25, 31-33 ; 26, 64 ; Ioh. 5, 28-29 ; Apoc. 1, 7. **152** Ps. 72, 1 ; Matth. 19, 17 ; Marc. 10, 18 ; Luc. 18, 19. **153/155** Phil. 2, *6-7. **155** Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98). **156** Luc. 10, 42 ; Matth. 13, 12 ; 25, 29 ; Marc. 4, 25 ; Luc. 8, 18. **157/159** Ps. 26, *4. **159/160** Matth. 19, *17 ; Marc. 10, 18 ; Luc. 18, 19. **161** Hebr. 9, *28. **162** Phil. 2, 6. Matth. 19, 17 ; Marc. 10, 18 ; Luc. 18, 19 ; Ps. 72, 1. **163** Phil. 2, 7. Matth. 19, 17. **164** Ioh. 19, *37 ; Zach. 12, *10 ; Apoc. 1, 7. **166/167** Matth. 19, 17. **167** Marc. 10, 18 ; Luc. 18, *19.

---

**Codd. :** *C ; def. A B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **148** Id — **165** erit *pr. Eug., p. 754, 8-27.* **148** Id — **151** impiis, **154** sed — **156** iustis [*coll., f. 11*]. **159** unus — **165** erit *alt.* [*excerpt., f. 1-1v*].

---

**148** °quid] *add.* me *Eug.* (*V*) **149/150** Haec — est *pr. om.* $T^{a}$ **150** filii — forma *alt. om. C* filius (*corr. per ras.*) *R* **153** meae] *add.* bona $N^{2}$ quam (m *eras.*) *O* rapina *T* **154** aequalis esse *T* ut *om.* $C^{a}$ **155** °ergo ille *Eug.* (*V*) **156** apperebit (*corr. 1 m.*) *T* **157** dicat *F* peti $C^{a}$ $K^{a}$ *Eug.* (*V*) **158/159** per — domini *om. Eug.* (*V*) **159** ergo] ego $S^{a}$ **160** °ad *pr.*] ob *μ* °nemo] non *Eug.* (*V*) °uidit $I^{a}$, uideat *L*, uidebit *Eug.* (*V*) **161** laetitiam] *praem.* ad *P* **162** si me] *i. r.* $N^{2}$ °si *alt.*] sin *Eug.* (*V*) **163** °hanc *om. Eug.* (*V*) **164** °eris] es *μ* uiderunt *S Eug.* (*V*) °malum] mala *J*, *praem.* in *I* °eis] eius *L*, illis *Eug.* (*V*) **165** °quia poenalis erit *om. Eug.* (*V*) **167** bonus] *add.* est ( ?) *eras. C*

memoraui probabile est, quia uisio illa dei qua contemplabimur incommutabilem atque humanis oculis inuisibilem dei substantiam quae solis sanctis promittitur — quam dicit apostolus Paulus *facie ad faciem* ; et de qua dicit apostolus Iohannes : *Similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est* ; et de qua dicitur : *Vnam petii a domino, ut contempler delectationem domini* ; et de qua dicit ipse dominus : *Et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi* ; et propter quam solam fide corda mundamus ut simus *beati mundicordes quoniam ipsi deum uidebunt* ; et si qua alia de ista uisione dicta sunt quae copiosissime sparsa per omnes scripturas inuenit quisquis ad eam quaerendam oculum amoris intendit — sola est summum bonum nostrum cuius adipiscendi causa praecipimur agere quidquid recte agimus. Visio uero illa filii hominis quae praenuntiata est cum *congregabuntur ante eum omnes gentes* et *dicent ei : Domine, quando te uidimus esurientem et sitientem ?* et cetera, nec bonum erit impiis qui mittentur *in ignem aeternum*, nec summum bonum erit iustis. Adhuc enim uocat eos ad *regnum* quod eis *paratum* est *ab initio mundi*. Sicut enim illis dicet : *Ite in ignem aeternum*, sic istis : *Venite, benedicti patris* μ 772
*mei, possidete paratum uobis regnum. Et* sicut *ibunt illi in ambustionem aeternam*, sic *iusti in uitam aeternam*. Quid *est autem uita aeterna* nisi *ut cognoscant te*, inquit, *unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum* ? Sed iam in ea *claritate*

**168** 1 Cor. 13, 12. **169/170** Col. 1, 15 ; 1 Tim. 1, 17. **170/171** 1 Cor. 13, 12. **172** 1 Ioh. 3, 2. **173/174** Ps. 26, *4. **174/175** Ioh. 14, *21. **176** Eccli. 38, 10. **176/177** Matth. 5, 8. **178/179** 1 Par. 16, 11 ; Ps. 68, 33 ; 104, 4 ; Is. 55, 6. **179/180.185** Cic., fin. bon. mal. III, 1, 2 ; e.a. ; Aug. c. acad. III, XII, 27 Strom. patr. et med. II, 61, 15/16) ; cf. Aug., serm. dom. in monte I, 3, 10 ; retr. I, 1, 9 ; supra, I, II, 7/8. **181** Plaut., pers. 659 ; mil. 215 : *age si quid agis.* Matth. 25, 31. **181/182** Ps. 9, 8-9 ; 95, 13 ; 97, 9 ; Dan. 7, 13.22 ; Matth. 16, 27 ; 19, 28 ; 24, 30 ; 26, 64 ; Marc. 13, 26 ; Luc. 21, 27 ; Ioh. 5, 28-29 ; Act. 1, 11 ; 17, 30-31 ; 1 Thess. 4, 16-17 ; Apoc. 1, 7 ; e.a. **182** Matth. 25, 32. **183** Matth. 25, *37. **184/185** Matth. 25, *41. **186** Matth. 25, *34. **187** Matth. 25, *41. **187/188** Matth. 25, 34. **188/189** Matth. 25, *46 ; uide Symb. 'Quicumque,' 39. **189/191** Ioh. 17, *3. **191/193** Ioh. 17, *5.24 ; 12, 23.

**Codd.** : *C ; def. A B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**168** qua *om.* $O^{a}$ **170** sanctis] *praem.* XIII C **171** facie] faciem *C* **173** quo *T* peti $C^{a}$ $K^{a}$ domino] *add.* hanc requiram *F J* **175** ostendam] manifestabo $I^{a}$ me ipsum illi] ei me ipsum *J* fidem solam *J* **176** mundocordes (s *eras.*) *C*, mundo corde *F* **177** °qua alia] qualia $R^{a}$ **178** spersa $K^{a}$ **183** et] aut *T* **186** eis *om.* $O^{a}$ **187** dicit *C F K* °sic] *add.* et *C F T*, ita μ °istis] *add.* dicet *T*, iustis $I^{2}$ patri *N*, patres $K^{a}$ **188** possidete] percipite *P* **189** combustionem $K^{2}$ iusti] isti *J*, *praem.* et *T* **190** te] *s. l.* $J^{1}$

de qua dicit patri : *quam habui apud te priusquam mundus fieret.* Tunc enim tradet *regnum deo et patri* ut intret *seruus bonus in gaudium domini* sui, et *abscondat eos* quos possidet deus *in abscondito uultus sui a conturbatione hominum,* eorum scilicet qui tunc conturbabuntur audientes illam sententiam. *A* quo *auditu malo iustus non timebit* si modo protegatur *in tabernaculo,* id est in fide recta catholicae ecclesiae, *a contradictione linguarum,* id est a calumniis haereticorum.

Si uero est alius intellectus uerborum domini quibus ait : *Quid me interrogas de bono ? Nemo bonus nisi unus deus,* dum tamen non ideo credatur maioris bonitatis esse patris quam filii substantia secundum quam uerbum est *per quod facta sunt omnia* nihilque abhorret a sana doctrina, securi utamur non uno tantum sed quotquot reperiri potuerint. Tanto enim fortius conuincuntur haeretici quanto plures exitus patent ad eorum laqueos euitandos. Sed ea quae adhuc consideranda sunt ab alio iam petamus exordio.

---

**193** I Cor. 15, 24. **193/194** Matth. 24, *45. Matth. 25, 21.23. **194/195** Ps. 30, *21. **197** Ps. 11, *7. **197/198** Ps. 30, 21. **198** uide Symb. 'Quicumque,' 28.40.1.3. **198/199** Ps. 30, 21. **201** Matth. 19, 17. Marc. 10, 18 ; Luc. 18, *19. **203** Ioh. 1, 1. **203/204** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. Ioh. 1, 3.

---

**Codd. :** *usque ad* **207** consideranda *def. A ; C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

---

**194** °sui *om.* R abscondat] abscond/t *1 litt. eras.* *N*[a], abscondit *C*, abscondet *C*[2] **195** absconditu *C*[a] **196/197** sententiam] *add.* discedite a me maledicti in ignem aeternum *T* **197** A] in *S* **198** tabernaculo] ta//bernaculo *2 litt. eras. T in alt.*] *i. r. O*[2] catholica *J*[a] ecclesiae *om. J*[a] a *om. S* **200** intellectus alius *J* **201** unus] solus *F* **202** ideo] ita *T* **203** filius (*corr. per ras.*) *C* substantia/ *1 litt. eras. O* **204** utimur *S*[a] **205** quod quot *C*[a] quod quod *K*[a] **208** ab *om. N*[a] *O P*.

# LIBER II

PROOEM. [1] Cum homines deum quaerunt et ad intellegentiam trinitatis pro captu infirmitatis humanae animum intendunt, experti difficultates laboriosas siue in ipsa acie mentis conantis intueri *inaccessibilem lucem* siue in ipsa multiplici et multimoda locutione litterarum sacrarum, ubi mihi non uidetur nisi atteri Adam ut Christi gratia glorificata dilucescat, cum ad aliquid certum discussa omni ambiguitate peruenerint, facillime debent ignoscere errantibus in tanti peruestigatione secreti. Sed duo sunt quae in errore hominum difficillime tolerantur : praesumptio priusquam ueritas pateat, et cum iam patuerit praesumptae defensio falsitatis. A quibus duobus uitiis nimis inimicis inuentioni ueritatis et tractationi diuinorum sanctorumque librorum si me, ut precor et spero, deus defenderit atque muniuerit *scuto bonae uoluntatis* suae et gratia misericordiae suae, non ero segnis ad inquirendam substantiam dei siue per scripturam eius siue per creaturam. Quae utraque nobis ad hoc proponitur intuenda ut ipse quaeratur, ipse diligatur qui et illam inspirauit et istam creauit. Nec trepidus ero ad proferendam sententiam meam in qua magis amabo inspici a rectis quam timebo morderi a peruersis. Gratanter enim suscipit oculum columbinum pulcherrima et modestissima caritas ; dentem autem caninum uel euitat cautissima humilitas uel retundit solidissima ueritas.

μ 771 PL 845 μ 772

---

PROOEM. **1/11** Sap. 13, 6-9. **1** Is. 55, 6 ; 1 Par. 16, 11 ; Ps. 68, 33 ; 104, 4. **4** 1 Tim. 6, 16. **6** 1 Cor. 15, 45-49. **8** Sap. 13, 6. **10/11** Rom. 1, 18.25. **14** Ps. 5, 13. **15** Hebr. 6, 12. **16/19** II Tim. 3, 16. Sap. 13, 5 ; Rom. 1, 20. **17/18** Is. 55, 6 ; 1 Par. 16, 11 ; Ps. 68, 33 ; 104, 4. **19/21** Eccli. 22, 22-23 ; 34, 16. **20/21** Mich. 3, 5.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** PROOEM. **9** Sed — **11** falsitatis, **19** Nec — **23** ueritas [*excerpt., f. 1*v]. **9** duo — **11** falsitatis [*Godesc., respons.*, IIII (*p. 142, 9-11*)].

---

PROOEM.] I *A C* **1** quaerent $K^a$ **2** captum (m *eras.*) *K* **3/4** conantes *A* $C^2$ *K P* **4** inacsibilem $K^a$ in *om. A* **5** litterarum] litte//rarum *2 litt. eras. T* sacrarum] sacr. *i. r.* $N^2$, sacratum $S^a$ **6** ateri $N^a$ $T^a$ Adam] *ita A C S J K ;* anima *P ;* animam *i. r.* $O^2$, *cett. codd.* μ dilucescat] *ita i. r.* $O^{1?}$, *P T ;* dulciscat *K ;* dulcescat $K^2$ *cett. codd.* μ **7** ad *om.* $S^a$ **8** tanti] n *s. l.* $T^1$ **9** Sed] *praem.* II *A* **11** praesumptae] ae *alt. i. r.* $N^2$ **12** nimis inimicis *om. C* inuentione *C* tractatione $C^2$, tractati $K^a$ **14** muniuerit] *ita A C O S*, munierit *cett. codd.* μ **15** segnes *C* **19** Nec] *praem.* II *C* sentiam $S^a$ **20** a] ac (c *eras.*) *C* morderi] deri *i. r.* $O^{1?}$, mordiri $C^a$ **21** a *om.* $A^a$ Gratanter] *praem.* III *A* suscepit $C^a$ oculum] osculum $N^2$ *O S J* **22/23** caritas — solidissima *om. T* **23** uel *pr. om.* $N^a$ °cautissima] castissima *S* $V^a$, castissima cautissimaque *F*

Magisque optabo a quolibet reprehendi quam siue ab errante siue ab adulante laudari ; nullus enim reprehensor formidandus est amatori ueritatis. Etenim aut inimicus reprehensurus est aut amicus. Si ergo inimicus insultat, ferendus est ; amicus autem si errat, docendus ; si docet, audiendus. Laudator uero et errans confirmat errorem, et adulans inlicit in errorem. *Emendabit* ergo *me iustus in misericordia et arguet me ; oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.*

I. [I **2**] Quamobrem quamquam firmissime teneamus de domino nostro Iesu Christo et per scripturas disseminatam et a doctis catholicis earundem scripturarum tractatoribus demonstratam tamquam canonicam regulam quomodo intellegatur *dei filius* et *aequalis patri* secundum *dei formam* in qua est et *minor patre* secundum *serui formam* quam accepit, in qua forma non solum *patre* sed etiam spiritu sancto, neque hoc tantum sed etiam se ipso *minor inuentus* est, non se ipso μ 773 qui fuit sed se ipso qui est quia *forma serui* accepta *formam* PL 846 *dei* non amisit, sicut scripturarum quae in superiore libro commemorauimus testimonia docuerunt ; sunt tamen quaedam in diuinis eloquiis ita posita ut ambiguum sit ad quam potius regulam referantur, utrum ad eam qua intellegimus minorem filium in assumpta creatura, an ad eam qua intellegi-

---

**24/29** Enn., ann. (apud Aug., trin. XIII, III, 43 ; epist. 231, 3 [CSEL 57, 505, 22/23]), incertae sedis fragm. 10 (ed. Vahlen, p. 80, 551) ; Cic., rep. IV, fragm. X, 12 (apud Aug., ciu. dei II, 9 [CC 47, 42, 29/30) ; fin. bon. mal. V, XXII, 61 ; cf. supra I, III, 62/67 ; infra XIII, III, 42/51 ; cf. Aug., serm. dom. in monte II, I, 1 : *recte autem uiuere et nolle laudari...* **24/25** Eccle. 7, 6 ; Ps. 140, 5. **29** Prou. 29, 5. **30/31** Ps. 140, *5.

I. **1/2** uide Symb. 'Quicumque,' 1.40 ; Hebr. 4, 14 ; 10, 23 ; I Cor. 11, 2 ; II Thess. 2, 15. **5** II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **5/6** Phil. 2, 6. **6** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. Phil. 2, *7. **7** Phil. 2, 7. **7/8** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. Phil. 2, 7. **9/10** uide Symb. 'Quicumque,' 28-35. Phil. 2, 7. **10** *in superiore libro* : I, VII, 44 - VIII, 31. **14** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 24** Magisque — **31** meum [*excerpt., f. 1v*].

I. **11** sunt — **14/15** intellegimus [*coll., f. 11*].

---

**25** ab *om. N* enim *om.* $C^a$ **28** docendus] *add.* est *F*, docendos $K^a$ audiendos $C^a$ $K^a$ **29** et *pr.*] *eras. C, om. T* et *alt. om. T* adolans $C^a$ **30** emendauit $C^a$ me ergo *P* arguit $C^a$ **31** inpinguet *J*, impinguauit $K^a$ meum] *add.* explicit proemium, incipit liber secundus *F*.

I. *om. A C* **5** formam dei *T* **6** patere $C^a$, patri *S* formam serui *T* **9** qui *pr.*] *add.* est *S*, *add.* est et *T* qui est *om. S* quia] qui $S^2$ **10** sicuti *S* in *om. N* superiori *T* **11** Sunt] *praem.* IIII *A*, *praem.* III *C* **13** qua/*1 litt. eras. K* minorem] *add.* esse *P* eam] eadem *C*, eandem $C^2$

mus non quidem minorem esse filium sed *aequalem patri*, tamen ab illo hunc esse *deum de deo, lumen de lumine. Filium* quippe dicimus *deum de deo*; *patrem* autem *deum* tantum, non 'de deo.' Vnde manifestum est quod filius habeat alium de quo sit et cui filius sit; pater autem non filium de quo sit habeat sed tantum cui pater sit. Omnis enim filius *de patre* est quod est et patri filius est; nullus autem pater de filio est quod est sed filio pater est.

[**3**] Quaedam itaque ita ponuntur in scripturis de patre et filio ut indicent unitatem aequalitatemque substantiae, sicuti est : *Ego et pater unum sumus*, et : *Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo*, et quaecumque talia sunt. Quaedam uero ita ut minorem ostendant filium propter *formam serui*, id est propter assumptam creaturam mutabilis humanaeque substantiae, sicuti est quod ait : *Quoniam pater maior me est*, et : *Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.* Nam paulo post consequenter ait : *Et potestatem dedit ei et iudicium facere, quoniam filius hominis est.* Quaedam porro ita ut nec *minor* nec *aequalis* tunc ostendatur sed tantum quod *de patre* sit intimetur, ut est illud : *Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio uitam habere in semetipso*, et illud : *Neque enim potest filius a se facere quidquam nisi quod uiderit patrem facientem.* Quod si propterea

---

**15** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **16** Symb. Nicaen., 8. Symb. Nicaen., 5. **17** Symb. Nicaen., 8. Symb. Nicaen., 1. **20/21** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **23/24** cf. II, 1, 23/34. **24** Symb. Nicaen., 10.7.19d (anath.) ; uide Symb. 'Quicumque,' 4.29.31. **25** Ioh. 10, 30. **25/26** Phil. 2, *6. **27** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **28** Phil. 2, 7. **28/29** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **30** Ioh. 14, *28. **30/31** Ioh. 5, *22. **32/33** Ioh. 5, *27. **33** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **34** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **35/36** Ioh. 5, *26. **36/37** Ioh. 5, *19.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).
**Test.** : **15** non — patri [*coll., f. 11*]. **16** Filium — **37** facientem [*coll., f. 11v-12v*].

---

**15** °minorem quidem *I L* sed *om.* $P^a$ **16** de *pr. om.* $T^a$ **17** deo] *add.* lumen de lumine *N O S F* **17/18** patrem — deo *om. T* **17** tantum deum *J* **18** non *om.* $S^a$ habet *T* **20** tantum] n *s. l.* $C^1$ **21** et — est *tert. om. S* **22** pater est] er est *i. r.* $C^2$ **23** itaque ita] autem ita *N J*, ita *O*, autem *S*, itaque *K T* **24** indicent] dicent $C^a$ $S^a$ **25** Ego] e/go *1 litt. eras. S* **26** esse] *add.* se *S T* aequalem *S* quaecuque *C* **29** sicut *T* **32** et *alt. om. A C J P* quoniam] quia *S J* **34** ut] et $S^a$, //ut *2 litt. eras. T* **35** pater habet *J* **35/36** sic — semetipso *om.* $T^a$ **35** filio] *praem.* et $T^2$ **35/36** habere uitam *N O F J T* **36** facere filius a se *N O S*

dictum acceperimus quia in forma accepta ex creatura minor est filius, consequens erit ut prior pater super aquas ambulauerit aut alicuius alterius caeci nati de sputo et luto oculos aperuerit, et cetera quae filius in carne apparens inter homines fecit, ut possit ea facere qui dixit *non* posse filium *a se facere quidquam nisi quod uiderit patrem facientem*. Quis autem uel delirus ita sentiat ? Restat ergo ut haec ideo dicta sint quia incommutabilis est uita filii sicut patris, et tamen *de patre* est ; et inseparabilis est operatio patris et filii, sed tamen ita operari filio de illo est de quo ipse est, id est *de patre* ; et ita uidet filius patrem ut quo eum uidet hoc ipso sit filius. Non enim aliud illi est esse *de patre*, id est nasci *de patre*, quam uidere *patrem*, aut aliud uidere *operantem* quam pariter PL 847 operari ; sed ideo *non a se* quia non est a se, et ideo *quod uiderit patrem* quia *de patre* est. Neque enim alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit quemadmodum alias ab alio pictas uidit ; nec eadem dissimiliter, sicut corpus easdem litteras exprimit quas animus cogitauit ; sed : *Quaecumque*, inquit, *pater facit, haec eadem et filius facit similiter*. Et *haec eadem* dixit et *similiter*, ac per hoc inseparabilis et par operatio est patri et filio, sed a patre est filio. Ideo *non potest filius a se*

---

**38** Phil. 2, 7. **38/39** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **39/40** Matth. 14, 25 ; Marc. 6, 48 ; Ioh. 6, 19. **40/41** Ioh. 9, 1.6-7 ; Marc. 8, 23. **42/43** Ioh. 5, 19. **45/46** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **46** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; Ioh. 5, 17.19 ; 14, *10 (uet. lat.) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **47** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **48** Ioh. 5, 19 ; 6, 46. **49** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **50** Ioh. 6, 46. Ioh 5, *19. **51** Ioh. 5, 19. Ioh. 7, 29 ; 1, 14 ; 16, 28 ; 8, 42. **51/52** Ioh. 5, 19. **52** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **55/56** Ioh. 5, *19. **56** Ioh. 5, *19. **57** Ioh. 5, 19. **57/58** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; Ioh. 5, 17.19 ; 14,*10 (uet. lat.) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **58/59** Ioh. 5, 19.

---

**Codd. : 45** et — IV, **14** Sane *def. A ; C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. : 45** quia — **52** est, **55** Quaecumque — **58** se [*coll., f.* $12^{v}$*-13*]. **47** ita *alt.* — **52** est [*excerpt., f.* $1^{v}$].

---

**38** acciperimus $C^{a}$ **40** et] *add.* de *K* lutu $C^{a}$ **41** aperuit $J^{a}$ *T* **42** possit] posset $A^{2}$ *N S J T μ* qui] quae *N O K*, quia *F J* **44** ergo] r *s. l.* $J^{1}$ delirus] de///lirus *3 litt. eras. A*, delerus $C^{a}$ *T* ita] *praem.* haec *P* **46** patre] *praem.* deo *P* **48** uidet *pr.*] uidit $C^{a}$ filius *pr.*] filios $K^{a}$ quod *T* ipse *J* **49** est illi *T* est *pr. om. S* **50** aliud] *bis, pr. exp. F* **51** Sed] et *N O F* a *alt.*] de *T* °quod] quae *μ* **52** patrem] *add.* facientem haec eadem facit filius similiter *F μ* quia] *praem.* IIII *C* **53** tabolas $C^{a}$ **54** uidet *A N O J P T μ* **55** animus] a/nimus *1 litt. eras. J* cogitabit *K* **56** facit et filius *P* et *pr. om. C* °facit filius *μ* similiter facit *J* eadem *alt.*] *praem.* et *J* **57** par// *2 litt. eras. J* °est operatio *μ* **58** patri] patris $N^{2}$ *P* filio *pr.*] filii $N^{2}$ sed] *add.* quia *J* a *pr. om.* $K^{a}$ filio *alt.*] filios *C*, filius $C^{2}$ *J* $K^{2}$ *P* filius *om. J*

*facere quidquam nisi quod uiderit patrem facientem.* Ex hac ergo regula qua ita loquuntur scripturae ut non alium alio μ 774 minorem sed tantum uelint ostendere quis de quo sit, nonnulli eum sensum conceperunt tamquam minor filius diceretur. Quidam autem nostri indoctiores et in his minime eruditi, dum haec secundum *formam serui* conantur accipere et eos rectus intellectus non sequitur, perturbantur. Quod ne accidat, tenenda est et haec regula qua non minor filius sed quod *de patre* sit intimatur, quibus uerbis non inaequalitas sed natiuitas eius ostenditur.

II. [II **4**] Sunt ergo quaedam in sanctis libris, ut dicere coeperam, ita posita ut ambiguum sit quonam referenda sint, utrum ad illud quod propter assumptam creaturam *minor* est filius, an ad illud quod quamuis *aequalis* tamen quia *de patre* sit indicatur. Et mihi quidem uidetur si eo modo ambiguum est ut explicari discernique non possit, ex utralibet regula sine periculo posse intellegi, sicut est quod ait : *Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit.* Nam et ex *forma serui* potest accipi sicut iam in libro superiore tractauimus, et ex *forma dei* in qua sic *aequalis* est *patri* ut tamen *de patre* sit. *In dei* quippe *forma* sicut non est aliud filius, aliud uita eius, sed ipsa ui-

---

**60/61** uide Symb. 'Quicumque,' 24. **64** Phil. 2, 7. **65/68** Hil., trin. IX, 54-56 (PL 10, 325-327). **65/67** uide Symb. 'Quicumque,' 24 ; cf. II, I, 33 sqq. ; III, 24/26. **67** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28.

II. **1/5** *ut dicere coeperam* : II, I, 23/34. **3** uide Symb. 'Quicumque,' 33. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **4** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6 ; cf. II, I, 23/27. Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **6** *ex utralibet regula* : *1.* II, I, 27/33.61/62 ; II, 3/4 ; *2.* II, I, 33/37.59/61.66/68 ; II, 4/5. **7/8** Ioh. 7, *16. **8** Phil. 2, 7. **9** *in libro superiore* : I, XII, 110/116.131/141 ; XIII, 94/99. Phil. 2, 6. **10** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **10/11** Phil. 2, *6. **11/12** Ioh. 5, 26 ; 11, 25 ; 14, 6 ; 1 Ioh. 5, 11.20 ; cf. I, XII, 110/116.

---

**Codd.** : *C ; def. A B N O S F J K P T (I L R V ; def. M).*

**Test.** : **59** facere — facientem, **67** quibus — **68** ostenditur [*coll., f. 13*].

II. **1** Sunt — **11/12** uita *Eug., p. 755, 7-17.* **7** sicut — **11/12** uita [*coll., f. 11-11*$^{v}$].

---

**61** sed *om.* $C^{a}$ uellent $C^{a}$ **63** °doctiores $K^{a}$ **64** dum *om. K* **65** rectos $C^{a}$ *K* sequuti $K^{a}$ **65/66** accedat $C^{a}$, accidit $N^{a}$ **66** et *om. J K μ* °minor] *add.* est *μ.*

II. *om. C* **1** ergo *om. Eug. (V)* °sanctis libris] scripturis *Eug. (V)* **1/2** °ut dicere coeperam *om. Eug. (V)* **3** utirum $J^{a}$ **5** uidetur] *add.* quod *F* **6** discerni quae $N^{a}$, (a *eras.*) *K* °utralibet] qualibet *Eug. (V)* °regula] *add.* sit *Eug. (V)* **7** possit *F K* **8** misit me *P T* et *om.* $C^{a}$ *O T* **9** sicuti *T* °in *om. Eug. (V)* **10** sic *om. C* **11** aliud *pr.*] alius $N^{a}$ *Eug. (V)*

ta filius est ; ita non est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac per hoc sicut id quod dictum est : *Dedit filio uitam,* non aliud intellegitur quam : 'Genuit filium qui est uita,' sic etiam cum dicitur : '*Dedit filio* doctrinam,' bene intellegitur : 'Genuit filium qui est doctrina' ; ut quod dictum est : *Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit,* sic intellegatur ac si dictum sit : 'Ego non sum a me ipso sed ab illo *qui me misit.*'

III. [III 5] Nam et de spiritu sancto de quo non dictum est : *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,* ait tamen ipse dominus : *Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur, et quae uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet et annuntiabit uobis.* Post haec uerba nisi continuo secutus dixisset : *Omnia quaecumque habet pater mea sunt ; propterea dixi : Quia de meo accipiet et annuntiabit uobis,* crederetur fortasse ita *natus* de Christo spiritus sanctus quemadmodum ille *de patre.* De se PL 848 quippe dixerat : *Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit* ; de spiritu autem sancto : *Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur,* et : *Quia de meo accipiet et annuntiabit uobis.* Sed quia reddidit causam cur dixerit *de meo*

---

**12/13** Ioh. 7, 16 ; 1, 1 ; cf. I, XII, 140/141. **13/14** Ioh. 5, *26. **14** Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5 ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **14/15** Ioh. 5, 26 ; 11, 25 ; 14, 6 ; 1 Ioh. 5, 11.20. **15** Ioh. 5, 26. Ioh. 7, 16. **16** Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5 ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. Ioh. 7, 16. **17** Ioh. 7, *16. **18** Ioh. 7, 29 ; 1, 14 ; 16, 28. **19** Ioh. 7, *16.

III. **2** Phil. 2, 7. **3/6** Ioh. 16, 13. **6/7** Ioh. 16, 14. **7/9** Ioh. 16, 15. **9/10** Symb. Nicaen., 6 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2a. Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16,*28. Ioh. 15, *26. **11/12** Ioh. 7, *16. **12/13** Ioh. 16, 13. **13/14** Ioh. 16, 14. **14/15** Ioh. 16, 14.

---

**Codd. :** *usque ad* **12/13** ipsa *def. B ; C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L R V ; def. M).*

**Test. :** **12** filius *pr.* — **19** misit *Eug., p. 755, 17-25 ; [coll., f.* $11^{v}$].

III. **1** Nam — **14** meo *Eug., p. 756, 5-21* **4** Non — **14** meo [*coll., f.* 13-$13^{v}$].

---

**12** °filius *pr.*] *add.* eius *Eug.* (*V*) **12/13** //ipsa *2 litt. eras. C* **13** °filius] *add.* eius *Eug.* (*V*) **15** sic] *add.* est $K^{a}$ filio// *2 litt. eras. K* **16** est] *add.* uita *J*, *exp. eras. T* doctrinae *J* **18** dictum sit] dicatur *S*.

III. *om. B C* **1** °et *om. Eug.* (*V*) °non *om. Eug.* (*V*) **4** loquitur $C^{a}$ $K^{a}$ **4/5** quaecumque] quae *P* **5** °audierit *Eug.* (*V*) loquitur $C^{a}$ $K^{a}$ quae] *ita J* μ ; quaecumque *i. r.* $O^{2}$, *cett. codd. Eug.* (*V*) **6** °Ille — uobis *om. Eug.* (*M V*) clarificauit $O^{a}$ $S^{a}$ **7** °secutus *om. Eug.* (*V*) **7/8** °quae *Eug.* (*V*) **8** dixit (t *eras.*) *N O, Eug.* (*V*) °Quia *om. Eug.* (*V*) **11/12** misit me *P* **12** sancto autem *J* sancto] *add.* sic similiter *T* loquitur $C^{a}$ $K^{a}$ **13** °audierit *Eug.* (*V*) loquitur $C^{a}$ $K^{a}$ et *pr. om.* $B^{a}$ *K P* **14** °redit *Eug.* (*V*) cur] quare $T^{a}$

*accipiet* (ait enim : *Omnia quaecumque habet pater mea sunt ; propterea dixi : Quia de meo accipiet*), restat ut intellegatur etiam spiritus sanctus de patris habere sicut et filius. Quomodo nisi secundum id quod supra diximus : *Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* ? Procedendo itaque *a patre* dicitur *non* loqui *a semetipso* ; et sicut non ex eo fit ut minor sit filius quia dixit : *Non potest filius a se facere quidquam nisi quod uiderit patrem facientem* (non enim hoc ex *forma serui* dixit, sed ex *forma dei*, sicut iam ostendimus ; haec autem uerba non indicant quod minor μ 775 sit sed quod *de patre* sit) ; ita non hinc efficitur ut minor sit spiritus sanctus quia dictum est de illo : *Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur* ; secundum hoc enim dictum est quod *de patre procedit*. Cum uero et filius *de patre* sit et spiritus sanctus *a patre* procedat, cur non ambo filii dicantur nec ambo geniti, sed ille *unus filius unigenitus*, hic autem spiritus sanctus nec filius *nec genitus*, quia si genitus utique filius, alio loco, si deus donauerit et quantum donauerit, disseremus.

IV. [IV **6**] Verumtamen hic euigilent si possunt qui hoc etiam

---

**15/16** Ioh. 16, 15. **18** *supra* : I, XII, 54/77. **18/20** Ioh. 15, 26. **21** Ioh. 15, 26 ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. Ioh. 16, 13. **22/27** uide Symb. 'Quicumque,' 24. **22/23** Ioh. 5, 19. **24/26** *iam ostendimus* : II, I, 33 sqq. ; cf. II, I, 65/67. **24** Phil. 2, 7. Phil. 2, 6. **26** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **27/28** Ioh. 16, 13. **29** Ioh. 15, *26 ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **29/30** Symb. Nicaen., 6 ; Ioh. 1, *14 ; 8, *42 ; 16, *28. **30** Ioh. 15, *26 ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **30/31** uide Symb. 'Quicumque,' 21-22. **31** uide Symb. "'Quicumque,' 23. Ioh. 3, 16 ; 1 Ioh. 4, 9 ; Symb. Nicaen., 4-6 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2 ; Ioh. 1, 14.18 ; 3, 18. **32** uide Symb. 'Quicumque,' 22. **33** *alio loco* : XV, XXV, 18 sqq.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **15** accipiet — **33** loco [*coll., f. 13v-14*]. **15** accipiet — **29** procedit *Eug., p. 756, 21-757, 8.* **22** sicut — **28** loquetur [*process.* (*PL 101, 81*)].

IV. **1** hic — etiam *Eug., p. 757, 13.*

---

**15** accipiet] *add.* et annuntiabit uobis *P* **15/16** Omnia — accipiet] propterea dixi quia de meo accipiet : omnia quaecumque habet pater mea sunt *T* **15** quae *J* **16** dixit (t *eras.*) *N* **17** patre *F J* °et *om. Eug.* (*V*) **17/18** quomodo] *add.* uero $N^2$ **18** diximus supra *C* **19** paracletus] *add.* spiritus ueritatis $B^2$ *O S*, *add.* ille spiritus ueritatis *N* **19/20** spiritum ueritatis *om.* $B^2$ *N O S* **20** °procedet *Eug.* (*V*) **21** procedendo] procedere *J* **26** non] *s. l.* $J^1$ hic *S* **27** loquitur $C^a$ *K* **28** °audierit *Eug.* (*V*) loquitur $C^a$ $K^a$ **29** °enim] autem *I L*, *om. Eug.* (*V*) Cum] *praem.* v *B C* **30** a] de *T* **31** ille] *add.* et *eras.* *N* **33/34** et — donauerit *om.* $T^a$ **34** disseremus] disser/mus *1 litt. eras.* $O^a$, disserimus $C^a$ $K^a$.

IV. *om.* *B C* **1** °Verumtamen *om. Eug.* (*V*) °euigilent hic *Eug.* (*V*) hinc *K*

sibi suffragari putauerunt quasi ad demonstrandum patrem filio maiorem, quia dixit filius : *Pater, clarifica me.* Ecce et spiritus sanctus clarificat eum ; numquidnam et ipse maior est illo ? Porro autem si propterea spiritus sanctus glorificat filium quia de filii accipiet et ideo de eius accipiet quia *omnia quae habet pater* ipsius sunt, manifestum est quia cum spiritus sanctus glorificat filium, pater glorificat filium. Vnde cognoscitur quod *omnia quae habet pater* non tantum filii sed etiam spiritus sancti sunt quia potens est spiritus sanctus glorificare filium quem glorificat pater. Quod si ille qui glorificat eo quem glorificat maior est, sinant ut aequales sint qui se inuicem glorificant. Scriptum est autem quod et filius glorificet patrem : *Ego te,* inquit, *glorificaui super terram.* Sane caueant ne putetur spiritus sanctus maior ambobus quia glorificat filium quem glorificat pater, ipsum autem nec a patre nec a filio glorificari scriptum est.

v. [V **7**] Sed in his conuicti ad illud se conuertunt ut dicant : 'Maior est qui mittit quam qui mittitur.' Proinde maior est pater filio quia filius *a patre* se missum assidue commemorat ; maior est et spiritu sancto quia de illo dixit Iesus : *Quem* PL 849
*mittet pater in nomine meo* ; et spiritus sanctus utroque minor

IV. **2/3** Ioh. 14, 28. **3** Ioh. 17, *1.*5. **6/7** Ioh. 16, *15. **8** Ioh. 12, 23 ; 17, 5.24. **9** Ioh. 16, *15. **13/14** Ioh. 17, 1. **14** Ioh. 17, *4. **16** Ioh. 12, 23 ; 17, 5.24.

V. **2/3** Ioh. 14, 28. **3** Ioh. 16, 28 ; Is. 48, 16 ; Ioh. 7, 16 ; 10, 36. **4/5** Ioh. 14, 26.

**Codd. :** *usque ad* **14** Sane *def. A ; B C* *N O S* *F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test. :** **2** sibi — **17** est *Eug., p. 757, 13-29.* **2** patrem — **11** pater, **12** aequales — **13** glorificant [*coll., f. 14-14v*].

V. **1** Sed — **5** minor *Eug., p. 758, 4-9.* **2** Maior — **5** minor [*coll., f. 14v*]. **2** Maior — **3** commemorat *Vinc.*, v, *75-77.*

**2** putauerunt] put//erunt *2 litt. eras.* $O^a$, potuerunt $K^a$, putarunt $P^a$ °quasi *om Eug.* (*V*) **3** Pater] *eras. K* me] *add.* pater $K^2$ Ecce *om. T* et] e/t *1 litt. eras. N, om. C* **4** clarificauit *P* **5** clarificat *S J T* $\mu$ **6** filii] filio *J K Eug.* (*V*) °accipiet *pr.*] accepit *Eug.* (*V*) ideo et (*corr. 1 m.*) *P* de *alt. om.* $N^a$ eo *J* °accipiet *alt.*] accipit *Eug.* (*V*) **7** quae] quaecumque (quaecum *eras.*) *C* °est *om. Eug.* (*V*) **8** °glorificat *pr.*] clarificat *S* °glorificat *alt.*] glorifificat $T^a$, clarificat *S* **8/9** °cognoscimus *Eug.* (*V*) **9** quod] quia *K* **10** °potens est] potest et *S V*, potens est et $V^2$, potest *Eug.* (*V*) clarificare *S* **11** °glorificat *pr. et alt.*] clarificat *S* **12** clarificat *S* sinant] sin/iam *1 litt. eras. K*, sine iam $K^3$ aequalis $C^a$ **13** clarificant *N O S K T* clarificet *S* **14** Ego] *praem.* et *T* °inquit te *Eug.* (*V*) clarifiaui *S* ne *om. C* **15** °quia] qui *Eug.* (*V*) clarificat *S* **16** clarificat *S* °ipse *Eug.* (*V*) **17** clarificari *S* °glorificari — est] glorificatur *Eug.* (*V*), scriptum est glorificari $\mu$.

V. *om. A B C* **1** conuincti $C^a$ **5** mittit *A B C* $N^a$ $O^a$ *K* °pater] *add.* meus *Eug. V*

est quia et pater eum mittit, sicut commemorauimus, et filius cum dicit : *Si autem abiero, mittam eum ad uos.*

Qua in quaestione primum quaero unde et quo missus sit filius. *Ego,* inquit, *a patre exii et ueni in hunc mundum* ; ergo *a patre* exire *et* uenire *in hunc mundum,* hoc est mitti. Quid igitur est quod de illo idem ipse euangelista dicit : *In hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit* ?, deinde coniungit : *In sua propria uenit* ; illuc utique missus est quo *uenit.* At si *in hunc mundum* missus est quia exiit *a patre et* uenit *in hunc mundum,* et *in hoc mundo erat,* illuc ergo missus est ubi *erat.* Nam et illud quod scriptum est in propheta deum dicere : *Caelum et terram ego impleo,* si de filio dictum est (ipsum enim nonnulli uolunt intellegi uel prophetis uel in prophetis locutum), quo missus est nisi illuc ubi *erat* ? ; ubique enim erat qui ait : *Caelum et terram ego impleo.* Si autem de patre dictum est, ubi esse potuit sine uerbo suo et sine sapientia sua quae *pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter* ? Sed neque sine spiritu suo usquam esse potuit. Itaque si ubique est deus, ubique est etiam spiritus eius. Illuc ergo et spiritus sanctus missus est ubi erat. Nam et ille qui non inuenit locum quo

---

**6** Ioh. 14, 26. *commemorauimus* : I, xii, 68. **7** Ioh. 16, 7. **8/9** Ioh. 16, 28. **9** Ioh. 16, *28. Ioh. 1, 9. **10** Ioh. 16, *28. Ioh. 1, 9. **11/13** Ioh. 1, *10. **13** Ioh. 1, *11. **14** Ioh. 1, 11. Ioh. 16, *28 ; 1, 9. **15** Ioh. 16, *28 ; 1, 9. **15/16** Ioh. 1, *10. **16** Ioh. 16, 28. Ioh. 1, 10. **17/18** Ier. 23, 24. **19/20** Ioh. 16, 28. **20** Ioh. 1, 10. **20/21** Ier. 23, 24. **22** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. Eccli. 1, 3-4 ; 1 Cor. 1, 21.24. **22/23** Sap. 8, *1. **24/27** Ps. 138, 7-8.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **6** est — **26** quo *Eug., p. 758, 9-759, 4.* **6** est — **7** uos, **8** unde — **26** erat [*coll., f. 14v-15*].

---

**7** eum] illum *K* **8** Qua] quia (i *eras.*) *N, Eug. V* et] uel *T* **9** exiui *A* **10** Ergo — mitti *om. T*[a] et uenire *om. C* **11** illo] *add.* est *eras. N* **12** ipsum] *ita C T Eug.* (*G P V v*), eum *cett. codd.* μ **13** coniungit] cum iungit *J*[a], congiungit (g *pr. eras.*) *T* **14** utique] itaque *P* At] alioquin *T* **15** in hunc mundum] *bis, pr. eras. T* **16** illud] iuxta *T* **20** est] ē/// *3 litt. eras. N* °qui] quia *Eug. V* **21** poterit *C*[a] **22** et] *s. l. B*[1] pertendit] pertingit *K*[2] **23** ad] in *A K* **24** °suo] *praem.* sancto *eras. T*, sancto *Eug.* (*G P V v*) deus est *P* **25** spiritus] *add.* sanctus *F* ergo et] etiam *A C*, ergo *A*[2]

eat a facie dei et dicit : *Si ascendero in caelum, tu ibi es ; si descendero in infernum, ades* ; ubique uolens intellegi praesen- μ 776
tem deum, prius nominauit spiritum eius. Nam sic ait : *Quo abibo ab spiritu tuo ? Et quo a facie tua fugiam ?*

[8] Quocirca si et filius et spiritus sanctus illuc mittitur ubi *erat*, quaerendum est quomodo intellegatur ista missio siue filii siue spiritus sancti. Pater enim solus nusquam legitur missus. Et de filio quidem ita scribit apostolus : *Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Misit*, inquit, *filium suum factum ex muliere.* Quo nomine quis catholicus nesciat non eum priuationem uirginitatis sed differentiam sexus hebraeo loquendi more significare uoluisse ? Cum itaque ait : *Misit deus filium suum factum ex muliere*, satis ostendit eo ipso missum *filium* quo factus est *ex muliere. Quod* ergo *de deo natus est, in hoc mundo erat* ; *quod* autem *de Maria natus est, in hunc mundum* missus *aduenit.* Proinde mitti *a patre* sine spiritu sancto non potuit, non solum quia intellegitur pater cum eum misit, id est fecit ex femina, non utique sine spiritu suo fecisse ; uerum etiam quod manifestissime atque apertissime in euangelio dicitur uirgini Mariae quaerenti ab angelo : *Quomodo fiet istud ?*, *Spiritus sanctus*

---

**27/28** Ps. 138, *8. **29/30** Ps. 138, *7. **31/32** Ioh. 16, 28. Ioh. 1, 10. **32/33** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **34/36** Gal. 4, *4. **36** Gal. 4, 5. **37** Gal. 4, 4. **40** Gal. 4, 4. **41** Gal. 4, 4. **42** 1 Ioh. 5, *4. Ioh. 1, *10. **42/43** Ioh. 3, 6. Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **43** Ioh. 16, *28 ; 1, 9. Ioh. 1, *11. **44** Ioh. 16, 28. Is. 48, 16. **45** Gal. 4, 4. **47/48** Luc. 1, 34. **48/49** Luc. 1, 35.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L R V ; def. M*).

**Test.** : **27** eat — **48** sanctus *Eug., p. 759, 4-27.* **31** Quocirca — **34** missus, **40** Misit — **44** potuit [*coll., f. 15-15v*]. **32** quaerendum — **36** redimeret, **40** Cum — **43** aduenit [*Alcuin., trin. III*, IV (*PL 101, 40*)]. **34** quidem — **43** aduenit *Vinc.*, v, *77-86.*

---

**27** °eat] iret *Eug. V* dei] domini *J* es] est (t *eras.*) *T* °ibi] illic *Eug. V* °si *alt.*] *praem.* et *eras. T*, *Eug.* (*G V v*) **28** in] ad *P* ades] *praem.* tu *P* **29** nominabit *K*, nominabat $K^2$ **30** abibo] ibo *N O S J T* ab] a *S T* quo *om.* (*uel. eras*) *T* fugiam] *praem.* quo *T* **31** et *pr.*] e/t *1 litt. eras. O* mittuntur *T* **32** erant *T* °intellegatur] sit *Eug. V* **33** nosquam $C^a$ **34/35** °Et — temporis] quod quidem apostolus ita ait *Vinc.* **34** °quidem *om. Eug. V* **37** °mulierem (m *alt. eras.*) *Eug. V* **38** °priuacione *Vinc. R* **38/39** °differentia *Vinc. R Eug. V* **39** °more loquendi *Eug. V* **40** °itaque cum *Vinc.* **41** ipso eo $A^a$ $B^a$ fatus *J* **42** °erat] *add.* et mundus per eum (ipsum *R*) factus est *Vinc.* **43** °mundum *om. Eug. V* **45** id est *om.* $C^a$ **46** suo] sancto $B^a$ *J T Eug. V* **46/47** °manifestissime atque *om. Eug. V* **48** istuc *C*

*superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi* ; et Mat-thaeus dicit : *Inuenta est in utero habens de spiritu sancto* ; quam- PL 850 quam et apud Esaiam prophetam ipse Christus intellegitur de aduentu suo futuro dicere : *Et nunc dominus misit me, et spiritus eius.*

[**9**] Fortasse aliquis cogat ut dicamus etiam a se ipso missum esse filium quia ille Mariae conceptus et partus operatio trinitatis est qua creante omnia creantur. 'Et quomodo iam,' inquit, 'pater eum misit si ipse se misit?'

Cui primum respondeo quaerens ut dicat, si potest : quomodo eum *pater sanctificauit* si se ipse sanctificauit ? Vtrumque enim idem dominus ait : *Quem pater*, inquit, *sanctificauit et misit in hunc mundum, uos dicitis quia blasphemat quoniam dixi : Filius dei sum* ; alio autem loco ait : *Et pro eis sanctifico me ipsum.* Item quaero quomodo *eum* pater *tradidit* si ipse *se tradidit.* Vtrumque enim dicit apostolus Paulus : *Qui filio,* inquit, *proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Alibi autem de ipso saluatore ait : *Qui me dilexit et tradidit se ipsum pro me.* Credo respondebit si haec probe sapit quia una uoluntas est patris et filii et inseparabilis operatio. Sic ergo intellegat illam *incarnationem* et *ex uirgine* natiuita-

---

**50** Matth. 1, 18. **52/53** Is. 48, 16. **55/56** Luc. 1, 31.35 ; Is. 7, 14 ; Matth. 1, 18.20-21.23. **57** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **59** Ioh. 10, 36. Ioh. 17, 19. **60/62** Ioh. 10, *36. **62/63** Ioh. 17, *19. **63** Rom. 8, *32. **63/64** Gal. 2, *20. **64/66** Rom. 8, *32. **66/67** Gal. 2, *20. **68** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; Ioh. 5, 17.19 ; 14, *10 (uet. lat.) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct. 8, 13 (PL 44, 970). **69** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **69/70** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Gal. 4, *4.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L ; usque ad* **68** operatio *def. M ; R V*).

**Test.** : **49** superueniet — **69/70** natiuitatem *Eug., p. 759, 27-760, 21.* **68** quia — **69/70** natiuitatem [*coll., f. 15*v].

---

**49** obumbrauit *C*a **50** habens in utero *T* **51** intellegatur *J K*2 **51/52** °ipse — futuro] de aduentu suo futuro ipse christus intellegitur *Eug. V* **52** °Et *pr. om. V*a *Eug. V* **54** cogat] cogit *A C F J K P* ; cogitat (at *eras.*) *N*, *Eug. V ;* uel cogitat *N*2 **55** °Mariae] *add.* uirginis *Eug. V* et] e/t *1 litt. eras. C* **56** omnia] *bis C* **57** °se ipse *Eug. V* **59** eum pater] *ita N O S Eug. V*, pater eum *cett. codd. μ* ipse se *N O S T Eug. G P v* **60** idem] ipse *J T* **61** mundum hunc *T* blasphemas *C*a *J μ* **62** dixi] *ita F J K μ*, dicit *cett. codd. Eug.* (*G P V v*) ait] dicit *J* °eis] his *Eug. V* sanctificabo *S* **63** Item] iterum *P* tradiderit *T* **63/64** se ipse *P μ* **64** se *om. T* enim *om. F* Paulus *om. J* filio] *add.* suo *S F* **65** proprio] *praem.* suo *eras. O*, *Eug. V* nobis *om. T* **66** °eum] illum *I L μ* et *om. C*a **67** semetipsum *N O S F T* respondit *T*a prope *S*a **68** filii] *add.* et spiritus sancti *del. P* inseparabilis] se *s. l. J*1 **69** °et *om. Eug.* (*G P V v*)

tem in qua filius intellegitur missus una eademque operatione patris et filii inseparabiliter esse factam, non utique inde separato spiritu sancto de quo aperte dicitur : *Inuenta est in utero habens de spiritu sancto.*

Nam etiam si ita quaeramus, enodatius fortassis quod dicimus apparebit. Quomodo *misit deus filium suum* ? Iussit ut ueniret, atque ille iubenti obtemperans uenit ? An rogauit ? An tantummodo admonuit ? Sed quodlibet horum sit, uerbo utique factum est ; *dei* autem *uerbum* ipse est *dei filius.* Quapropter cum eum pater uerbo *misit,* a patre et uerbo eius factum est ut mitteretur. Ergo a patre et filio missus est idem filius quia uerbum patris est ipse filius. Quis enim se μ 777
tam sacrilega induat opinione ut putet temporale uerbum a patre factum esse ut aeternus filius mitteretur et *in carne* appareret ex tempore ? Sed utique in ipso dei uerbo quod *erat in principio apud deum et deus erat,* in ipsa scilicet *sapientia dei* sine tempore erat quo tempore illam *in carne* apparere oporteret. Itaque cum sine ullo initio temporis *in principio* esset *uerbum, et uerbum* esset *apud deum, et deus* esset *uerbum* ; sine ullo tempore in ipso uerbo erat quo tempore *uerbum caro* fieret *et* habitaret *in nobis*. Quae *plenitudo temporis cum uenisset, misit deus filium suum factum ex muliere,*

---

**70/72** 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7. Did., spir. (interpr. Hieron.), 17 (PG 39, 1049[D]) ; Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; expl. symb., 3.5 (SC 25[bis], 48, 5/6 ; 52, 31/32) ; Ioh. 5, 17.19 ; 14, *10 (uet. lat.). **72/73** Matth. 1, 18. **75** Gal. 4, 4. **78** Apoc. 19, *13 ; Ioh. 1, 1.14. II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. **79** Gal. 4, 4. **79/80** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36. **80/81** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; Gal. 4, 4. **83** Ioh. 8, 35. Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **83/84** 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 8, 3. **84** Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. **84/85** Ioh. 1, *1. **85/86** Eccli. 1, 3-4 ; 1 Cor. 1, 21. **86** 1 Cor. 1, 24. 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 8, 3. **87/89** Ioh. 1, 1. **90** Ioh. 1, 14. **90/91** Gal. 4, *4.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **70** in — **91** muliere *Eug., p. 760, 22-761, 18.* **70** in — **73** sancto, **79** Quapropter — **81** filius, **82** putet — **87** oporteret, **90** Quae — **91** muliere [*coll., f. 15v-16*]. **87** Itaque — **91** muliere *Beda, f. 84.*

---

**70** unam (m *eras.*) *O* eamdemque (m *pr. eras.*) *O* operatione] operationem (m *eras.*) *O K*, *om. Eug. V* **71** °inde] in *I*[a] *Eug. V* **72** °separato] disperato *Eug. V* spiritu] u *i. r.* *N*[2] **76** ut *om.* *T*[a] °obtemperans uenit] obtemperauit *Eug. V* **76/77** rogabit *K*[a] **77** quolibet *K*[a] **78** uerbum autem *C* ipsius *C* **79** Quapropter] qu/a propter *1 litt. eras. C* °cum] dum *Eug. V* uerbo *alt.*] uerbum *C* **82** sacrilegam *N S*, (m *eras.*) *K* opinionem (m *eras.*) *C*, *N S* **84** apparet *T*[a] **85** pricipio *K*[a] **86** °illam] illum *A K*, eam *Eug.* (*G P V v*) **87** initio] interstitio *S* principium *N*[a] **89** uerbo] uerbum *C*[a] **90** et] ut *N O S T*

id est factum in tempore ut incarnatum uerbum hominibus appareret ; quod in ipso uerbo sine tempore erat in quo tempore fieret. Ordo quippe temporum *in* aeterna *dei sapientia* sine tempore est. Cum itaque hoc a patre et filio factum esset ut *in carne* filius appareret, congruenter dictus est missus ille qui *in* ea *carne* apparuit, misisse autem ille qui in ea non apparuit. Quoniam illa quae coram corporeis oculis foris geruntur ab interiore apparatu naturae spiritalis exsistunt, propterea conuenienter missa dicuntur. Forma porro illa suscepti hominis filii persona est, non etiam patris. Quapropter pater PL 851 inuisibilis una cum filio secum inuisibili eundem filium uisibilem faciendo misisse eum dictus est ; qui si eo modo uisibilis fieret ut cum patre inuisibilis esse desisteret, id est si substantia inuisibilis uerbi in creaturam uisibilem mutata et transiens uerteretur, ita missus *a patre* intellegeretur filius ut tantum missus non etiam cum patre mittens inueniretur. Cum uero sic accepta est *forma serui* ut maneret incommutabilis *forma dei*, manifestum est quod a patre et filio non apparentibus factum sit quod appareret in filio, id est ab inuisibili patre cum inuisibili filio idem ipse filius uisibilis mitteretur. Cur ergo ait : *Et a me ipso non ueni* ? Iam hoc secundum *formam*

---

**92/93** Symb. Nicaen., 15 ; Ioh. 1, 14 ; Rom. 8, 3 ; 1 Ioh. 4, 2. **94** 1 Cor. 1, 21 ; Eccli. 1, 3-4. **96.96/97** 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 8, 3. Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **100/101** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **102/103** Hebr. 11, 3. Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **104/106** uide Symb. 'Quicumque,' 33-34. **105/106** *mutata... uerteretur* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part., VII, 23. **106/107** Ioh. 16, 28 ; Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; Gal. 4, 4. **108/109** uide Symb. 'Quicumque', 33. **108** Phil. 2, 7. **109** Phil. 2, 6. **111** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **112** Ioh. 8, *42. **112/113** Phil. 2, 7.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **92** id — **112** formam *Eug., p. 761, 18-762, 13.* **92** id — **97/98** apparuit, **100** Forma — **112** formam [*coll., f. 16-16*$^{v}$]. **92** id — **93** appareret *Beda, f. 84.* **94** Ordo — **95** est *Prosp., sent.* LVII (*PL 51, 435*). **96** congruenter — **97/98** apparuit, **100** Forma — **103** est, **108** uero — **109** dei [*Alcuin., trin. III*, VI (*PL 101, 41*)].

---

**92** °factum in tempore *om. Eug.* (*G P V v*) factum] *add.* est *A* $C^{a}$ **93** apparet $J^{a}$ quod] quo $K^{a}$ °in *alt. om. Eug. V* **94** fieret] *praem.* si *K*, *praem.* id (si *exp.*) $K^{2}$ in *om. Prosp. c* **95** est] *add.* nec aliqua sunt apud illum (eum *c*) noua qui fecit quae futura sunt *Prosp.* **96** °congruenter] consequenter *Eug. V* **97** °ea *pr.*] *om. F* $R^{a}$, eadem *Eug.* (*G P V v*) °carne] *add.* hoc *Eug. V* mississe (s *pr. eras.*) *N*, misse $K^{a}$ **97/98** misisse — apparuit *om. T* **98** Quoniam] *praem.* et $N^{2}$ oculis corporeis *P* **99** °natura *Eug. V* spiritaliter $S^{2}$ °propterea] *praem.* et *R* *μ* **100** missi *K* **101** °pater *om. Eug. V* **102** °unam *Eug. V* **102/103** inuisibilem (in *eras.*) *T* **103** mississe (s *pr. eras.*) *N* **104** desisteret esse *F* si] *s. l.* $K^{1}$ **105** °mutatam *Eug. V* **106** °missum *Eug. V* a patre] apparere *A*, appareret $C^{a}$ **107** non — mittens *om. T* **110** in *om.* $K^{a}$ °est] *add.* ut *μ* **111** idem] id est (?) $T^{a}$ Cur] quod (od *i. r.*) $N^{2}$, cum *F P* **112** Iam] tam *C*, tamquam $K^{2}$

*serui* dictum est, secundum quam dictum est : *Ego non iudico quemquam.*

[**10**] Si ergo missus dicitur in quantum apparuit foris in creatura corporali qui intus in natura spiritali oculis mortalium semper occultus est, iam in promptu est intellegere etiam de spiritu sancto cur missus et ipse dicatur. Facta est enim quaedam creaturae species ex tempore in qua uisibiliter ostenderetur spiritus sanctus, siue cum *super ipsum* dominum *corporali specie uelut columba descendit,* siue *cum decem diebus peractis post* eius *ascensionem die pentecostes factus est subito de caelo sonus quasi ferretur flatus uehemens, et uisae sunt illis linguae diuisae sicut ignis qui et insedit super unumquemque eorum.* Haec operatio uisibiliter expressa et oculis oblata mortalibus missio spiritus sancti dicta est ; non ut appareret eius ipsa substantia qua et ipse inuisibilis et incommutabilis est sicut pater et filius, sed ut exterioribus uisis hominum corda commota a temporali manifestatione uenientis ad occultam aeternitatem semper praesentis conuerterentur.

VI. [VI **11**] Ideo autem nusquam scriptum est quod deus pater maior sit spiritu sancto, uel spiritus sanctus minor deo patre, quia non sic est assumpta creatura in qua appareret μ 778
spiritus sanctus sicut assumptus est *filius hominis* in qua

---

**113/114** Ioh. 8, 15. **115** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **118** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **120/121** Matth. 3, 16. **120** Marc. 1, *10 ; Ioh. 1, *32.*33. **121** Luc. 3, *22. **121/125** Act. 2, *1-4.

VI. **1/3** uide Symb. 'Quicumque,' 24. **3/4** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4. **4** uide Symb. 'Quicumque,' 33 ; Ioh. 3, 13. **4/5** Phil. 2, 7.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 113** serui — **130/131** conuerterentur *Eug., p. 762, 13-763, 4 ;* [*coll., f. 16v-17*]. **118** Facta — **121** descendit, **125** Haec — **130/131** conuerterentur [*Alcuin., trin. III,* v (*PL 101, 40-41*)].

VI. **1** Ideo — **4** qua [*coll., f. 17v*]. **1** Ideo — **4** sanctus [*Alcuin., trin. III,* VIII (*PL 101, 42*)].

---

**113** secundum — est *alt. om. A* $B^a$ *C* Ego] ergo (r *eras.*) *N* **116** spiritalis (s *alt. eras.*) *C, Eug. V* **117** promptum *C,* (m *alt. eras.*) *K* **118** °et] etiam *Eug. V* **120** °siue *om. Eug. V* super] *ita T Eug.* (*G P V v*), in *cett. codd.* μ ipsam *C* **120/121** °dominum] iesum *M* **121** discendit *K* **122** °diem *Eug. V* pentecoste *T* **124** uisi *K* diuisae linguae *J* °sicut] quasi *Eug. V,* tanquam μ et *alt. om. O Eug. V* °consedit *Eug. V* **125** unumquemque] quemque $J^a$ **126** °mortalium *M* **127** ut] *praem.* ita *A B P T* °qua] quae *K* ; quia (i *eras.*) *L,* $M^2$ *Eug. V* °et *om. Eug. V* ipse] in se *K* **127/128** °commutabilis *Eug. V* **129** a *om. T* **129/130** uenientes *C* **130** °occultum aeternitatis *Eug. V* presentes $C^a$ **130/131** conuerteretur $C^a$.

VI. *om. A B C* **1** deus *om. C* **2** minor] *add.* sit *F* deo *om. T* **2/3** patri *C* **3** in qua] *i. mg.* $J^1$ apparuit *C,* apparet *T* **4** sanctus] *add.* minor deo patri *T* quam *T*

forma ipsius uerbi dei persona praesentaretur ; non ut haberet uerbum dei sicut alii sancti sapientes, sed *prae participibus* suis ; non utique quod amplius habebat uerbum ut esset quam ceteri excellentiore sapientia, sed quod ipsum uerbum erat. Aliud est enim uerbum in carne, aliud *uerbum caro* ; id est aliud est uerbum in homine, aliud uerbum homo. *Caro* enim pro homine posita est in eo quod ait : *Verbum caro factum est,* sicut et illud : *Et uidebit omnis caro salutare dei.* Non enim sine anima uel sine mente, sed ita *omnis caro* ac si diceretur 'omnis homo.' Non ergo sic est assumpta creatura in qua appareret spiritus sanctus sicut assumpta est caro illa et humana illa forma *ex uirgine Maria.*

Neque enim columbam beatificauit spiritus, uel illum flatum uel illum ignem sibique et personae suae in unitatem habitumque coniunxit in aeternum ; aut uero mutabilis et conuertibilis PL 852
est natura spiritus sancti ut non haec ex creatura fierent, sed ipse in illud atque illud mutabiliter uerteretur sicut aqua in glaciem. Sed apparuerunt ista sicut opportune apparere debuerunt *creatura seruiente creatori* et *ad nutum eius* incommutabiliter in se ipso permanentis ad eum significandum et demonstrandum, sicut significari et demonstrari mortalibus

---

**5** Apoc. 19, 13 ; Ioh. 1, 1.14. **6/7** Hebr. 1, 9 ; Ps. 44, *8. **8** Ioh. 1, 1. **9** Ioh. 1, 14. **10** uide Symb. 'Quicumque,' 35 ; Symb. Nicaen., 15 ; Phil. 2, 7. Ioh. 1, 14. **11/12** Ioh. 1, 14. **12** Luc. 3, 6 ; Is. 40, 5 ; Act. 28, 28. **13** Luc. 3, 6 ; Is. 40, 5. **14/15** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4. **15/16** uide Symb. 'Quicumque,' 33 ; Phil. 2, 7. **16** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. Gal. 4, *4. **17** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. Act. 2, 2. **18** Act. 2, 3. **19** Symb. Nicaen., 19e (anath.). **19.21** *mutabilis et conuertibilis ... mutabiliter uerteretur* : cf. Cic.,de or. III, xlv, 177 ; orat. part., vii, 23. **22** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4. **22/23** Iudith 16, 17. **23** Sap. 16, *24 ; Rom. 1, 25. Iob 26, 11. **25/26** 1 Cor. 2, 14.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. :** **5** forma — **25** mortalibus [*coll., f.* $17^v$-*18*]. **9** Aliud *pr.* — **10** homo [*Alcuin., trin. III,* ix (*PL 101, 43*)] ; [*excerpt., f.* $1^v$]. **17** Neque — **19** aeternum, **22** Sed — **25** mortalibus [*Alcuin., trin. III,* viii (*PL 101, 42-43*)].

---

**5** forma/ *1 litt. eras. T* dei uerbi *N O* personaque $C^a$ praesentaretur] monstraretur *C* ut// *2 litt. eras. N* **6** alii sancti] prophetae et *C T* sed// *2 litt. eras. T* prae participibus] preparticibus *P* **7** utique *om. C* quod amplius] *i. r. et s. l.* $N^2$ habeat *J* **9** id est] quia *C T* **11** hominem $C^a$ **12** et *pr. om. N O S J K* caro] *add.* pariter *N O* μ **13** si] sic (c *eras.*) *N* diceretur] e *pr. s. l.* $S^1$ **14** assumpta est *J* **16** illa *om. A* $B^a$ *C P* **17** columbam] *praem. in* $K^a$ flatum illum *F* **18** et] ex *C* persona sua $C^a$ unitate *C S T* **19** haut $K^1$ **21** aqua] *praem.* in *eras. N* **22** ista/ *1 litt. eras. B* **24** significandum] ic *s. l.* $K^1$ **25** significare $C^a$

oportebat, *mutata atque conuersa*. Proinde quamquam illa columba spiritus dicta sit, et de illo igne cum diceretur : *Visae sunt illis*, inquit, *linguae diuisae uelut ignis qui et insedit super unumquemque eorum, et coeperunt linguis loqui quemadmodum spiritus dabat eis pronuntiare*, ut ostenderet per illum ignem spiritum demonstratum sicut per columbam ; non tamen ita possumus dicere spiritum sanctum et deum et columbam aut et deum et ignem, sicut dicimus filium et deum et hominem nec sicut dicimus filium agnum dei, non solum Iohanne baptista dicente : *Ecce agnus dei*, sed etiam Iohanne euangelista uidente *agnum occisum* in apocalypsi. Illa quippe uisio prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas sed *in spiritu* per spiritales imagines corporum.

Columbam uero illam et ignem oculis uiderunt quicumque uiderunt, quamquam de igne disceptari potest utrum oculis an *spiritu* uisus sit propter uerba sic posita ; non enim ait : 'Viderunt linguas diuisas uelut ignem,' sed : *Visae sunt eis*. Non autem sub eadem significatione solemus dicere : 'Visum est mihi,' qua dicimus : 'Vidi.' Et in illis quidem spiritalibus uisis imaginum corporalium solet dici et '*Visum est* mihi' et *Vidi*, in istis uero quae per expressam corporalem speciem oculis demonstrantur non solet dici 'Visum est mihi' sed *Vidi*. De illo ergo igne potest esse quaestio quomodo uisus sit, utrum intus *in spiritu* tamquam foris,

---

**26** Cic., orat., part., VII, 23 : *conuersa ... atque mutata* ; cf. de or. III, XLV, 177. **26/27** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. **27/29** Act. 2, *3. **29/30** Act. 2, *4. **31** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. **32** Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd.) ; 4, *24 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. **33** uide Symb. 'Quicumque,' 15. Act. 2, 3. uide Symb. 'Quicumque,' 28-35. Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1 ; uide Symb. 'Quicumque, ' 15. 1 Tim. 2, 5. **34** Ioh. 1, 29 ; Apoc. 5, 6. **35** Ioh. 1, 29.36. **35/36** Apoc. 5, 6. **38** Apoc. 1, 10. **39** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. Act. 2, 3. **40** Act. 2, 3. **41** Apoc. 1, 10. **42** Act. 2, *3. **45/46** Apoc. 12, 3 ; Ex. 3, *2 ; e.a. ; Act. 2, *3. **46** Apoc. 5, 6 ; e.a. **47/48** Act. 2, *3. **48** Ioh. 1, 32.34 ; Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; e.a. **48/49** Act. 2, 3. **49** Apoc. 1, 10.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 26** oportebat — conuersa, **31** non — **33** hominem [*Alcuin., trin. III*, VIII (*PL 101, 43*)] ; [*coll., f. 18-18*$^{v}$]. **40** de — **49** foris [*excerpt., f. 1*$^{v}$].

---

**26** conuersa] *i. mg.* $J^1$ **28** illis *om.* *N* qui] *del.* $B^2$, *om.* *N O* sedit *O* **30** °spiritus] *add.* sanctus $I^a$ **32** dicere] *add.* una persona *i. mg.* $B^2$, *N P* ; *add.* unam personam *K* **33** //filium *2 litt. eras.* *C* et *tert. om.* *S* **34/35** baptistam (m *eras.*) *A* **36** apocalipsi/ *1 litt. eras.* *C* **37** exhibita est *N S T* forma $N^a$ **38** spiritum *F* **40** disceptari] *praem.* aliqua *P* **41/43** ait — autem *om.* $A^a$ **42** eis] illis *P* **43** autem] enim *B*, enim autem (autem *exp.*) *C* **44** qua] qu/a *1 litt. eras.* *O* **45** immaginum $C^a$, imaginem $S^a$ $T^a$ et] ut *K* est *om.* $S^a$ **46** qui *F* **47** solet] solum *J* **49** intos $K^a$

an uere foris coram oculis carnis ; de illa uero columba quae dicta est *corporali specie* descendisse nullus umquam dubitauit quod oculis uisa sit. Nec sicut dicimus filium petram (scriptum est enim : *Petra autem erat Christus*), ita possumus dicere spiritum columbam uel ignem. Illa enim petra iam erat in creatura et per actionis modum connuncupata est nomine Christi quem significabat, sicut lapis ille quem Iacob positum μ 779 ad caput etiam unctione ad significandum dominum assumpsit ; sicut Isaac Christus erat cum ad se immolandum ligna portabat. Accessit istis actio quaedam significatiua iam exsistentibus ; non autem sicut illa columba et ignis ad haec tantummodo significanda *repente* exstiterunt. Magis ista similia mihi uidentur flammae illi quae *in rubo apparuit* Moysi, et illi columnae quam populus in heremo sequebatur, et fulguribus ac tonitribus quae fiebant cum lex daretur in PL 853 monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis exstitit species ut aliquid significaret atque praeteriret. [VII **12**] Propter has ergo corporales formas quae ad eum significandum et sicut humanis sensibus oportebat demonstrandum temporaliter exstiterunt missus dicitur etiam spiritus sanctus ; non tamen *minor patre* dictus est sicut filius propter *formam serui*, quia illa *forma serui* inhaesit ad *unitatem personae*, illae uero species corporales ad demonstrandum quod opus fuit ad tempus apparuerunt et esse postea destiterunt.

---

**50/51** Luc. 3, 22 ; Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Ioh. 1, 32.33. **52/53** 1 Cor. 10, 4. **54** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. Act. 2, 3. **54/55** Ex. 17, 6 ; Num. 20, 7-11. **55/56** 1 Cor. 10, 4. **56/58** Gen. 28, 18-22. **58/59** Gen. 22, 6 ; Ioh. 19, 17. **60** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33. Act. 2, 3. **61** Act. 2, 2. **62/63** Ex. 3, *2. **63** Ex. 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12. **64/65** Ex. 19, 16-19. **67/69** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4. **69** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **70** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. Phil. 2, 7. **71** Phil. 2, 7. uide Symb. 'Quicumque,' 34. **72/73** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **50** an — carnis [*excerpt., f. 1*ᵛ]. **66** Propter — **73** destiterunt [*Alcuin., trin. III*, VIII (*PL 101, 43*)]. **69** missus — **73** destiterunt [*coll., f. 18*ᵛ].

---

**50** uero *F J K T* foris] *add.* tanquam $O^3$ coram] *i. r.* $B^2$, tamquam $A^a$ *C* **51** descendisse] descen////disse *4 litt. eras. C*, discendisse $S^a$ usquam *A S* **52** sit] est $A^2$ petram] *add.* ut $S^2$ **53** enim *om. S* autem] *ita P* μ, enim *S*, *om. cett. codd.* **54** spiritum] *add.* sanctum *T* **55** connuncupata] nuncupata *F* μ, noncupata *J*, //nuncupata *2 litt. eras. T* nomine] *praem.* in *J* **56** positum] itum *i. r.* $O^2$, posuit *N S F P* **57** unctionem *A C N O S F P* **58** sicut] *add.* et $N^2$ se ad *S* se *om. T* **59** istis] his *F* **62** rubo] rub/o *1 litt. eras. J* **64** ac] et *A C* μ to/nitribus *1 litt. eras. S*, tonitruis *F J P T* μ **64/65** in monte *om.* $B^a$ **65** corporalis rerum illarum *A B C* species corporalis extitit *P* **69** etiam dicitur *C* **71** illae] illa $C^a$ **72** corporalis $C^a$.

VII. Cur ergo non et pater dicitur missus per illas species corporales, ignem rubi et columnam nubis uel ignis et fulgura in monte et si qua talia tunc apparuerunt, cum eum coram locutum patribus teste scriptura didicimus, si per illos creaturae modos et formas corporaliter expressas et humanis aspectibus praesentatas ipse demonstrabatur ? Si autem filius per ea demonstrabatur, cur tanto post dicitur missus cum ex femina factus est, sicut dicit apostolus : *Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere,* quandoquidem et antea mittebatur cum per illas creaturae mutabiles formas patribus apparebat ? Aut si non recte posset dici missus nisi cum *uerbum caro factum est,* cur missus dicitur spiritus sanctus cuius nulla talis incorporatio facta est ? Si uero per illa uisibilia quae in lege et prophetis commendantur nec pater nec filius sed spiritus sanctus ostendebatur, cur etiam ipse nunc dicitur missus cum illis modis et antea mitteretur ?

[**13**] In huius perplexitate quaestionis primum domino adiuuante quaerendum est utrum pater an filius an spiritus sanctus ; an aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus ; an sine ulla distinctione personarum sicut dicitur *deus unus* et *solus*, id est ipsa trinitas, per illas creaturae formas patribus apparuerit. Deinde quodlibet horum inuentum uisumue fuerit, utrum ad hoc opus tantummodo creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse iudicauit humanis ostenderetur aspectibus, an angeli qui iam erant ita mitte-

VII. **2** Ex. 3, 1-2. Ex. 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 33, 9-23. **2/3** Ex. 19, 16-19 ; 20, 18-22. **3** Ex. 16, 10-12 ; 34, 5 sqq. ; e.a. **6/11** cf. III, prooem., 65/75 ; IV, VII, 2/5. **7/9** Gal. 4, *4. **12** Ioh. 1, 14. **12/13** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **15/16** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4 ; cf. II, V, 125/126. **18/21** cf. III, X, 181/184. **21** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **23/31** cf. III, I, 2/10.

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

VII. *om. A B C* **2** ignis] ignes *S* **4/5** creaturae] scripturae *A C* **5** et *pr.*] sed $S^{a}$ **6** ea] easdem *F T* **7** monstrabatur *F* **8** °apostolus dicit *μ* **10** ante *J* mutabilis $C^{a}$ *T* **11** apparebatur *T* possit *F K* **12** dicitur missus *J* **12/13** spiritus sanctus dicitur *A* **15** sed] nec *T* ipse] *praem.* et *F* **16** illis] *add.* etiam *F* **17** In] *praem.* VII *A*, *praem.* VI *B* **17/18** °adiuuante domino primum *μ* **18** quaercndum] *praem.* VI *C* **18/19** an *alt.* — sanctus *om.* $J^{a}$ **19** filius aliquando *om.* $N^{a}$ **21** unus deus *N O S* **22** quolibet $S^{a}$ **23** uisum *J* **24** iudicauit] *praem.* ipse *F*, iudicabit $K^{a}$ **24/25** humanos $K^{a}$ **25** angeli] *i. r.* $N^{2}$ erant] ante fuerant *F*, *praem.* antea *J*, *praem.* ante *K*

bantur ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui sicut cuique opus esset, aut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subditum regunt in species quas uellent adcommodatas atque aptas actionibus suis mutantes atque uertentes secundum attributam sibi a creatore potentiam. Postremo uidebimus id quod quaerere institueramus, utrum filius an spiritus sanctus et antea mittebantur, et si mittebantur, quid inter illam missionem et eam quam in euangelio legimus distet ; an missus non sit aliquis eorum nisi cum uel filius factus esset *ex* µ 780
*Maria uirgine* uel cum spiritus sanctus uisibili specie siue in columba siue in igneis linguis apparuit.

VIII. [VIII **14**] Omittamus igitur *eos qui* nimis carnaliter natu- PL 854
ram uerbi dei atque sapientiam quae *in se ipsa manens innouat omnia,* quem *unicum filium dei* dicimus, non solum *mutabilem* uerum etiam uisibilem *esse* putauerunt. Hi enim multum *crassum cor* diuinis rebus inquirendis audacius quam religiosius attulerunt. Anima quippe cum sit substantia spiritalis, cumque etiam ipsa facta sit nec per alium fieri potuerit nisi *per quem facta sunt omnia et sine quo factum est nihil,* quamuis sit mutabilis, non est tamen uisibilis. Quod illi de

---

**30** *mutantes atque uertentes* : cf. Cic., de or. III, xlv, 177 ; orat. part., vii, 23 ; infra p. 130, 8 ; 271, 24. **31/37** cf. III, 1, 12/18 ; x, 201/212. **33/34** Is. 48, 16 ; Ioh. 10, 36 ; Gal. 4, 4. Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **35/36** Gal. 4, 4 ; Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **36/37** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32. **37** Act. 2, 3.

viii. **1** *eos qui* : Symb. Nicaen., 19 (anath.). **2** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. 1 Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, 3-4. **2/3** Sap. 7, *27. **3** Symb. Rom.-Mediol. II, 2 ; III, 2 ; Symb. Afric., 2. **3/4** Symb. Nicaen., 19e (anath.). **5** Is. 6, *9-10 ; Matth. 13, *14-15 ; Act. 28, *26-27. **8** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. Ioh. 1, 3.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **26** assumentes — **31** potentiam *Licin., p. 123, 8-13.*

---

**27** °de] ex *T*, a *Licin.* °usum] uisum *Licin. E* **28/29** °subitum *Licin. E* **30** °immutantes *Licin.* atque uertentes *om. S* **30/31** attributum $S^a$ **31** uidemus $T^a$ **32** an] et *A C* µ **33** illam] eam *J* **34** eam] istam $B^2$ *N O S*, illam *J* **34/35** non sit missus *A B C* **35** filiis $K^a$ esset] est *S* **36** uisibilis (s *alt. eras.*) *N* **37** igne *K* apparuerit *F*.

viii. *om. A B C* **2** sapientiae *J* **3** dei filium *N O S P* µ **6** reliosius *S* Anima] *praem.* at *S* **9** de *om.* $K^a$

uerbo ipso atque ipsa *dei sapientia* per quam facta est anima crediderunt, cum sit illa non inuisibilis tantum, quod et anima est, sed etiam incommutabilis, quod anima non est. Eadem quippe incommutabilitas eius commemorata est ut diceretur : *In se ipsa manens innouat omnia.* Et isti quidem ruinam erroris sui diuinarum scripturarum testimoniis quasi fulcire conantes adhibent Pauli apostoli sententiam, et quod dictum est de uno solo deo in quo ipsa trinitas intellegitur, tantum de patre, non et de filio et de spiritu sancto dictum accipiunt : *Regi autem saeculorum immortali, inuisibili, soli deo honor et gloria in saecula saeculorum* ; et illud alterum : *Beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem ; quem nemo hominum uidit nec uidere potest.*

IX. Haec quemadmodum intellegenda sint iam satis nos disseruisse arbitror. [IX **15**] Verum illi qui ista non de filio nec de spiritu sancto sed tantum de patre accipi uolunt, dicunt uisibilem filium non *per carnem de uirgine* assumptam sed etiam antea per se ipsum. 'Nam ipse,' inquiunt, 'apparuit oculis patrum.' Quibus si dixeris : 'Quomodo ergo uisibilis per se ipsum filius, ita et mortalis per se ipsum, ut constet uobis quod tantummodo de patre uultis intellegi quod dictum

---

**10** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. 1 Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, 3-4. **14** Sap. 7, *27. **17** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **18/20** 1 Tim., 1, 17. **20/23** 1 Tim. 6, *15-16.

IX. **4** 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 1, 3 ; 8, 3 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 3. Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. uide Symb. 'Quicumque,' 33. Phil. 2, 7. **5/6** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; e.a.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

---

**10** quam] quem *A*ª *B S K T* **11** non *om.* *K*ª **12** anima] *praem.* et *K* **18** de *alt. om.* *P T* accipiunt dictum *F* dictum *om.* *J* **19** inmortali seculorum *S*ª immortali *om.* *A C* **20** alterum] iterum *S* **22** uidet *S* **23** uideri *S*ª.

IX. *om.* *A B C F J T* **1** °iam] *praem.* non *M* **1/2** deseruisse *T*ª **2** Verum] *praem.* VIIII *F J T* qui/ *1 litt. eras.* *O* nec] non *T* **3** de patre] depate *K*ª dicunt] n *i. r.* *B*¹ **4** non] *add.* solum *O*³ **5** Nam] *add.* et *S* **6** si] se *K*ª dixerimus *F* **6/7** uisibilis — et *om.* *A C K* **7** se *alt. om.* *N*ª constent *A*ª *C* **8** uobis] nobis *J*

est : *Qui solus habet immortalitatem* ? Nam si propter carnem susceptam mortalis est filius, propter hanc sinite ut sit et uisibilis.' Respondent nec propter hanc se mortalem filium dicere, sed sicut et ante uisibilem ita et ante mortalem. Nam si propter carnem filium dicunt esse mortalem, iam non pater sine filio *solus habet immortalitatem* quia et *uerbum* eius *per quod omnia facta sunt habet immortalitatem.* Neque enim quia carnem assumpsit mortalem ideo amisit immortalitatem suam quandoquidem nec animae humanae hoc accidere potuit ut cum corpore moreretur dicente ipso domino : *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Aut uero etiam spiritus sanctus carnem assumpsit (de quo utique sine dubio turbabuntur). Si propter carnem mortalis est filius, quomodo accipiant patrem tantummodo sine filio et sine spiritu sancto habere immortalitatem quandoquidem spiritus sanctus non assumpsit carnem ? Qui si non *habet immortalitatem,* non ergo propter carnem mortalis est PL 855
filius ; si autem *habet* spiritus sanctus *immortalitatem,* non de patre tantummodo dictum est quia *solus habet immortalitatem.*

Quocirca ita se arbitrantur et ante *incarnationem* per se $\mu$ 781
ipsum mortalem filium posse conuincere quia ipsa mutabilitas non inconuenienter mortalitas dicitur, secundum quam et anima dicitur mori, non quia in corpus uel in aliquam alteram substantiam *mutatur et uertitur,* sed in ipsa sua substantia quidquid alio modo nunc est ac fuit, secundum id quod destitit esse quod erat mortale deprehenditur. 'Quia itaque,' inquiunt, 'antequam *natus* esset *filius dei de uirgine Maria,*

---

**9/10** Phil. 2, 7. **9** 1 Tim. 6, 16. **14** 1 Tim. 6, 16. Ioh. 1, 1.14. **15** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. 1 Tim. 6, 16. **15/17** Phil. 2, 6-7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **18/20** Matth. 10, *28. **23** 1 Tim. 6, 16. **25** 1 Tim. 6, 16. **26** 1 Tim. 6, 16. **27** 1 Tim. 6, 16. **28** uide Symb. 'Quicumque,' 26. **32** Cic., de or. III, XLV, 177 ; cf. orat. part., VII, 23. **35** Symb. Rom.-Mediol., 2-3 ; Symb. Afric., 2-3.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **29** quia — **34** deprehenditur [*Isid., orig. VII,* 1, *19*].

---

**11** respondeant *J* filium mortalem *J* **12** uisibilem] *add.* filium *C* **15** facta sunt omnia *C* $\mu$ **19** occidunt corpus *B* **20** haut $K^1$ spiritus sanctus etiam *F* carnem] *praem.* non *F* **24** si] sic *T* **26** immortalitatem spiritus sanctus *T* **27** quia] a *eras. S*, qui $N^a$ *F T* $\mu$ **28** se ita *T* ita] ideo *i. r.* $O^2$ **29** conuincere] uincere $T^a$ **31** alteram aliquam *P* **31/32** substantiam alteram *T* **33** ac] aut *J K* **34** destiterit *T* esse] *add.* ac per quam *i. mg.* $B^2$ mortalis $S^2$

ipse apparuit patribus nostris non in una eademque specie sed multiformiter, aliter atque aliter, et uisibilis est per se ipsum quia nondum carne assumpta substantia eius conspicua mortalibus oculis fuit, et mortalis in quantum mutabilis. Ita et spiritus sanctus qui alias columba, alias ignis apparuit. Vnde non trinitati,' aiunt, 'sed singulariter et proprie patri tantummodo conuenit quod dictum est : *Immortali, inuisibili, soli deo*, et : *Qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem ; quem nemo hominum uidit nec uidere potest.*'

**[16]** Omissis ergo istis qui nec animae substantiam inuisibilem nosse potuerunt, unde longe remotum ab eis erat ut nossent unius et solius dei, id est patris et filii et spiritus sancti, non solum *inuisibilem* uerum et incommutabilem permanere substantiam ac per hoc in uera et sincera immortalitate consistere ; nos qui numquam apparuisse corporeis oculis deum nec patrem nec filium nec spiritum sanctum dicimus nisi per subiectam suae potestati corpoream creaturam, in pace catholica pacifico studio requiramus parati corrigi si fraterne ac recte reprehendimur, parati etiamsi ab inimico uera tamen dicente mordemur, utrum indiscrete deus apparuerit patribus nostris antequam Christus ueniret *in carne*, an aliqua ex trinitate persona, an singillatim quasi per uices.

X. [X **17**] Ac primum in eo quod in genesi scriptum est locutum deum cum homine quem *de limo* finxerat, si excepta figurata significatione ut rei gestae fides etiam ad litteram

---

**36** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; e.a. **38** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33. **40** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32. Act. 2, 3. **41/42** cf. II, xi, 5/6. **42/43** 1 Tim. 1, 17. **43/44** 1 Tim. 6, *16. **47** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98) ; Ioh. 17, *3 ; 1 Tim. 1, 17. **48** Symb. Rom.-Mediol., I, 1 ; Symb. Afric., 1. **50** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; e.a. **55/56** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; e.a. **56** 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 8, 3 ; 1, 3.

x. **1/2** Gen. 3, 8 sqq. **2** Gen. 2, 7 ; Tob. 8, 8.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 55** utrum — **57** uices *Maxent., p. 6, 20-22 ; Coll. Nou., p. 75, 9-10.* **56** an — **57** persona *Coll. Auell., epist. 196* (*Iust.*) (*CSEL 35, 656, 17-18*).

---

**37** aliter atque] aliterque *C* **39** et] *s. l.* $K^1$ **40** qui] quia *C* **41** non] nec *N* **46** unde] *add.* et $N^2$ **47** et *pr. om.* $B^a$ *C* **48** et] etiam *F* **50** nusquam *T* **51** per] in *T* **52** potestatis *K* corpoream] e *s. l.* $K^1$ **53** corrigi] corri/ *1 litt. eras.* $S^a$ **55** apparuit *P* **56** Christus *om.* $A^a$ $B^a$ **57** uices] *add.* appareat *Maxent.*

x.] VIIII *A*, VIII *B C* **1** in *pr. om. J* scriptum est in genesi *A B* genesi/ *1 litt. eras. N* **2** finxerat] fin *i. r.* $O^2$, definxerat $A^a$, fixerat $K^a$ **3** etiam] et iam *K* ad litteram] *i. r.* $N^2$

teneatur ista tractamus, in specie hominis uidetur deus cum homine tunc locutus. Non quidem expresse hoc in libro positum est, sed circumstantia lectionis id resonat maxime illo quod scriptum est *uocem dei* audisse Adam *deambulantis in paradiso ad uesperam* et abscondisse *se in medio ligni quod erat in paradiso,* deoque dicenti : *Adam, ubi es ?* respondisse : *Audiui uocem tuam et abscondi me a facie tua quoniam nudus sum.* Quomodo enim possit ad litteram intellegi talis dei deambulatio et conlocutio nisi in specie humana non uideo. Neque enim dici potest uocem solam factam ubi deambulasse PL 856 dictus est deus, aut eum qui deambulabat in loco non fuisse uisibilem cum et Adam dicat quod se absconderit a facie dei. Quis erat ergo ille ? Vtrum pater an filius an spiritus sanctus ? An omnino deus indiscrete ipsa trinitas in forma hominis homini loquebatur ? Contextio quidem ipsa scripturae nusquam transire sentitur a persona ad personam ; sed ille uidetur loqui ad primum hominem qui dicebat : *Fiat lux,* et : *Fiat firmamentum,* et cetera per illos singulos dies, quem *deum patrem* solemus accipere dicentem ut *fiat* quidquid facere uoluit. Omnia enim per uerbum suum fecit, quod *uerbum* eius μ 782 *unicum filium eius* secundum rectam fidei regulam nouimus. Si ergo deus pater locutus est ad primum hominem et ipse deambulabat *in paradiso ad uesperam* et *ab eius facie se in medio ligni paradisi* peccator absconderat, cur non iam ipse intellegatur apparuisse Abrahae et Moysi et quibus uoluit quemadmodum uoluit per subiectam sibi commutabilem

---

**7/9** Gen. 3, *8. **9** Gen. 3, *9. **10/11** Gen. 3, *10. **11/15** Gen. 3, 8-10. **20** Gen. 1, 3. **21** Gen. 1, 6. **21/22** Symb. Nicaen., 1-2 ; Symb. Rom.-Mediol., 1. **21/23** Gen. 1, 9-24. **23** Ioh. 1, 3 ; 1 Cor. 8, 6 ; Col. 1, 16 ; Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d ; Apoc. 4, 11. Ioh. 1, 1.14. **24** Symb. Rom.-Mediol. II, 2 ; III, 2 ; Symb. Afric., 2. uide Symb. 'Quicumque,' 28. **25** Gen. 3, 8-9 sqq. **25/27** Gen. 3, *8. **28** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; e.a.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**4** speciem (m *eras.*) *S* uidebatur *S*[2] **5** Non] nec *i. r.* *N*[2] **6** circumtantia *J*[a] illud *S T* **7** quod] d *eras.* *N* dei] domini *K* °audiuisse *μ* deambulantes *C*[a] **8** ad uesperam *om.* *J* **9** paradisu/*1 litt. eras.* *K*[a] deoque] ideoque *K* dicente *K T* ubi es adam *N O J* respondisse] *add.* legitur *N*, *s. l. eras.* *O*[3], *F K* **10** quoniam] eo quod *F* **12** collucutio *A* **13** dici/*1 litt. eras.* *C* **14** aut eum] autem *K*[a] **16** ergo erat *J T* **18** homini *om.* *S* contexio *N J* **18/19** nosquam *C*[a] **19** transire *om.* *J*[a] ad personam *om.* *J*[a] **20** dicebat] dixit *F J* lux] *add.* et facta est lux *K* et *om.* *J* **21** singulos *om.* *C* dies] dicens (c, n *eras.*) *S* **25** ergo si *T* **27** paradisi] *i. r.* *N*[2] abscondiderat *K* iam non *N O P μ* **28** et *alt. om.* *A* **29** quemadmodum uoluit] *om.* *B*[a], *praem.* et *J P T μ*

atque uisibilem creaturam, cum ipse in se ipso atque in substantia sua qua est incommutabilis atque inuisibilis maneat ? Sed fieri potuit ut a persona ad personam occulte scriptura transiret, et cum patrem dixisse narrasset : *Fiat lux,* et cetera quae per uerbum fecisse commemoratur, iam filium indicaret loqui ad primum hominem non aperte hoc explicans sed eis qui possent intellegendum intimans.

[**18**] Qui ergo habet uires quibus hoc secretum possit mentis acie penetrare ut ei liquido appareat uel posse etiam patrem uel non posse nisi filium et spiritum sanctum per creaturam uisibilem humanis oculis apparere pergat in haec scrutanda, si potest, etiam uerbis enuntianda atque tractanda ; res tamen quantum ad hoc scripturae testimonium attinet ubi deus cum homine locutus est, quantum existimo, occulta est quia etiam utrum soleret Adam corporeis oculis deum uidere non euidenter apparet, cum praesertim magna sit quaestio cuiusmodi *oculi* eis *aperti* fuerint quando uetitum cibum gustauerunt ; hi enim antequam gustassent clausi erant. Illud tantum non temere dixerim si paradisum corporalem quendam locum illa scriptura insinuat, deambulare ibi deum nisi in aliqua corporea forma nullo modo potuisse. Nam et solas uoces factas quas audiret homo nec aliquam formam uideret dici potest ; nec quia scriptum est : *Abscondit se Adam a facie dei,* continuo sequitur ut soleret eius faciem uidere. Quid si enim non quidem uidere ipse poterat sed uideri ipse metuebat ab eo cuius *uocem* audierat et *deambulantis* praesentiam senserat ? Nam et Cain dixit deo : *A facie*

---

**33/34** Gen. 1, 3. **34** Gen. 1, 6-27. Ioh. 1, 3. **35** Gen. 3, 8 sqq. **43** Gen. 3, 8 sqq. **46** Gen. 3, 7. **46/47** Gen. 3, 6. **47** Gen. 3, 5. **48** Gen. 2, 8. **49** Gen. 3, 8. **51** Gen. 3, 8. **52/53** Gen. 3, *8. **55/56** Gen. 3, 8. **56/57** Gen. 4, *14.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J* ; **35** ad — **77** prohibet *def. K* ; *P T* (*I L M R V*).

---

**30** atque uisibilem *om. T* °se *om.* μ **31** substantiam (m *eras.*) *S* sua] *om. A*, suam (m *eras.*) *S* quae $A^a$ atque inuisibilis *om. S* $J^a$ **33** narratur *K* **34** iam] etiam *N O F J P* **36** eis] his *F* possent] e *superscr.* $B^2$, possint *A C J* **37** habet ergo *P* °uires] aures *I* **38** aciem (m *eras.*) *S* liquide *S* **39** et] uel etiam *J P* **41** si] *praem.* uel *T* res] *i. r.* $S^2$ **42** attinet] apparet *T* **44** quia] qui $S^a$, quin *P* **46** eis oculi *T* eis] ei/s *1 litt. eras. O*, eius *P* fuerint] n *s. l.* $T^1$ **47** gustasent *J* clausi] u *s. l.* $J^1$ **48** °tantum] tamen $I^a$ μ **50** °nisi] nonnisi *M* nullo] ullo *T* **52** uidere *N O F J* nec] sed *F* abscondidit (di *pr. eras.*) *C, P* **53** dei] domini *A* °faciem eius μ sequebatur *S* **54** Quid si] quasi *J* poterat ipse *S* **55** uidere $C^a$, (*corr. per ras.*) *S* ipse *om. T* **56** praesentiam] *add.* praesentia *T* **56/57** abscondam me a facie tua *P*

*tua abscondam me,* nec ideo fateri cogimur eum solere cernere faciem dei corporeis oculis in qualibet forma uisibili, quamuis de facinore suo uocem interrogantis secumque loquentis audisset.

Cuiusmodi autem loquela tunc deus exterioribus hominum auribus insonaret maxime ad primum hominem loquens, et inuenire difficile est et non hoc isto sermone suscepimus. PL 857 Verumtamen si solae uoces et sonitus fiebant quibus quaedam sensibilis praesentia dei primis illis hominibus praeberetur, cur ibi personam dei patris non intellegam nescio quandoquidem persona eius ostenditur et in ea uoce cum *Iesus in monte coram tribus discipulis praefulgens* apparuit et in illa ubi *super baptizatum columba descendit* et in illa ubi ad patrem de sua glorificatione clamauit eique responsum est : *Et clarificaui et iterum clarificabo* ; non quia fieri potuit uox sine opere filii et spiritus sancti (trinitas quippe inseparabiliter operatur), sed quia ea *uox facta est* quae solius personam patris ostenderet, sicut humanam illam formam *ex uirgine Maria* trinitas operata est sed solius filii persona est, uisibilem namque filii solius personam inuisibilis trinitas operata est. $\mu$ 783 Nec nos aliquid prohibet illas uoces factas *ad Adam* non solum a trinitate factas intellegere sed etiam personam demonstrantes eiusdem trinitatis accipere. Ibi enim cogimur non nisi patris accipere ubi dictum est : *Hic est filius meus dilectus* ; neque enim Iesus etiam spiritus sancti filius aut etiam suus filius credi aut intellegi potest. Et ubi sonuit : *Et clarificaui et*

---

**59/60** Gen. 4, 9 sqq. **62** Gen. 3, 8 sqq. **67** Matth. 17, 5 ; Marc. 9, 6 ; Luc. 9, 35. **67/68** Marc. 9, *1-2 ; Luc. 9, *28-29 ; Matth. 17, *1-2. **69** Luc. 3, *22 ; Matth. 3, 16-17 ; Marc. 1, 10-11 ; Ioh. 1, 32-33. **70** Ioh. 12, 27. **71** Ioh. 12, 28. **72/73** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **73/74** Luc. 3, 22 ; 9, 35 ; Marc. 1, 11 ; 9, *6 ; Matth. 3, *17 ; 17, *5. **74/75** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **77** Gen. 3, *8-9. **80** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, *11 ; 9, *6 ; Luc. 3, *22 ; 9, 35. **82/83** Ioh. 12, 28.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J* ; *usque ad* **77** prohibet *def. K* ; *P T* (*I L M R V*).

---

**57** fatiri $C^a$ eum] cum $T^a$ **59** secumque] se quocumque modo $C^2$ **61** loquillam $C^a$, loquella (l *alt. eras.*) *N O S*, loquellam (l *alt. eras.*) *T* **62** hominem *om.* $J^a$ **64** sonitu *J* **66** non *om.* $C^a$ intellegamus T **68** montem $C^a$ in *om.* *A* $B^a$ *C J* **69** ubi] quando *P* $\mu$ illo $A^a$ *C* ubi] quando *N O* **69/70** a patre *S* **70** glorificatione] *ita A B C*, clarificatione $A^2$ *cett. codd.* $\mu$ eique] que *i. r.* $N^2$, ei/que *1 litt. eras. S* **71** Et *pr. om. S F* **73** ea] haec *T* **76** solius filii *A B C* **77** uoces illas *S* **78** a *om.* *T* **80** dilectus *om.* $P^a$ **81** etiam] *add.* ille $S^2$ **81/82** filius suus *N*, *i. r.* $O^1$ ?, *S* **82** potest aut intelligi *T* sonauit *S*

*iterum clarificabo,* non nisi patris personam fatemur ; responsio quippe est ad illam domini uocem qua dixerat : *Pater, clarifica filium tuum,* quod non potuit dicere nisi deo patri tantum non et spiritui sancto cuius non est filius. Hic autem ubi scriptum est : *Et dixit dominus deus ad Adam,* cur non ipsa trinitas intellegatur, nihil dici potest.

[**19**] Similiter etiam quod scriptum est : *Et dixit dominus ad Abraham : Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui,* non est apertum utrum sola uox facta sit ad aures Abrahae an et oculis eius aliquid apparuerit. Paulo post autem aliquanto apertius dictum est : *Et uisus est dominus Abrahae et dixit illi : Semini tuo dabo terram hanc.* Sed nec ibi expressum est in qua specie *uisus ei* sit *dominus,* aut utrum pater an filius an spiritus sanctus *ei uisus* sit. Nisi forte ideo putant filium uisum esse Abrahae quia non scriptum est : '*Visus est ei* deus,' sed : *Visus est ei dominus* ; tamquam enim proprie uidetur filius dominus uocari dicente apostolo : *Nam et si sunt qui dicuntur dii siue in caelo siue in terra sicuti sunt dii multi et domini multi, sed nobis unus deus pater ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus Iesus Christus per quem omnia et nos per ipsum.* Sed cum et deus pater multis locis inueniatur dominus dictus sicut est illud : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu ; ego hodie genui te,* et illud : *Dixit dominus domino meo : Sede ad dexteram meam* ; cum etiam spiritus sanctus dominus dictus inueniatur ubi apostolus ait : *Dominus autem spiritus est,* et ne quisquam arbitraretur filium significatum et

---

**84/85** Ioh. 12, *28. **87** Gen. 3, *9. **89/91** Gen. 12, *1. **93/94** Gen. 12, *7. **95** Gen. 12, *7 ; 18, *1. **96** Gen. 12, *7 ; 18, *1. **97/98** Gen. 12, *7 ; 18, *1. **99/103** I Cor. 8, *5-6. **104/105** Ps. 2, 7. Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **105/106** Ps. 109, *1 ; Matth. 22, *44 ; Act. 2, *34. **106** Hebr. 1, *13. **107/108** II Cor. 3, 17 ; Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd.) ; 4, *24.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**86** est] erat *N O S J P* μ **87** Et *om. T* dominus *om. T* deus *om.* $A^a$ $B^a$ *C* **89** Similiter] *praem.* VIIII *A*, *praem.* VIII *B C* dominus] deus *A B C*, *i. r.* $N^2$ $O^3$, *F T* ; *add.* deus *J* **91** sit] est *S* **92** °aliquid oculis eius μ **93** °aliquantulum *M* Et *om. K* **94** illi] ei *N O J* **95** ei uisus sit *N O*, ei uisus est *S*, uisus est ei *J*, uisus sit ei *P* μ uisum $K^a$ **96** // ideo *2 litt. eras. C* **97** non *om.* $C^a$ **99** uocare $K^a$ **100** °dicantur *I* sicut *B N O* **101** et domini multi *om. T* domini] *i. r. et s. l.* $O^1$ sed nobis] *ita N O S*, nobis tamen *cett. codd.* μ quo/ *1 litt. eras. C* **103** et cum $A^a$ **104** °dictus dominus μ sicuti *A C F J P* μ **106** dexteram] dex *s. l.* $S^1$ etiam] enim *S*, et $S^2$ **108** et *pr.*] *eras. J*

ideo dictum spiritum propter incorpoream substantiam, secutus contexuit : *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas* ; spiritum PL 858 autem domini spiritum sanctum esse nemo dubitauerit. Neque hic ergo euidenter apparet utrum aliqua ex trinitate persona an deus ipse trinitas, de quo uno deo dictum est : *Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies, uisus* fuerit *Abrahae. Sub ilice* autem *Mambre* tres uiros uidit quibus et inuitatis hospitioque susceptis et epulantibus ministrauit. Sic tamen scriptura illam rem gestam narrare coepit ut non dicat : 'Visi sunt ei tres uiri,' sed : *Visus est ei dominus.* Atque inde consequenter exponens quomodo *ei* sit *uisus dominus* attexit narrationem de tribus uiris quos Abraham per pluralem numerum inuitat ut hospitio suscipiat ; et postea singulariter sicut unum alloquitur, et sicut unus ei de Sara filium pollicetur, quem dominum dicit scriptura sicut in eiusdem narrationis exordio : *Visus est,* inquit, *dominus Abrahae.* Inuitat ergo et pedes lauat et deducit abeuntes tamquam homines ; loquitur autem tamquam cum domino deo siue cum ei promittitur filius siue cum ei Sodomae imminens interitus indicatur.

XI. [XI **20**] Non paruam neque transitoriam considerationem μ 784
postulat iste scripturae locus. Si enim uir unus uisus fuisset,

---

**110/111** II Cor. 3, 17. **113** uide Symb. 'Quicumque,' 3. **114** Deut. 6, *13 ; 10, *20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8. **114/115** Gen. 12, *7 ; 18, *1. **115/116** Gen. 18, 1-8. **118** Gen. 18, *1. **119** Gen. 18, *1. **120/123** Gen. 18, 2-15. **124** Gen. 18, *1 ; 12, *7. **125/128** Gen. 18, 3 sqq.

XI. **2** Gen. 18, *1.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **112** Neque — **115** Abrahae *Maxent., p. 6, 22-25 ; Coll. Nou., p. 75, 12-14.* **112** Neque — **113** trinitas *Ioh., f. 97.*

---

**110** °spiritum] spiritus *I* **112** °Neque] nec *Ioh.* ergo] ego $S^a$ **113** °deus] dominus *Maxent.* °deus ipse trinitas] ipsa trinitas unus deus *Ioh.* ipsa *S P* trinitatis *Coll. Nou.* °uno deo *om. Maxent.* **114** °fuerit] est *Maxent.* **115** mambrae *C O P*, mambrę *N F T* quibus] *add.* ille *J* **116** inuitatis] unitatis *T* hospitio quibus *K* **117** scripturam $C^a$ illa $C^2$, istam *J* **119** uisus sit *N O S P* μ **121** hospitio] *add.* suo *i. mg.* $N^2$ **123** pollicitur $C^a$ /sicut *1 litt. eras. S* **125** labat $K^a$ **125/126** hominis $C^a$ **127** ei *pr.*] ei/ *1 litt. eras. O* °Sodomis μ inmines $N^a$ **128** indicatur] narratur *J.*

XI. *om. A B C* **2** istae *S P* unus] *add.* sit *eras. C*

iam illi qui dicunt et priusquam *de uirgine* nasceretur per suam substantiam uisibilem filium, quid aliud quam ipsum esse clamarent ? Quoniam 'De patre,' inquiunt, 'dictum est : *Inuisibili soli deo.*' Et tamen possem adhuc quaerere quomodo ante susceptam carnem *habitu* est *inuentus ut homo*, quandoquidem pedes ei loti sunt et humanis epulis epulatus est. Quomodo istud fieri poterat *cum* adhuc *in forma dei esset, non rapinam arbitratus esse aequalis deo* ? Numquid enim iam *semetipsum exinanierat formam serui accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inuentus ut homo*, cum hoc quando fecerit per partum uirginis nouerimus ? Quomodo igitur antequam hoc fecisset ut uir unus *apparuit Abrahae* ? An illa forma uera non erat ? Possem ista quaerere si unus uir apparuisset Abrahae idemque *dei filius* crederetur. Cum uero tres uisi sunt nec quisquam in eis uel forma uel aetate uel potestate maior ceteris dictus est, cur non hic accipiamus uisibiliter insinuatam per creaturam uisibilem trinitatis aequalitatem atque in tribus personis unam eandemque substantiam ?

[**21**] Nam ne quisquam putaret sic intimatum unum in tribus fuisse maiorem et eum dominum dei filium intellegendum, duos autem illos angelos eius quia cum tres uisi sint, uni domino illic loquitur Abraham, sancta scriptura futuris talibus cogitationibus atque opinionibus contradicendo non praetermisit occurrere quando paulo post duos angelos dicit uenisse ad Loth in quibus et ille uir iustus qui de Sodomorum incendio

---

**3** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **5/6** cf. II, IX, 41/42. **6** I Tim. 1, 17. **7** Phil. 2, *7. **8** Gen. 18, 3-5. **9/10** Phil. 2, *6. **11/12** Phil. 2, *7. **14** Gen. 18, *1. **15/16** Gen. 18, 1. **16** II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. **16/18** Gen. 18, 2.1. **18/19** uide Symb. 'Quicumque,' 24-25. **20** Symb. Nicaen., 10. **21/23** cf. II, XII, 3/4. **21/24** Gen. 18, 1 sqq. **26/28** Gen. 19, 1 sqq. **27** II Petr. 2, 7. **27/28** Gen. 19, 29.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**3** iam] et iam (*uel* etiam) *P T* **4** quam ipsum] *bis, alt. del C* **5** declaramarent *B* **6** possim $A^a$ *S*, possemus *J* **7/8** quando quedem $T^a$ **8** ei pedes *P* μ sint *K* **9** istuc *B C* $N^a$ $O^a$ dei forma *S* dei *om.* $N^a$ **10** non] *add.* et $S^2$ //esse *2 litt. eras. A*, *praem.* est *S T* aequalis] *add.* se *K* **11** exinaniarat $S^a$, exinaniuerat *P* similitudinem *A F T* **12** factus] c *s. l.* $K^1$ **15** possim $A^a$ $B^a$ *C S* uir unus *P* μ **16** filius dei *P* uero] ergo *T* tres] *add.* uiri *P* μ **17** sint (i *ex* u *per ras.*) *B*, *N* nec] ne $C^a$ uel *pr. om. S* **18** ceteris maior *J* hoc *T* accipimus *F* **19** inuisibilem *T* **21** ne *om.* $N^a$ **22** dominum] deum *T* °illos] alios μ **24** illic] illi/c *1 litt. eras. O* °talibus futuris *L* **26** dicit duos angelos *J* **27** qui de] quidem (m *eras.*) *C* incendi $C^a$

meruit liberari ad unum dominum loquitur. Sic enim sequitur scriptura dicens : *Abiit autem dominus postquam cessauit loquens ad Abraham, et Abraham reuersus est ad locum suum.* PL 859
[XII] *Venerunt autem duo angeli in Sodomis uespere.*

XII. Hic attentius considerandum est quod ostendere institui. Cum tribus certe loquebatur Abraham et eum dominum singulariter appellauit. 'Forte,' inquit aliquis, 'unum ex tribus agnoscebat dominum, alios autem duos angelos eius.' Quid sibi ergo uult quod consequenter dicit scriptura : *Abiit autem dominus postquam cessauit loquens ad Abraham, et Abraham reuersus est ad locum suum. Venerunt autem duo angeli in Sodomis uespere* ? An forte ille unus abscesserat qui dominus cognoscebatur in tribus, et duos angelos qui cum illo erant ad consumendam Sodoma miserat ? Ergo sequentia uideamus. *Venerunt,* inquit, *duo angeli in Sodomis uespere. Loth autem sedebat ad portam Sodomorum. Et cum uidisset eos Loth, surrexit in obuiam illis et adorauit in faciem super terram et dixit : Ecce, domini, diuertite in domum pueri uestri.* Hic manifestum est et duos angelos fuisse et in hospitium pluraliter inuitatos et honorifice appellatos dominos cum fortasse homines putarentur.

[**22**] Sed rursus mouet quia nisi angeli dei cognoscerentur, non adoraret Loth *in faciem super terram.* Cur ergo tamquam tali humanitate indigentibus et hospitium praebetur et

---

**29/30** Gen. 18, *33. **31** Gen. 19, *1.

XII. **2/3** Gen. 18, 2-3. **3/4** cf. II, XI, 21/23. **5/7** Gen. 18, *33. **7/8** Gen. 19, *1. **8/9** Gen. 18, 2-3. **9/10** Gen. 19, 1 sqq. **11/14** Gen. 19, *1-2. **15/17** Gen. 19, 1-2. **19** Gen. 19, *1. **20/21** Gen. 19, 2.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

---

**28** Sic] *praem.* XII *N, eras. O, P* sequitur] loquitur *A* $B^a$ *C P T* **29** cessabit $K^a$ **29/30** loquens] loqui $B^2$ *P* **30** ad *alt.*] in *F K* **31** Venerunt] *praem.* XII $O^3$ **31** in] *ita A K* $\mu$, *om. cett. codd.*

XII.] *ita S F K, om. cett. codd.* **1** instituit *S* **4** Quid] *praem.* XII *T* **5** sibi] ibi *S* cumsequenter *K* **6** cessabit $K^a$ loquens] loqui *i. r.* $B^2$ **7** suum *om.* $S^a$ Venerunt] ue///nerunt *3 litt. eras. K* in *om. F J P T* **9** cognoscebatur] agnoscebatur *A P* $\mu$ **10** consumenda *A B* $T^2$ $\mu$ miserat sodoma *N O* $\mu$ ergo// *2 litt. eras. P* **11** in *om. A F P T* **13** in *pr.*] *exp.* $C^2$ adorabit $K^a$ **15** et *pr. om. T* et *alt. om. K* in] *om. K*, ad $K^2$ hospitio *A B C P* **16** honorofice $K^a$ **18** rursum *A* $B^a$ *C S* $\mu$ **20** praeberetur $A^a$, (er *eras.*) *B, F P T*

uictus ? Sed quodlibet hic lateat, illud nunc quod suscepimus exsequamur. *Duo* apparent ; *angeli* ambo dicuntur ; pluraliter μ 785
inuitantur tamquam cum duobus pluraliter loquitur donec exeatur a Sodomis. Deinde sequitur scriptura et dicit : *Et factum est postquam eduxerunt eos foras et dixerunt : Saluans salua animam tuam ; ne respexeris retro neque stes in hac uniuersa regione ; in montem uade et ibi saluaberis ne forte comprehendaris. Dixit autem Loth ad eos : Rogo, domine, quoniam inuenit puer tuus ante te misericordiam,* et cetera. Quid est hoc : *Dixit ad eos : Rogo, domine,* si iam ille discesserat qui dominus erat et angelos miserat ? Cur dicitur, *Rogo, domine,* et non, '*Rogo,* domini' ? Aut si unum ex eis uoluit appellare, cur ait scriptura : *Dixit autem Loth ad eos : Rogo, domine, quoniam inuenit puer tuus ante te misericordiam* ? An et hic intellegimus in plurali numero personas duas, cum autem idem duo tamquam unus conpellantur, *unius substantiae unum dominum deum* ? Sed quas duas personas hic intellegimus ? Patris et filii, an patris et spiritus sancti, an filii et spiritus sancti ? Hoc forte congruentius quod ultimum dixi. Missos enim se dixerunt, quod de filio et de spiritu sancto dicimus. Nam patrem missum nusquam scripturarum nobis occurrit.

---

**22** Gen. 19, 1. **22/24** Gen. 19, 2 sqq. **24/29** Gen. 19, *17-19. **30** Gen. 19, *18. **31** Gen. 19, *18. **33/34** Gen. 19, *18-19. **36** Symb. Nicaen., 10. **37** Symb. Nicaen., 4.1. **40** Gen. 19, 13. Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **41/42** cf. II, VII, 1 sqq.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**21** suscipimus *C* **23** loquitur] agitur *T* **25** eduxerunt eos] eum eduxerunt *F* eduxerunt] unt *i. r.* $N^2$ eos] eum *i. r.* $N^2$, *P* et] *om. A P* μ, ei (i *ex* t *per ras.*) *B* **26** stes] //st// *4 litt. eras.* $N^a$ **27** saluaueris *K* forte] *add.* a fulgore $K^2$ **29** te *om.* $N^a$ **30** hoc] *add.* quod *A B* $C^2$ *P T* μ, *add.* quid *F*, autem hoc quod *i. r. et i. mg.* $N^2$ Rogo *om. P* iam *om.* $S^a$ discesserat] recesserat *P* **31** Cur] *add.* ergo $A^2$ *T* **32** uoluit] *praem.* ita *T* **34** puer tuus inuenit *A* **35** intellimus $S^a$ plurali] singulari *T* °duas personas μ **36** duo idem *C* °iidem μ duos $S^a$ conpellantur] appellantur *B*, *i. r. et s. l.* $O^3$, *F K* ; appellentur (e *alt. i. r.*) $N^2$ ; conpellatur (?) *O*, *S J T* **37** deum] *add.* sentimus *J* **39** diximus (mus *eras.*) *S* **40** de *alt. om. S T* **41** diximus *P* Nam] *praem.* XIII *N* numquam $B^a$ scripturarum] *praem.* noticia *F* **42** occurit] occurerit *K*, *add.* locus *S*.

XIII. [XIII **23**] Moyses autem quando *ad populum Israhel ex Aegypto educendum* missus est, sic ei dominum apparuisse scriptum est : *Pascebat*, inquit, *oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian, et egit oues in desertum et uenit in montem dei Choreb. Apparuit autem illi angelus domini in flamma ignis de rubo.* PL 860 *Et uidit quia in rubo arderet ignis, rubus uero non comburebatur. Et ait Moyses : Ibo et uidebo uisum istud quod tam magnum uidi quoniam non comburitur rubus. Cum ergo uidit dominus quia uenit uidere, clamauit eum dominus de rubo dicens : Ego sum deus patris tui, deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob.* Et hic primo *angelus domini* dictus est deinde *deus.*

Numquid ergo *angelus* est *deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob* ? Potest ergo recte intellegi ipse saluator de quo dicit apostolus : *Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. Qui* ergo *super omnia est deus benedictus in saecula* non absurde etiam hic ipse intellegitur *deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob.* Sed cur prius *angelus domini* dictus est cum *de rubo in flamma ignis apparuit* ? Vtrum quia unus ex multis angelis erat sed per dispensationem personam domini sui gerebat, an assumptum erat aliquid creaturae quod ad praesens negotium uisibiliter appareret et unde uoces sensibiliter ederentur quibus praesentia domini per subiectam creaturam corporeis etiam sensibus hominis sicut oportebat exhiberetur ? Si enim unus ex angelis erat, quis facile affirmare possit utrum ei filii persona nuntianda imposita fuerit an spiritus sancti an dei

---

XIII. **1/2** Ex. 3, *10. **3/9** Ex. 3, *1-4. **9/10** Ex. 3, *6. **11** Ex. 3, *2. Ex. 3, 6. **12** Ex. 3, *2. **12/13** Ex. 3, *6. **14/16** Rom. 9, *5. **17/18** Ex. 3, *6. **18/19** Ex. 3, *2.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **9** clamauit — **11** deus, **21** assumptum — **24** exhiberetur *Iob., f. 72v.*

---

XIII.] x *A*, VIIII *B C*, XII *J*, *om. N* **2** ducendum *S* **6** ardet *A C* $O^a$ *S*, ardebat *i. r.* $N^2$ **7** Et *pr. om. A C* istuc *C*, istum $C^2$ *S J T* **8** non *om.* $K^a$ comburetur $K^a$ **9** quia] qui $K^a$ eum] *praem.* ad $A^2$ $N^2$ $S^2$ *F*, moysen *Iob.* dominus *om. Iob.* **10** °et *pr. om. I L V Iob.* °et *alt. om. L V Iob.* **11** °primum *S R*, primus *Iob.* dictus est] dicitur esse *T* **14** et *om. S J* **15** deus *om.* $J^a$ **15/16** Qui *alt.* — saecula *om.* $N^a$ **16** est *om. F* absordae $C^a$ **20** sui gerebat] suggerebat *S* **21** °erat] est *Iob.* **22** °appare *Iob.* unde// *2 litt. eras. P* **23** praesenti $C^a$ **25** ei *om.* $N^a$ **26** nuntiandum *B*, nunciandam $C^a$, adnuntianda *K* posita $A^a$ $B^a$ *C* //fuerit *2 litt. eras. C*

patris an ipsius omnino trinitatis qui est *unus* et *solus deus*, ut diceret : *Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob* ? Neque enim possumus dicere deum Abraham et deum Isaac et deum Iacob filium dei esse et patrem non esse. Aut spiritum sanctum aut ipsam trinitatem quam *credimus* et intellegimus *unum deum* audebit aliquis negare deum Abraham et deum Isaac et deum Iacob ? Ille enim non est illorum patrum deus qui non est deus. Porro si non solum *pater deus* est sicut μ 786
omnes etiam haeretici concedunt, sed etiam *filius* quod uelint nolint coguntur fateri dicente apostolo : *Qui est super omnia deus benedictus in saecula, et spiritus sanctus* dicente ipso apostolo : *Clarificate ergo deum in corpore uestro* cum supra diceret : *Nescitis quia corpora uestra templum in uobis spiritus sancti est quem habetis a deo ?, et hi tres unus deus* sicut catholica sanitas credit, non satis elucet quam in trinitate personam, et utrum aliquam an ipsius trinitatis gerebat ille *angelus*, si unus ex ceteris angelis erat.

Si autem in usum rei praesentis assumpta creatura est quae humanis et oculis appareret et auribus insonaret et appellaretur et *angelus domini* et *dominus* et *deus*, non potest hic deus pater intellegi, sed aut filius aut spiritus sanctus, quamquam spiritum sanctum alicubi angelum dictum non recolam. Sed ex opere possit intellegi ; dictum enim de illo est : *Quae*

---

**27** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **28** Ex. 3, *6. **29/30** Ex. 3, *6. **31/32** uide Symb. 'Quicumque,' 3 ; Symb. Nicaen., 1. **31** Is. 7, *9. **32/33** Ex. 3, *6. **34/40** uide Symb. 'Quicumque,' 15-16 ; 1 Ioh. 5, 7. **35** uide Symb. 'Quicumque,' 15 ; Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1. **36/37** Rom. 9, 5. **38** 1 Cor. 6, *20. **39/40** 1 Cor. 6, *19. **40** 1 Ioh. 5, 7. uide Symb. 'Quicumque,' 16 ; libell. fid. (Clauis 552), 1 (CC 9, 129, 6/10). **42/43** Ex. 3, *2. **44/45** cf. III, 1, 35/36. **46** Ex. 3, *2. Ex. 3, 4. Ex. 3, 6. **49/50** Ioh. 16, 13.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

aliquando dictus sit missus si per illas species corporales quae oculis antiquorum apparuerunt ipse demonstrabatur. Si autem filius tunc demonstrabatur, cur tanto post missus diceretur *cum plenitudo temporis uenit* ut ex femina nasceretur, quandoquidem et antea mittebatur cum in illis formis corporaliter apparebat. Aut si non recte missus diceretur nisi cum *uerbum caro factum est,* cur spiritus sanctus missus legatur cuius incarnatio talis non facta est. Si uero per illas antiquas demonstrationes nec pater nec filius sed spiritus sanctus ostendeba-

---

**52** Ioh. 14, 26. Ioh. 15, 26 ; 16, 7. **52/53** *suscepimus* : II, v, 8 sqq. **53** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. Ioh. 1, 10. **53/54** Ioh. 16, *28 ; 3, *17. Ioh. 1, 11. **54** Ioh. 1, *10. **54/55** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7. **55** Ps. 138, 7-8. **55/57** Sap. 1, 7. **57/58** Gal. 4, 4. 1 Ioh. 4, 2. **58** Symb. Rom.-Mediol. III, 3. Ioh. 1, 18. **58/59** Phil. 2, 7. **66** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, *9-10 ; Luc. 3, *21-22 ; Ioh. 1, *32. **60/61** Act. 2, *1-4. **64** *quaesitum est* : II, vii, 1 sqq. **65/75** II, vi, 4/17. **65/66** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; 33, 9-23 ; 34, 5 sqq. ; e.a. **68** Gal. 4, *4. **70/71** Ioh. 1, 14. **71** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. : 52** quia — **57** uocis [*Theodulf., spir.* (*PL 105, 260*)].

---

**52** et ab illo *alt. om.* *A F* $J^a$ $P^a$ *T* **53** missus] sus *s. l.* $C^1$ quia] qui *N O S* **55** replebit *S K* **57** uoces *K* utrum] uerum *T* occulto] hoc culto $C^a$ **60** quia] qui *S* corporalis speciae $C^a$ linguis] *praem.* in *F* **61** eis] *praem.* etiam *exp.* *T* **61/62** mortalium] hominum *P* **62** corporea de] corpore ad *C*, corporea $C^2$ **66** demostrabatur *S* **67** tunc] tantum *T* demonstrabatur] *praem.* per illas species corporales quae antiquorum apparuerunt aspectibus *T* tantum $A^a$ *C* **69** ante amittebatur $T^a$ /mittebantur *1 litt. eras.* *C* **70** non *om.* $T^a$ missus recte *N J* **71** legitur *F* cui *N* **72/73** demonstrationis $C^a$ **73** sed] nec *K*

tur, cur etiam ipse nunc diceretur missus cum illis modis et antea mitteretur. Deinde subdiuisimus ut haec diligentissime tractarentur, et tripertitam fecimus quaestionem cuius una pars in secundo libro explicata est, duae sunt reliquae de quibus deinceps disserere aggrediar. Iam enim quaesitum atque tractatum est in illis antiquis corporalibus formis et uisis non tantummodo patrem nec tantummodo filium nec tantummodo spiritum sanctum apparuisse, sed aut indifferen- μ 795
ter dominum deum qui trinitas ipsa intellegitur aut quamlibet ex trinitate personam quam lectionis textus indiciis circumstantibus significaret.

I. [I **4**] Nunc ergo primum quaerimus quod sequitur. Nam secundo loco in illa distributione positum est utrum ad hoc opus tantummodo creatura formata sit in qua deus, sicut tunc oportuisse iudicauit, humanis ostenderetur aspectibus ; an angeli qui iam erant ita mittebantur ut ex persona dei loquerentur, assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui ; aut ipsum corpus suum cui non subduntur sed subditum regunt mutantes atque uertentes in species quas uellent accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attributam sibi a creatore potentiam. Qua parte quaestionis quantum dominus dederit pertractata postremo erit uidendum id quod institueramus inquirere, utrum filius et spiritus sanctus et antea mittebantur, et si ita est quid inter illam missionem et eam quam in euangelio

---

**74/75** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32.33 ; Act. 2, 1-4. **75/78** *subdiuisimus* : II, VII, 18 sqq. ; XVIII, 58 sqq.

I. **2/10** II, VII, 23/31. **8** *mutantes atque uertentes* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part., VII, 23 ; supra p. 98, 30 ; infra p. 271, 24. **12/18** II, VII, 31/37 ; cf. III, X, 201/212. **14/15** Is. 48, 16 ; Ioh. 10, 36 ; Gal. 4, 4. Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V)*.
**Test.** : **78** Iam — **84** significaret *Coll. Nou., p. 75, 26-30.*

---

**74** nunc ipse *N O S* **75** ante amitteretur $C^{a}$ **77** reliquiae (i *alt. eras.*) *S* **78** aggrediar] proposuimus *P* enim] *add.* ibi $S^{2}$ **79** tractum $T^{a}$ corcporalibus (c *alt. exp.*) *T* **80** tantummodo *pr.*] tanto modo $C^{a}$ patrem — tantummodo *alt. om. Coll. Nou.* **83/84** circumstantibus] stantibus $P^{a}$ **84** significant] *add.* Explicit proemium. Incipit liber tertius, id est utrum cum deus hominibus uisus est ipse per assumptam creaturae speciem apparuerit, an uero angeli ex persona ipsius sint locuti *F*.

I. *om. A C T* **1** queremus $O^{a}$ $S^{a}$, queramus *F* μ Nam] *add.* et *T* **7** misterii $C^{a}$ aut] uel *T* **8** regunt] gerunt $A^{a}$ **11** °quaestionis parte μ **12** °uidendum erit μ **13** ante amittebantur $C^{a}$ **14** quid] quod $S^{a}$ illum *P*

legimus distet ; an missus non sit aliquis eorum nisi cum uel filius factus est *ex Maria uirgine* uel cum spiritus sanctus uisibili specie siue in columba siue in igneis linguis apparuit.

[5] Sed fateor excedere uires intentionis meae utrum angeli manente spiritali sui corporis qualitate per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus quod sibi coaptatum quasi aliquam uestem mutent et uertant in quaslibet species corporales etiam ipsas ueras sicut *aqua* uera *in* uerum *uinum conuersa est* a domino, an ipsa propria corpora sua transforment in quod uoluerint accommodate ad id quod agunt. Sed quodlibet horum sit ad praesentem quaestionem non pertinet. Et quamuis haec quoniam homo sum nullo experimento possim comprehendere sicut PL 871
angeli qui haec agunt, et magis ea norunt quam ego noui quatenus mutetur corpus meum in affectu uoluntatis meae siue quod in me siue quod ex aliis expertus sum ; quid horum tamen ex diuinarum scripturarum auctoritatibus credam nunc non opus est dicere ne cogar probare et fiat sermo longior de re qua non indiget praesens quaestio.

[6] Illud nunc uidendum est utrum angeli tunc agebant et illas corporum species apparentes oculis hominum et illas uoces auribus insonantes cum ipsa sensibilis creatura ad nutum seruiens conditoris in quod opus erat pro tempore uertebatur sicut in libro sapientiae scriptum est : *Creatura enim tibi factori deseruiens extenditur in tormentum aduersus iniustos, et lenior fit ad benefaciendum his qui in te confidunt. Propter*

---

**16** Gal. 4, 4 ; Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **16/17** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 10 ; Luc. 3, 22 ; Ioh. 1, 32. **17** Act. 2, 3. **21/22** *mutent et uertant* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part., VII, 23. **23** Ioh. 2, *9. **35/36** cf. II, XIII, 44/45. **36/37** Sap. 16, *24. **38/42** Sap. 16, *24-25.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**15** non sit missus *S* **18** Sed] *praem.* III *A* excidere $K^a$ angele $T^a$ **19** spiritale $A^a$ **20** operantis $C^a$ elementes $T^a$ **20/21** corpolentioribus *S* **21** coaptatum] ta *s. l.* $J^1$ **22** uertent $C^a$ $T^2$ **24** sua] *praem.* et *O S* **24/25** accommodata $A^2$ *F J* **26** pertinent (n *alt. exp.*) *N* Et *om. S* **28** ea] ista *P* **29** quatinus *F* affectu] *ita K* μ, effectum *A*, affectum $A^2$ *cett. codd.* **30** sim *N O* **33** quam *N O* $S^a$ **34** Illud nunc] *praem.* IV *A*, *praem.* III *C* ; nunc illud *A C T* nunc] *praem.* etiam *F* et *om. C* **35** illa $C^a$ corporum] corpor/um *1 litt. eras. J* **36** °insonantes auribus μ sensibiliter $A^a$ *C* **37** conditores $C^a$, conditori *T* μ quod] *praem.* id $N^2$ *P* **39** aduersum *A* μ **40** leuior $T^a$ bene dicendum *T* °his] iis μ

*hoc et tunc in omnia se transfigurans omnium nutrici gratiae tuae deseruiebat ad uoluntatem horum quia te desiderabant.* Peruenit enim potentia uoluntatis dei per creaturam spiritalem usque ad effectus uisibiles atque sensibiles creaturae corporalis. *Vbi* enim non operatur quod *uult dei* omnipotentis *sapientia* quae *pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter ?*

II. [II **7**] Sed alius est ordo naturalis in conuersione et mutabilitate corporum qui quamuis etiam ipse *ad nutum* dei μ 796 seruiat perseuerantia tamen consuetudinis amisit admirationem, sicuti sunt quae uel breuissimis uel certe non longis interuallis temporum caelo, terra, marique mutantur siue nascentibus siue occidentibus rebus siue alias aliter atque aliter apparentibus ; alia uero quamuis ex ipso ordine uenientia tamen propter longiora interualla temporum minus usitata, quae licet multi stupeant ab inquisitoribus huius saeculi comprehensa sunt et progressu generationum quo saepius repetita et a pluribus cognita eo minus mira sunt, sicuti sunt defectus luminarium et raro exsistentes quaedam species siderum et terrae motus et monstrosi partus animantium et quaeque similia, quorum nihil fit nisi dei uoluntate sed plerisque non apparet. Itaque licuit uanitati philosophorum etiam causis aliis ea tribuere uel ueris sed proximis, cum omnino uidere non possent superiorem ceteris omnibus causam, id est uoluntatem dei, uel falsis et ne ab ipsa quidem peruestigatione cor-

---

**45** Ioh. 3, 8. **45/46** I Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, 3-4. **46/47** Sap. 8, *1.

II. **1/2** *in conuersione et mutabilitate* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part., VII, 23. **2** Iob 26, 11. **2/3** Sap. 16, 24.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**42** horum] hominum *J* quia] *ita N*, (a *eras.*) *O*, *K* ; qui $K^{2}$ *cett. codd.* μ **44** effectus] affectus *N* $O^{a}$ *F* **45** dei *om. S* **46** pertingit $K^{2}$.

II. *om. A C* **1** aliud *T* conuersionem *C* **1/2** mutabilitatem *C* **4** sicut *T* breuissimis — longis *om.* $N^{a}$ **7** apprentibus *T* **10** generationum] gnātīonū $K^{2}$ quae *K* **11** a *om. K* cognita eo minus] cognite ominus $C^{a}$ recognita *F*, cognota $T^{a}$ **13** monstrosi] *ita C N O S K*, monstruosi $N^{2}$ $O^{3}$ $S^{2}$ $K^{2}$ *cett. codd.* μ **13/14** °quaecumque μ **14** °uoluntate dei μ **15** uanitate $C^{a}$ philosophorum] philosopho/rum *1 litt. eras. S* **16** ea *om.* $K^{a}$ ueris] *praem.* non $S^{2}$ **18** ne] nec $K^{2}$ peruestigationem *C J*

poralium rerum atque motionum sed a sua suspicione et errore prolatis.

[8] Dicam si potero quiddam exempli gratia quo haec apertiora sint. Est certe in corpore humano quaedam moles carnis et formae species et ordo distinctioque membrorum et temperatio ualetudinis. Hoc corpus inspirata anima regit eademque rationalis, et ideo quamuis mutabilis tamen quae possit illius incommutabilis sapientiae particeps esse ut sit *participatio eius in idipsum,* sicut in psalmo scriptum est de PL 872 omnibus sanctis ex quibus tamquam lapidibus uiuis *aedificatur* illa *Hierusalem* mater nostra aeterna in caelis. Ita enim canitur : *Hierusalem quae aedificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Idipsum* quippe hoc loco illud summum et incommutabile bonum intellegitur quod deus est atque sapientia uoluntasque ipsius, cui cantatur alio loco : *Mutabis ea et mutabuntur ; tu autem idem ipse es.*

III. [III] Constituamus ergo animo talem sapientem cuius anima rationalis iam sit particeps incommutabilis aeternaeque ueritatis quam de omnibus suis actionibus consulat, nec aliquid omnino faciat quod non in ea cognouerit esse faciendum ut ei subditus eique obtemperans recte faciat. Iste si consulta summa ratione diuinae iustitiae quam in secreto audiret aure cordis sui eaque sibi iubente in aliquo officio misericordiae corpus labore fatigaret aegritudinemque contraheret, consultisque medicis ab alio diceretur causam morbi esse corporis siccitatem, ab alio autem humoris immoderationem ;

---

**27** Ps. 121, 3. **28/29** 1 Petr. 2, 5 ; Eph. 4, 12. Ps. 121, 3. **29** Hebr. 12, 22. **30/31** Ps. 121, 3. **31/32** Cic., fin. bon. mal. III, 1, 2 ; e.a. ; Aug., c. acad. III, XII, 27 (Strom. patr. et med. II, 61, 15/16) ; cf. Aug., serm. dom. in monte I, 3, 10 ; retr. I, 1, 9. **33/34** Ps. 101, *27-28.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**22** Est] *praem.* IV *C* **25** rationales *C*[a] quamuis] *add.* sit *F* **26** incommutabili *K*[a] **27** ipsum *T* psalmis *S* scriptum] dictum *F* **30** canitur] *add.* in psalmo *F* **30/31** paticipatio *K*[a] **31** Idipsum *alt.*] *praem.* in *K* **32** incommutabilem (m *tert. eras.*) *K* est] *s. l.* *J*[1] **33** cantator *C*[a], canitur *J* **34** °autem] uero *μ*.

III.] V *A*, *om.* *C T*, IV *J* **1** animo *om.* *T* **3** actionibus suis *T* nec] ne *N O J* **4** in] *s. l.* *P*[1] cognouerint (n *alt. exp.*) *J* **5** ei] eis (s *eras.*) *O* faciat] *praem.* cuncta *J* **6** summa *om.* *J* diuinae] e *eras.* *O* **7** audierit *C* aure] au/re *1 litt. eras.* *C*, aurem (m *eras.*) *K* ea quae (a *alt. eras.*) *K* iubente] *add.* ut *S*[2] **8** egretudinemue *K*[a]

unus eorum ueram causam diceret, alter erraret, uterque tamen de proximis causis, id est corporalibus pronuntiaret. At si illius siccitatis causa quaereretur et inueniretur uoluntarius labor, iam uentum esset ad superiorem causam quae ab anima proficisceretur ad afficiendum corpus quod regit ; sed nec ipsa prima esset. Illa enim procul dubio superior erat in ipsa incommutabili sapientia cui hominis sapientis anima in caritate seruiens et ineffabiliter iubenti obediens uoluntarium laborem susceperat. Ita non nisi dei uoluntas causa prima illius aegritudinis ueracissime reperiretur.

Iam uero si in labore officioso et pio adhibuisset ille sapiens μ 797
ministros conlaborantes secum in opere bono, nec tamen eadem uoluntate deo seruientes sed ad carnalium cupiditatum suarum mercedem peruenire cupientes uel incommoda carnalia deuitantes ; adhibuisset etiam iumenta si hoc exigeret illius operis implendi procuratio, quae utique iumenta irrationalia essent animantia nec ideo mouerent membra sub sarcinis quod aliquid de illo bono opere cogitarent sed naturali appetitu suae uoluptatis et deuitatione molestiae ; postremo adhibuisset ipsa etiam corpora omni sensu carentia quae illi operi essent necessaria, frumentum scilicet, uinum, oleum, uestem, nummum, codicem, et si qua huiusmodi. In his certe omnibus in illo opere uersantibus corporibus siue animatis siue inanimis quaecumque mouerentur, attererentur, repararentur, exterminarentur, reformarentur, alio atque alio modo locis et temporibus affecta mutarentur — num alia esset istorum omnium uisibilium et mutabilium factorum causa nisi illa inuisibilis et incommutabilis uoluntas dei per animam iustam sicut sedem sapientiae cunctis utens et malis et irra-

III. **23** Sap. 16, 24.

**Codd.** : *A C* ; *def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**12** causis] rebus *P* pronuntiarent *K* **13** At] ac *K* inueneretur $C^{a}$ **15** animo $A^{2}$ efficiendum *T* **17** commutabili $P^{a}$ **19** susciperat *N* Ita] *praem.* et $S^{2}$ **19/20** uoluntas dei *P* **21** si *om. T* **23/24** cupiditatum] uoluntatum *N O*, uoluptatum *P* **26/27** inrationabilia *A* $N^{a}$, (bi *eras.*) *O*, *J K P T* **27** ideo mouerent] id commouerat *K* **29** uoluntatis *S J T* **30** °etiam ipsa *μ* etiam] *praem.* ita *K* **31** uinum] *praem.* et *A C F μ* oleum] *praem.* et *A J T μ* **32** qua] *add.* sunt *F* **34** inanimatis *A* $O^{3}$ *F J* $K^{2}$ *P μ* attrentur $P^{a}$ **36** affectata $A^{a}$ num] ñ *J*, nam *K* alia] *praem.* non $K^{2}$ **37** /mutabilium *1 litt. eras. C* **39** et *alt. om. C* **39/40** inrationabilibus *C* $O^{3}$ *F J* $K^{2}$ *P*

tionalibus animis et postremo corporibus, siue quae illis inspirarentur et animarentur siue omni sensu carentibus, cum primitus uteretur ipsa bona anima et sancta quam sibi ad pium et religiosum obsequium subdidisset ? PL 873

[**9**] Quod ergo de uno sapiente quamuis adhuc corpus mortale gestante, quamuis *ex parte* uidente, posuimus exempli gratia, hoc de aliqua domo ubi aliquorum talium societas est, hoc de ciuitate uel etiam de orbe terrarum licet cogitare si penes sapientes sancteque ac perfecte deo subditos sit principatus et regimen *rerum humanarum*.

IV. [IV] Sed hoc quia nondum est (oportet enim nos in hac peregrinatione prius mortaliter exerceri et per uires mansuetudinis et patientiae in flagellis erudiri), illam ipsam supernam atque caelestem unde peregrinamur patriam cogitemus. Illic enim dei uoluntas *qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem ardentem*, in spiritibus summa pace atque amicitia copulatis et in unam uoluntatem quodam spiritali caritatis igne conflatis tamquam in excelsa et sancta et secreta sede praesidens uelut in domo sua et in templo suo. Inde se quibusdam ordinatissimis creaturae motibus primo spiritalibus deinde corporalibus per cuncta diffundit et utitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententiae suae, siue incorporeis siue corporeis rebus, siue rationalibus siue irrationalibus spiritibus, siue bonis per eius gratiam siue malis per propriam uoluntatem.

Sed quemadmodum corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia

---

**44/45** II Cor. 5, 6. **45** I Cor. 13, 12. **49** uetus stoica definitio ; cf. Chrysipp., fragm. 35 (ed. v. Arnim, "Stoic. uet. fragm.") ; Cic., fin. bon. mal. II, XII, 37 ; off. I, XLIII, 153 ; II, II, 5 ; tusc. IV, XXVI, 57 ; V, III, 7 ; de or. I, XLIX, 212 ; e.a. ; infra, XIV, I, 49.

IV. **1/2** II Cor. 5, 6. **5/6** Hebr. 1, *7 ; Ps. 103, *4.

---

**Codd. :** *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** IV. **16** Sed — **17** omnia [*excerpt., f. 1v*].

---

**40/41** spirarentur *K* **41** et animarentur *om. S* **42** uteretur] utere/tur *1 litt. eras. S* ad] et *P* **43** relegiosum *Ka* **44** ergo] enim *J* **44/45** °mortale corpus *μ* **46** aliquorum] aliquarum *T* **48** subditas *S*, subditus *J* **49** regimen] n *s. l. S1*.

IV. *om. A C T* **1** in hac *om. N* **2/3** mansuetudines *Oa* **3** in *om. P* illam] *praem.* ut *A P*, *praem.* IV *T* **5** quae *F* **6** ardentem ignem *J* °ardentem] flagrantem *μ* spiritalibus *K* **9** Inde] *praem.* et *F* **11** diffundit] n *s. l. C1* **13** siue corporeis *om. S* rationabilibus *C*, (bi *eras.*) *O*, *S F P* inrationabilibus *C S F P*

corpora per spiritum uitae, et spiritus uitae irrationalis per spiritum uitae rationalem, et spiritus uitae rationalis desertor atque peccator per spiritum uitae rationalem pium et iustum, et ille per ipsum deum, ac sic uniuersa creatura per creatorem suum *ex quo* et *per quem* et *in quo* etiam condita atque instituta est ; ac per hoc uoluntas dei est prima et summa causa omnium corporalium specierum atque motionum. Nihil enim fit uisibiliter et sensibiliter quod non de interiore inuisibili μ 798
atque intellegibili aula summi imperatoris aut iubeatur aut permittatur secundum ineffabilem iustitiam praemiorum atque poenarum, gratiarum et retributionum, in ista totius creaturae amplissima quadam immensaque republica.

[**10**] Si ergo apostolus Paulus quamuis adhuc portaret sarcinam corporis *quod corrumpitur* et *aggrauat animam,* quamuis adhuc *ex parte* atque *in aenigmate* uideret, *optans dissolui et esse cum Christo* et *in semetipso ingemiscens, adoptionem exspectans redemptionem corporis sui,* potuit tamen significando praedicare dominum Iesum Christum, aliter per linguam suam, aliter per epistulam, aliter per sacramentum corporis et sanguinis eius ; nec linguam quippe eius PL 874
nec membranas et atramentum nec significantes sonos lingua editos nec signa litterarum conscripta pelliculis corpus Christi et sanguinem dicimus, sed illud tantum quod ex fructibus terrae acceptum et prece mystica consecratum rite sumimus ad salutem spiritalem in memoriam pro nobis dominicae passionis, quod cum per manus hominum ad illam uisibilem speciem perducatur non sanctificatur ut sit tam magnum sacramentum nisi operante inuisibiliter spiritu dei, cum haec omnia quae per corporales motus in illo opere fiunt deus operetur mouens primitus inuisibilia ministrorum siue animas

---

**22/23** Rom. 11, 36. Col. 1, 16. **31** Sap. 9, 15. **32** 1 Cor. 13, 12. **32/33** Phil. 1, *23. **33/34** Rom. 8, *23. **35** 1 Cor. 1, 23. **42/43** Luc. 22, 19 ; 1 Cor. 11, 24.25.

---

**Codd.** : *A C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **18** corpora — **29** republica [*excerpt., f. 1v-2*]. **23** uoluntas — **29** republica *Prosp., sent.* LVIII (*PL 51, 436*).

---

**18/19** et — uitae *om. T* **20** et *om.* $O^a$ **23** est *om. P* causa] *add.* est *P* **24** °specierum atque] spiritualiumque *Prosp.* **25** °non] *add.* est *Prosp. c* °interiore *om. Prosp.* **26** intellegibile *C* °summi imperatoris aula *Prosp.* **28** °et] atque *Prosp. j* **30** Si] *praem.* VI *A*, sic *J* **35** dominum] *add.* nostrum *T* **38** et] sed *A*, nec $A^2$ *S P T μ* linguae $A^a$ *K* **41** acceptum] *add.* et praeceptum *exp. A, C* rite] te *C*, *om.* $C^2$ summimus $C^a$ **43** quod cum] quodam *C* **44** tam *om. T* **45** inuisibili *A C*, uisibiliter $S^a$ **46** per *om.* $K^a$ corporalis $K^a$ **47** inuisibilium $K^2$

hominum siue occultorum spirituum sibi subditas seruitutes ; quid mirum si etiam in creatura caeli et terrae, maris et aeris, facit deus quae uult sensibilia atque uisibilia ad se ipsum in eis sicut oportere ipse nouit significandum et demonstrandum, non ipsa sua qua est apparente substantia quae omnino incommutabiliis est omnibusque spiritibus quos creauit interius secretiusque sublimior ?

v. [V **11**] Vi enim diuina totam spiritalem corporalemque administrante creaturam omnium annorum certis diebus aduocantur aquae maris et effunduntur super faciem terrae. Sed cum hoc orante sancto Helia factum est quia praecesserat tam continua et tam longa serenitas ut fame deficerent homines, nec ea hora qua ille dei seruus orauit aer ipse aliqua humida facie mox futurae pluuiae signa praetulerat, consecutis tantis et tam uelociter imbribus apparuit uis diuina quibus illud dispensabatur dabaturque miraculum. Ita deus operatur solemnia fulgura atque tonitrua. Sed quia in monte Sina inusitato modo fiebant uocesque illae non strepitu confuso edebantur sed eis quaedam signa dari certissimis indiciis apparebat, miracula erant.

Quis attrahit humorem per radicem uitis ad botrum et uinum facit nisi deus qui et homine plantante et rigante *incrementum dat* ? Sed cum ad nutum domini *aqua in uinum* inusitata celeritate *conuersa est*, etiam stultis fatentibus uis diuina declarata est. Quis arbusta fronde ac flore solemniter uestit nisi deus ? Verum cum floruit uirga sacerdotis Aaron,

---

v. **4** III Reg. 18, 41-45. **4/6** III Reg. 17, 1 - 18, 2. **6/7** III Reg. 18, 43. **8** III Reg. 18, 45. **10/13** Ex. 19, 16-19 ; 20, 18. **15/16** I Cor. 3, 7. **16/17** Ioh. 2, *9. **19** Num. 17, 8.

---

**Codd. :** *A C ; def. B N O S F J K P T (I L M R V).*
**Test. :** v. **14** Quis — **19** Aaron *Eug., p. 763, 8-13.*

---

**48** sibi] *praem.* siue *F*, *praem.* serui *del. P*, *praem.* seruitutes *del. P*[2], *om. T*[a] **52** °qua] quae *M R* omnino] omnibus *A*[a] **53** quo *K*[a].

v. *om. A C N* **1** corporalem quae (a *alt. eras.*) *S* **4** hoc *om. T* **5** tam] iam *C* °deficerent fame *μ* **6** qua] quia (i *eras.*) *S* ipsa *A*[a] **8** apparuit *om. P*[a] **9** dabatur dispensabaturque *A μ* Ita] itaque *A C T* **10** thonitrua *K* **11** modo] more *T* uocesque] *add.* que *exp. del. A* **12** eis] *praem.* ex *P* **12/13** apparebant *A*[a] *S*[a] **17** inusitate *A*[a] conuersa] conuer//sa *2 litt. eras. A* fatentes *S*[a] **18** fronde] n *s. l. C*[1] **18/19** °uestit solemniter *μ* **18** sollemniter *S* **19** floruit] floru//it *2 litt. eras. O* sacerdotis] cer *s. l. C*[1]

conlocuta est quodam modo cum dubitante humanitate diuinitas. Et lignis certe omnibus et omnium animalium carnibus gignendis atque formandis communis est terrena materies, et quis ea facit nisi qui dixit ut haec terra produceret et in eodem uerbo suo quae creauit regit atque agit ? Sed cum μ 799 eandem materiam ex uirga Moysi in carnem serpentis proxime ac uelociter uertit, miraculum fuit, rei quidem mutabilis sed tamen inusitata mutatio. Quis autem animat quaeque uiua nascentia nisi qui et illum serpentem ad horam sicut opus fuerat animauit ?

VI. [VI] Et quis reddidit cadaueribus animas suas cum resurgerent mortui nisi qui animat carnes in uteris matrum ut orian- PL 875 tur morituri ? Sed cum fiunt illa continuato quasi quodam fluuio labentium manantiumque rerum et ex occulto in promptum atque ex prompto in occultum usitato itinere transeuntium, naturalia dicuntur ; cum uero admonendis hominibus inusitata mutabilitate ingeruntur, magnalia nominantur.

VII. [VII **12**] Hic uideo quid infirmae cogitationi possit occurrere, cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam et *magi pharaonis similiter* serpentes *fecerunt* et alia similia. Sed illud amplius est admirandum quomodo mago-

---

**23** Gen. 1, 24. **25/26** Ex. 4, 3.

VI. **1** Ez. 37, 5.9-10. **1/2** 1 Cor. 15, 52.

VII. **3/4** Ex. 7, *11-12 sqq.

---

**Codd.** : *A C ; def. B N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **20** conlocuta — **29** animauit *Eug., p. 763, 14-764, 3.*

VI. **1** Et — **7/8** nominantur *Eug., p. 764, 4-10.*

VII. **1** Hic — **4/5** magorum *Eug., p. 90, 23-26.*

---

**21** lignis] linguis $C^a$ omnium] omnibus *A C S K* **22** communi $S^a$ terrena] *praem.* et *exp. A* **23** et *pr.*] ut $A^a$, *praem.* v *N* **25** materiam] *ita A C P Eug.* (*G P*) μ, materiem *cett. codd.* **26** miraculum] *praem.* in $A^1$.

VI. *om. A C N K T* **2** qui] quia (a *eras.*) *S* **3** morituri] *add.* similiter et de communi materia quae in causis mundialibus consistit subito ad tempus arietem et columbam constituit, quibus unus uigor carneus et in tempore et ex tempore accessionis et recessionis non dispar sed inusitatus apparuit *A* fiunt] fi/unt *1 litt. eras. C* **4** °et *om. Eug.* (*G v*) **5** prompto] promptu *A* $N^2$ usitato] usit/ato *1 litt. eras. C*, *praem.* et *T* **6** transeunt *T*.

VII.] VI *C K T* **4** est amplius *P*

rum illa potentia quae serpentes facere potuit ubi ad muscas minutissimas uentum est omnino defecit. Scinifes enim musculae sunt breuissimae qua tertia plaga superbus aegypt$^{i}$us populus caedebatur. Ibi certe deficientes magi dixerunt : *Digitus dei est hoc.* Vnde intellegi datur ne ipsos quidem transgressores angelos et aerias potestates in imam istam caliginem tamquam in sui generis carcerem ab illius sublimis aetheriae puritatis habitatione detrusas, per quas magicae artes possunt quidquid possunt, ualere aliquid *nisi data desuper potestate.* Datur autem uel ad fallendos fallaces sicut in aegyptios et in ipsos etiam magos data est ut in eorum spirituum seductione uiderentur admirandi a quibus fiebant, a dei ueritate damnandi ; uel ad admonendos fideles ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis scripturae auctoritate sunt prodita ; uel ad exercendam, probandam manifestandamque iustorum patientiam. Neque enim parua uisibilium miraculorum potentia Iob cuncta quae habebat amisit et filios et ipsam corporis sanitatem.

[VIII **13**] Nec ideo putandum est istis transgressoribus angelis *ad nutum* seruire hanc uisibilium rerum materiam, sed deo potius a quo haec potestas datur quantum in sublimi et spiritali sede incommutabilis iudicat. Nam et damnatis iniquis etiam in metallo seruit aqua et ignis et terra ut faciant inde quod uolunt, sed quantum sinitur. Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt quia per illos magi resistentes

---

**5** Ex. 7, 12. **5/8** Ex. 8, 18. **9** Ex. 8, *19. **9/12** II Petr. 2, 4 ; Iudae 6. **13** Ioh. 19, *11. **21/22** Iob 1, 13 - 2, 7. **24** Iob 26, 11. **29/30** Ex. 7, 11-12 ; 8, 7.

---

**Codd. : 9** (ip)sos — VIII, **67** rerum *def. A ; C ; def. B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 5** illa — **29** resistentes *Eug., p. 90, 26-91, 24.* **6** Scinifes — **8** caedebatur [*Isid., orig., XII,* VIII, *14*]. **8** deficientes — **20** patientiam, **28** Nec — **29** resistentes *Ioh., f. 77*$^{v}$.

---

**6/7** muscae *T* **7** qua] qu/a *1 litt. eras. K* **7/8** °populus aegyptiorum *μ* **7** aegyptius] *ita N O F Eug.* (*D G P T v*), aegyptiorum *cett. codd.* **8** Ibi] ubi *T* deficientes] s *s. l.* $P^{1}$ **9** hic $N^{2}$ $K^{2}$ °Vnde] *add.* et *Eug. D* $G^{a}$ *P T v* °ne] nec *L Ioh.* **10** °et aerias] aerias *I*, et aeherias *L*, et aeries *R*, et aeharias *Ioh.*, et aetherias $L^{1}$, aetherias *Eug.* (*D G P T v*) °imam] animam *Ioh.* **12** °detruas *Ioh.* artis $C^{a}$ **13** °uale *Ioh.* **14** °falendos $C^{a}$, flendos *Ioh.* °etiam *om. Ioh.* **17** ad admonendos] *ita A N O* $J^{1}$ *Eug. T μ*, ad ammonandos *J*, ad commonendos *F*, ad monendos *cett. codd. Eug. D G P v Ioh.* **18** °desiderent] desiderarent *S*, deside//rent *2 litt. eras. V*, desiderint *Ioh.* **19** °auctoritatem *Ioh.* uel] uelut *J* **20** manifestandam (que *om.*) *C T Ioh.* **21** °habuit *Eug.* (*D G P T v*) **22** °sanitatem] *add.* quidquid angeli transgressores mali faciunt non ipse seruit ad nutum creatura corporalis sed deo a quo datur potestas *J* **23** Nec] *praem.* VII *J* **25** deo *om.* $T^{a}$ datur] *praem.* tantum $S^{2}$ **27** iniquis] *praem.* et $K^{2}$ seruit] serui/unt *1 litt. eras. C*, seruiunt *P T* **29** mali] magi *S* **29/30** per — dei *om. Ioh.* **29** quia] *s. l.* $T^{1}$, quasi $S^{2}$

famulo dei ranas et serpentes fecerunt ; non enim eas ipsi creauerunt. Omnium quippe rerum quae corporaliter uisibiliterque nascuntur occulta quaedam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent. Alia sunt enim haec iam conspicua oculis nostris ex fructibus et animantibus ; alia uero illa occulta istorum seminum semina unde iubente creatore produxit aqua prima natatilia et uolatilia, terra autem prima germina et prima sui generis animalia. Neque enim tunc μ 800 in huiuscemodi fetus ita producta sunt ut in eis quae producta PL 876 sunt uis illa consumpta sit, sed plerumque desunt congruae temperamentorum occasiones quibus erumpant et species suas peragant.

Ecce enim breuissimus surculus semen est ; nam conuenienter mandatus terrae arborem facit. Huius autem surculi subtilius semen aliquod eiusdem generis granum est et huc usque nobis uisibile. Iam uero huius etiam grani semen quamuis oculis uidere nequeamus, ratione tamen conicere possumus quia nisi talis aliqua uis esset in istis elementis, non plerumque nascerentur ex terra quae ibi seminata non essent, nec animalia tam multa nulla marium feminarumque commixtione praecedente siue in terra siue in aqua, quae tamen crescunt et coeundo alia pariunt, cum illa nullis coeuntibus parentibus orta sint. Et certe apes semina filiorum non coeundo concipiunt sed tamquam sparsa per terras ore colligunt. *Inuisibilium* enim seminum *creator* ipse *creator* est *omnium rerum* quoniam quaecumque nascendo ad oculos nostros exeunt ex occultis seminibus accipiunt progrediendi

---

**35/36** Gen. 1, 20-21. **36/37** Gen. 1, 24-25. **42/48** Gen. 1, 11-12. **52/54** Verg., georg. IV, 201-204. **54** Symb. Nicaen., 3. **54/55** Eccli. 24, *12.

---

**Codd.** : *C ; def. A B N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **30** famulo — **56** progrediendi *Eug., p. 91, 24-92, 23.* **30** famulo — **35** semina, **42** Ecce — **56** progrediendi *Iob., f. 77v-78.*

---

**30** fecerint *S*$^2$ °ipsi eas μ ipsi *om. J* **31** °corporabiliter *Iob.* **32** occulta] ocul/ta *1 litt. eras. C*$^a$, occulte *K* **33** °enim sunt *Iob.* **34** °ex] *praem.* et *Iob.* °animalibus *Iob.* **35** unde] una *S* **36** natalia *N*$^a$ *S*$^a$ **37** prima *pr.*] *ita C S T Eug. (D G P T v), praem.* sui generis *cett. codd., add.* sui generis μ germina] germinis *K*$^a$ **38** in *pr. om. T* cuiuscemodi *C* **38/39** ut — sunt *om. S*$^a$ **39** desunt] sunt *T* **42** °semen est] seminum *Iob.* **43** mundatus *K*$^a$ **43/44** subtilius surculi *S*$^a$ **44** huc] *ita N*$^2$ *O*$^3$ *J T Eug. (D G P T v)* μ, hoc huc *F P*, hoc *N*$^a$ *O*$^a$ *cett. codd.* **45** usque] utique *S*$^2$ °uisibilem *Iob.* huius] eius *S*$^2$ grani] *praem.* generis *T* **46** °conicerem *Iob.* **47** °nisi quia *Iob.* **48** quae] *praem.* ea *N*$^2$ **49/51** °nulla — tamen] siue in terra siue in aqua nulla marium seminarumque commixtionem praecedente *Iob.* **50** aqua] qua *T*$^a$ **52** °semen *Iob.* **54** °creator est] creatorem *Iob.* **56** °ex] *praem.* et *eras. N, Eug. (D G P T v)*

primordia et incrementa debitae magnitudinis distinctionesque formarum ab originalibus tamquam regulis sumunt.

Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda dei uirtus interius operetur, ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores si pro subtilitate sui sensus et corporis semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum praebent occasiones. Sed nec boni haec nisi quantum deus iubet, nec mali haec iniuste faciunt nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniqui malitia uoluntatem suam habent iniustam ; potestatem autem non nisi iuste accipiunt siue ad suam poenam siue ad aliorum uel poenam malorum uel laudem bonorum.

[**14**] Itaque apostolus discernens interius deum creantem atque formantem ab operibus creaturae quae admouentur extrinsecus et de agricultura similitudinem assumens ait : *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.* Sicut ergo in ipsa uita nostra mentem iustificando formare non potest nisi deus, praedicare autem extrinsecus euangelium et homines possunt non solum boni *per ueritatem* sed etiam mali *per occasionem* ; ita creationem rerum uisibilium deus interius operatur, exteriores autem operationes siue bonorum siue malorum uel angelorum uel hominum, siue etiam quorumcumque animalium, secundum imperium suum et a se impertitas distributiones potestatum et appetitiones commoditatum ita rerum naturae adhibet in qua creat omnia quemadmo- PL 877

**75** 1 Cor. 3, 6. **77/79** Phil. 1, 18. **79** Symb. Nicaen., 3.

**Codd. :** *C ; def. A B N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. :** **57** primordia — **84/85** quemadmodum *Eug., p. 92, 23-93, 23.* **57** primordia — **58** sumunt *Ioh., f. 78.* **62** non — **64** nouerunt *Licin., p. 123, 14-16.*

**57** debite *J* **59/60** hominum — creatores *om. T*ᵃ **60** frugum creatores *N*ᵃ **62** putari *C S F J K P T Licin.* **63** °sublimitate *R* sensus sui *P* °sensui *Ioh.* **64** occultiora] occul//tiora *2 litt. eras. C* **65/66** elementorum — accelerandorum *om. S*ᵃ **65** °et *om. μ* **68** °iuste] iste *Ioh.* °ipse *om. Ioh.* **69** iniquorum *N*² malitiae *T* suam habent iniustam] *ita N J*¹ *Eug. D G P T v*, suam habet iniustam *A N*² *O F J Eug. D*² *μ*, habet iniustam suam *C K P Ioh.*, habent iniustam suam *T* **70** accipiunt] *ita N J T Eug. D G P T v*, accipit *N*² *cett. codd. Eug. D*² *μ* **72** apostolus] *praem.* et *S*², *add.* paulus *F J P μ* **73** quam *K* **74** sumens *P* **76** °nostram *μ* **77** °euangelium extrinsecus *μ* **81/82** quorumcumque] *ita J K Eug.* (*D G P T v*) *μ*, quorumque *cett. codd.* **82** et] *add.* secundum *S*² **83** distributionis *C*ᵃ potestatum — appetitiones *om. S* **84** naturam *J*

dum terrae agriculturam. Quapropter ita non possum dicere angelos malos magicis artibus euocatos creatores fuisse ranarum atque serpentium, sicut non possum dicere homines malos μ 801
segetis esse creatores quam per eorum operam uidero exortam.

[**15**] Sicut nec Iacob creator colorum in pecoribus fuit quia bibentibus in conceptu matribus uariatas uirgas quas intuerentur apposuit. Sed nec ipsae pecudes creatrices fuerunt uarietatis prolis suae quia inhaeserat animae illarum discolor phantasia ex contuitu uariarum uirgarum per oculos impressa, quae non potuit nisi corpus quod sic affecto spiritu animabatur ex compassione commixtionis afficere unde teneris fetuum primordiis colore tenus aspergeretur. Vt enim sic ex semetipsis afficiantur uel anima ex corpore uel corpus ex anima, congruentiae rationis id faciunt quae incommutabiliter uiuunt in ipsa summa *dei sapientia* quam nulla spatia locorum capiunt ; et cum sit ipsa incommutabilis, nihil eorum quae uel mutabiliter sunt deserit quia *nihil* eorum nisi *per ipsam creatum est.* Vt enim de pecoribus non uirgae sed pecora nascerentur, fecit hoc incommutabilis et inuisibilis ratio sapientiae dei *per quam creata sunt omnia* ; ut autem de uarietate uirgarum pecorum conceptorum color aliquid duceret, fecit hoc anima grauidae pecudis per oculos affecta forinsecus et interius secum pro suo modulo formandi regulam trahens quam de intima potentia sui creatoris accepit. Sed quanta sit uis animae ad afficiendam atque mutandam materiam corporalem (cum tamen creatrix corporis dici non possit quia omnis causa mutabilis sensibilisque substantiae omnisque modus et numerus et pondus eius unde efficitur ut et sit et natura ita uel ita

---

**86/87** Ex. 7, 11-12 ; 8, 7. **87/88** Matth. 13, 25-26. **89/96** Gen. 30, 37-41. **99** 1 Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, *3-4. **101/102** Ioh. 1, *3. **102/103** Gen. 30, 37-41. **104** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d ; Ioh. 1, *3 ; Col. 1, 16. **104/106** Gen. 30, 37-41.

---

**Codd.** : *C* ; *def.* *A B* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **85** terrae — **112** ita *alt. Eug., p. 93, 23-94, 22.* **85** Quapropter — **99** sapientia, **102** Vt — **104** omnia [*excerpt., f. 2*].

---

**85** possumus *P T* **86** artibus] arti/bus *1 litt. eras. J* **87** possumus *N O* $S^{a}$ *P T* **88** °creatores esse segetis μ opera *J T* **90** conceptu matribus] conceptum a tribus $C^{a}$ conceptu] conceptu/ *1 litt. eras. O S*, conceptum *J*, conspectu *T* maribus *T* uarias *C* **91** ipse *S J* **93** °phantasiae *I* **95** commixtione *J*, commixtiones $T^{a}$ unde] *add.* in $S^{2}$ **96** colere $S^{a}$ ex] a *S* **98** congruentiae] *add.* et $N^{2}$, congruae *S K* μ rationes *N S J K* μ **100** et *om. S* cumque $S^{2}$ °ipsa sit μ **101** commutabiliter *C F J* μ, incommutabiliter (in *eras.*) *T* **104** quem *S* **106** pecodis $C^{a}$ **107** modolo $C^{a}$ **108** sit] *s. l.* $J^{1}$ **109** efficiendam *K T* **111** °sensibilis mutabilisque *L*

sit ab intellegibili et incommutabili uita quae super omnia est exsistit et peruenit usque ad extrema atque terrena), multus sermo est neque nunc necessarius. Verum propterea factum Iacob de pecoribus commemorandum arbitratus sum ut intellegeretur si homo qui uirgas illas sic posuit dici non potest creator colorum in agnis et haedis, nec ipsae matrum animae quae conceptam per oculos corporis phantasiam uarietatis seminibus carne conceptis quantum natura passa est asperserunt, multo minus dici posse ranarum serpentiumque creatores angelos malos per quos *magi pharaonis* tunc illa *fecerunt.*

VIII. [IX **16**] Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere atque administrare creaturam, quod qui facit *solus creator est deus* ; aliud autem pro distributis ab illo uiribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admouere ut tunc uel tunc sic uel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt sed acceptis opportunitatibus prodeunt. Nam sicut matres grauidae sunt fetibus, sic PL 878 ipse mundus grauidus est causis nascentium quae in illo non creantur nisi ab illa summa essentia ubi nec oritur nec moritur aliquid nec incipit esse nec desinit. Adhibere autem forinsecus accedentes causas quae tametsi non sunt naturales tamen secundum naturam adhibentur ut ea quae secreto naturae sinu abdita continentur erumpant quodam modo et foris creentur explicando mensuras et numeros et pondera sua quae in occulto acceperunt ab illo qui *omnia in mensura et numero et pondere disposuit,* non solum mali angeli sed etiam mali μ 802 homines possunt sicut exemplo agriculturae supra docui.

---

**115/120** Gen. 30, 37-41. **121/122** Ex. 7, *11-12 ; 8, 7.

VIII. **3** Eccli. 1, *8. **16/17** Sap. 11, 21. **17/18** Matth. 13, 25-26. **18** *supra* : I, VII, 87/88.

---

**Codd. :** *C ; def. A B N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. : 113** sit — **122** fecerunt *Eug., p. 94, 22-95, 5.*

VIII. **11** Adhibere — **18** docui [*excerpt., f. 2*].

---

**114** multos $C^{a}$ **117** sic *om. P* **119** conceptu *K* fantansiam (n *alt. exp.*) *T* **120** carne] cane $C^{a}$ conceptis] conce//ptis *2 litt. eras. K* **120/121** °asparserunt *L.*

VIII.] *om. C,* VII *K T* **2** condire $K^{a}$ **3** creator solus *T* **5** ut] et $O^{a}$ **6** ac primordialiter *om.* $S^{a}$ **7** elimentorum $C^{a}$ **10** nec *alt.*] uel *F* **12** accedentes] *ita N O μ,* accidentes *cett. codd.* **14/15** °et foris creentur quodam modo *μ* **16** omnia *om. T* **17** disposuit] *praem.* cuncta *T* **18** docuit *T*

[**17**] Sed ne de animalibus quasi diuersa ratio moueat quod habent spiritum uitae cum sensu appetendi quae secundum naturam sunt uitandique contraria, etiam hoc est uidere quam multi homines nouerint ex quibus herbis aut carnibus aut quarumque rerum quibuslibet sucis et humoribus uel ita positis uel ita obrutis uel ita contritis uel ita commixtis quae animalia nasci soleant. Quorum se quis tam demens audeat dicere creatorem ? Quid ergo mirum si quemadmodum potest nosse quilibet nequissimus homo unde illi uel illi uermes muscaeque nascantur, ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus elementorum seminibus norunt unde ranae serpentesque nascantur, et haec per certas et notas temperationum opportunitates occultis motibus adhibendo faciunt creari non creant ?

Sed illa homines quae solent ab hominibus fieri non mirantur. Quod si quisquam celeritates incrementorum forte miratur quod illa animantia tam cito facta sunt, attendat quemadmodum et ista pro modulo facultatis humanae ab hominibus procurentur. Vnde enim fit ut eadem corpora citius uermescant aestate quam hieme, citius in calidioribus quam in frigidioribus locis ? Sed haec ab hominibus tanto difficilius adhibentur quanto desunt sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Vnde qualibuscumque angelis uicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum exsistunt celeritates.

[**18**] Sed non est creator nisi qui principaliter ista format, nec quisquam hoc potest nisi ille penes quem primitus sunt omnium quae sunt mensurae, numeri et pondera et ipse *est*

---

**19/20** Gen. 6, 17. **29/30** Ex. 7, 11-12 ; 8, 7. **47** Sap. 11, 21. **47/48** Eccli. 1, *8.

---

**Codd.** : *C ; def. A B* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V)*.
**Test.** : **19** Sed — **47** est *Eug., p. 95, 8-96, 9.*

---

**20** habeant *F* **21** uitandiquae (a *alt. eras.*) *O* **22** nouerunt *F P μ* **23** °quarumcumque $L^2$ *μ* ° et] aut *Eug.* (*D G P T v*) *μ* **24** obtruteritis $K^2$ quo *J* **25** se] si $S^a$ **28** nascuntur *F P* °sublimitate *L* **30** nascuntur *P* **31** opportunitatis $K^a$ **32** non *om.* $S^a$ creant] creent *T* **34** celebritates (b *eras.*) *T* **34/35** miratur] mira/tur *1 litt. eras. N* **36** et *om. P* modolo $C^a$ *K* facultates $T^a$ **37/38** umerscant $T^a$ **38** in *alt. om. F* **38/39** locis quam in frigidioribus *K* **40** °quantum *I* **40/41** et — mobilitates *om. T* **41** mobilitatis $K^a$ Vnde] *add.* licet *K* **42** helimentis $C^a$ **44** exstant *S T*

*unus creator deus* ex cuius ineffabili potentatu fit etiam ut quod possent hi angeli si permitterentur ideo non possint quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur *non potuerint* facere minutissimas muscas qui ranas serpentesque fecerunt nisi quia maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum, quod etiam ipsi magi confessi sunt dicentes : *Digitus dei est hoc.* Quid autem possint per naturam nec possint per prohibitionem, et quid per ipsius naturae suae conditionem facere non sinantur homini explorare difficile est, PL 879 immo uero impossibile nisi per illud *donum dei* quod apostolus commemorat dicens : *Alii diiudicatio spirituum.* Nouimus enim hominem posse ambulare et neque hoc posse si non permittatur, uolare autem non posse etiamsi permittatur. Sic et illi angeli quaedam possunt facere si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei ; quaedam uero non possunt nec si ab eis permittantur, quia ille non permittit a quo illis est talis naturae modus, qui etiam per angelos suos et illa plerumque non permittit quae concessit ut possint.

[**19**] Exceptis igitur illis quae usitatissimo transcursu temporum in rerum naturae ordine corporaliter fiunt, sicuti sunt ortus occasusque siderum, generationes et mortes animalium, seminum et germinum innumerabiles diuersitates, nebulae μ 803 et nubes, niues et pluuiae, fulgura et tonitrua, fulmina et grandines, uenti et ignes, frigus et aestus, et omnia talia ; exceptis etiam illis quae in eodem ordine rara sunt, sicut defectus luminum et species inusitatae siderum et monstra et terrae motus et similia ; exceptis ergo istis omnibus quorum quidem prima et summa causa non est nisi uoluntas dei — unde et in psalmo cum quaedam huius generis commemorata

**50/51** Ex. 8, 18. **51/52** Ex. 7, 11-12 ; 8, 7. **53/54** Ex. 8, *19. **57** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. **58** I Cor. 12, *10.

**Codd. :** *usque ad* **67** rerum *def. A ; C ; def. B* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V)*.

**Test. : 48** unus — **65** possint *Eug., p. 96, 9-27.*

**49** hii *C P* quia] qua $C^{a}$ **52** quia] qui $C^{a}$ prohibentis dei] dei *s. l.* $P^{1}$, prohibendi (dei *om.*) *C K T* **57** non possibile *K* **58** Alii] *add.* datur $N^{2}$ diiuditio $T^{a}$ Nouimus] *praem.* VII *C* **59** si] *praem.* etiam *K* **61** permittatur *N* **62** imperium $C^{a}$ **63** permittitur $S^{a}$ **63/65** a — permittit *om.* $J^{a}$ **64** talis est *F* **66** usitatissime *T* **67** natura *J*, naturali *T* **68** generationis $C^{a}$ mortis $C^{a}$ **69** et germinum *om. S* **70** thonitrua *K* flumina $K^{a}$ **71** ignis $A^{a}$ *C* **73** inusitate *J* **74** similia] *praem.* his *T* **76/77** ° essent commemorata *μ*

essent : *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis*, ne quis ea uel fortuitu, uel causis tantummodo corporalibus uel etiam spiritalibus tamen praeter uoluntatem dei exsistentibus agi crederet, continuo subiecit : *Quae faciunt uerbum eius.*

IX. [X] Sed his ut dicere coeperam exceptis, alia sunt illa quae quamuis ex eadem materia corporali ad aliquid tamen diuinitus annuntiandum nostris sensibus admouentur, quae proprie miracula et signa dicuntur, nec in omnibus quae nobis a domino deo annuntiantur ipsius dei persona suscipitur. Cum autem suscipitur, aliquando in angelo demonstratur, aliquando in ea specie quae non est quod angelus quamuis per angelum disposita ministretur ; rursus cum in ea specie suscipitur quae non est quod angelus, aliquando iam erat ipsum corpus et ad hoc demonstrandum in aliquam mutationem assumitur, aliquando ad hoc exoritur et re peracta rursus absumitur. Sicut etiam cum homines annuntiant, aliquando ex sua persona uerba dei loquuntur sicuti cum praemittitur : *Dixit dominus*, aut : *Haec dicit dominus*, aut tale aliquid ; aliquando autem nihil tale praemittentes ipsam dei personam in se suscipiunt sicuti est : *Intellectum dabo tibi et constituam te in uia hac qua ingredieris*. Sic non solum in dictis uerum etiam in factis dei persona significanda imponitur prophetae ut eam gerat in ministerio prophetiae, sicut eius personam gerebat qui uestimentum suum diuisit in duodecim partes

**77** Ps. 148, *8. **80** Ps. 148, 8.

IX. **14** Is. 3, 16 ; e.a. Ier. 2, 2 ; e.a. **15/17** cf. Hieron., in dan. III, XI, 1 (CC 75A, 897, 820/822), ubi eodem utitur exemplo. **16/17** Ps. 31, *8. **19/22** III Reg. 11, 30-31.

**Codd.** : *A C ; def. B N O S F J K P T (I L M R V).*

**77** ignes $C^a$ **78** eam *T* fortuito $C^a$ $P^a$ *T* corpralibus $C^a$ **80** crederent $S^a$.

IX.] *om. C*, VIII *K T* **1** illa *om. T* quae] *praem.* VIII *C* **2** materiae (a *alt. exp.*) *C* **8** angelos *P* ministrentur *C*, (n *alt. eras.*) *P* ; ministratur (at *i. r.*) $N^2$ **10** ad *om.* $S^a$ aliqua *N O* mutatione *N O S* **11** ad] ex $T^a$ rursum *T* **12** absumitur] assumitur $A^a$, consumitur $K^a$ **13** sua] una *S* sicut *J* cum *om.* $A^a$ promittitur *K* **16** tibi dabo *F μ* instituam *T* **17** hac] *ita F K, om. cett. codd. μ* qua/ *1 litt. eras. N*, quam *O* gradieris *T* **19** misterio *N* $P^a$, mysterio *O S J K T* sicuti *F T*

et ex eis decem seruo regis Salomonis dedit regi futuro Israhel ; aliquando etiam res quae non erat quod propheta et erat iam in terrenis rebus in huiusmodi significationem as- PL 880
sumpta est, sicut somnio uiso euigilans Iacob fecit de lapide quem dormiens habebat ad caput ; aliquando ad hoc fit eadem species uel aliquantum mansura, sicut potuit serpens ille aeneus exaltatus in heremo, sicut possunt et litterae ; uel peracto ministerio transitura sicut panis ad hoc factus in accipiendo sacramento consumitur.

[**20**] Sed quia haec hominibus nota sunt quippe quia per homines fiunt, honorem tamquam religiosa possunt habere, stuporem tamquam mira non possunt. Itaque illa quae *per angelos* fiunt quo difficiliora et ignotiora eo mirabiliora sunt nobis, illis autem tamquam suae actiones notae atque faciles. Loquitur ex persona dei angelus homini dicens : *Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob,* cum scriptura praedixisset : *Visus est ei angelus domini* ; loquitur et homo ex persona dei dicens : *Audi populus meus et loquar, Israhel, et testificabor tibi : Deus, deus tuus sum ego.* Assumpta est *uirga* ad significationem et *in serpentem* angelica facultate *mutata est* ; quae facultas cum desit homini, assumptus est tamen et ab homine lapis ad talem aliquam significationem. μ 804
Inter factum angeli et factum hominis plurimum distat. Illud et mirandum est et intellegendum, hoc autem tantummodo intellegendum. Quod ex utroque intellegitur fortassis unum est, at illa ex quibus intellegitur diuersa sunt, tam-

---

**24/25** Gen. 28, 16.18.11. **26/27** Num. 21, 9. **32/33** Hebr. 2, 2. **35/36** Ex. 3, *6. **37** Ex. 3, *2. **38/39** Ps. 80, *9. **39** Ps. 80, *11. **39/41** Ex. 4, *3 ; 7, 10. **42** Gen. 28, 18.

---

**Codd.** : *A ; usque ad* **28** transitura *def. B ; C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**21** eis] his *S* **22** prophetae *T* **23** significatione *S* **24** sicuti *T* euigilans uiso $A^{a}$ °Iacob euigilans μ **25** caput] *add.* suum *T* **26** °aliquantulum μ mensura $P^{a}$ *T* **28** transiturae *N O S F* $K^{2}$ **30** hominibus] omnibus $P^{a}$ quippe quia] *ita S F*, quippe quae *T*, quippe *A* $B^{2}$ *C* $O^{3}$ *K*, quia *B N O J P* μ **31** hominis *T* religiosa/ *1 litt. eras. K* **33** quod *T* **34** actionis *T* notae] no/tae *1 litt. eras. J* **37** praedixerit *T* ei] et *K*, *om. T* **38** dei] domini *C* μ popule *P* meus] *i. mg.* $J^{1}$ loquar] *add.* tibi $B^{2}$ *N O S F K P* μ **39** ego sum $B^{2}$ *S J T* μ **40** facultatem $C^{a}$, faciliente $K^{a}$ **43** factum *pr.*] *add.* autem $S^{2}$ $K^{2}$ **44** et *pr.*] *exp. J*, enim $S^{2}$ °et intelligendum est μ **45** intellegendum] *add.* est *O P* Quod] *add.* autem $S^{2}$ fortassis] *add.* enim *T* **46** est] *add.* esse *exp. A* at] t *i. r.* $K^{2}$

quam si domini nomen et auro et atramento scribatur. Illud est pretiosius, illud uilius ; quod tamen utroque significatur idipsum est.

Et quamuis idem significauerit serpens ex uirga Moysi quod lapis Iacob, melius tamen aliquid lapis Iacob quam serpentes magorum. Nam sicut unctio lapidis Christum in carne in qua unctus est *oleo exsultationis prae participibus suis*, ita *uirga* Moysi *conuersa in serpentem* ipsum Christum *factum obedientem usque ad mortem crucis*. Vnde ait : *Sicut exaltauit Moyses serpentem in heremo, sic oportet exaltari filium hominis ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam*, sicut intuentes illum serpentem exaltatum in heremo serpentium morsibus non peribant. *Vetus* enim *homo noster confixus est cruci cum illo ut euacuetur corpus peccati*. Per serpentem autem mors intellegitur quae facta est a serpente in paradiso modo locutionis per efficientem id quod efficitur demonstrante. Ergo *uirga in serpentem*, Christus in mortem, et serpens rursus *in uirgam*, Christus in resurrectionem totus cum *corpore suo quod est ecclesia*, quod in fine temporis erit quem serpentis cauda significat quam Moyses tenuit ut redigeretur in uirgam. Serpentes autem magorum tamquam mortui saeculi nisi credentes in Christum tamquam deuorati in corpus eius intrauerint resurgere in illo non poterunt. Lapis ergo Iacob, ut dixi, melius aliquid significauit

---

**50/52** Ex. 4, 3 ; 7, 10. Gen. 28, 18. **52** Gen. 28, 18. **53/54** Ps. 44, *8. **54** Ex. 4, *3 ; 7, 10. **54/55** Phil. 2, *8. **55/58** Ioh. 3, *14-15. **58/59** Num. 21, 9. **59/60** Rom. 6, *6. **61** Num. 21, 9 ; Ex. 7, 10. **61/62** Gen. 3, 1-15. **63** Ex. 4, *3 ; 7, 10. **64** Ex. 4, 4. **65** Col. 1, 24. **66/67** Ex. 4, 4. **67** Ex. 7, 11-12. **70** Gen. 28, 18.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **52** Nam — **56** heremo, **58** sicut — **65** ecclesia *Hadr., p. 28, 15-22 ; Paris., p. 515, 6-14.*

---

**47** °nomen domini *μ* **48** tamen] *add.* in $B^2$ *N O F μ* utrumque *N* **49** est] *s. l.* $O^1$, *add.* esse *exp. A* **50** significauerit] significatur uertit $T^a$ °ex uirga Moysi serpens *μ* **51** Iacob] *add.* significauit *F* **52** serpens *T* unctio] *praem.* significat *F* lapidis unctio *C* lapis $J^a$ **53** °exaltationis *Paris. ed.* particibus $A^a$ **54** °serpente *Hadr.* **55** mortem] *add.* mortem autem *F* crucis] eius *Paris.* **57** °crediderit *M* °eum] ipsum *μ* **58** sicut] si *Hadr. V Paris.* **59** serpentem (*corr. 1 m.*) *O, T Hadr. V L ;* serpentum *Paris.* periebant *Hadr.*, peribunt *Paris.* enim *om. Paris.* homo] *bis* $J^a$ **60** confixus] crucifixus *T Paris.* cruci *om. T* ut — peccati *om. Hadr. Paris.* °euacuetur] *ita R*, euacueretur *cett. codd. μ* **61** °autem] *add.* et $S^2$, enim *μ* °intelligitur mors *μ* **62** °id] hic *Hadr. V*, hoc *Hadr. ed.* **63** °serpente *Hadr. Paris.* **64** °morte *Hadr. Paris.* °uirga *Hadr. Paris.* **64/65** resurrectione *C T Paris.* **65** °cum] in *Hadr. Paris.* **67** redigeretur] redderetur $A^a$, rediretur *C*, rediret *S J K μ* **70** potuerint $A^a$

quam serpentes magorum ; at enim factum magorum multo mirabilius. Verum haec ita non praeiudicant rebus intellegendis tamquam si hominis nomen scribatur auro et dei atra- PL 881 mento.

[**21**] Illas etiam nubes et ignes quomodo fecerint uel assumpserint angeli ad significandum quod annuntiabant etiam si dominus uel spiritus sanctus illis corporalibus formis ostendebatur, quis nouit hominum ? Sicut infantes non nouerunt quod in altari ponitur et peracta pietatis celebratione consumitur unde uel quomodo conficiatur, unde in usum religionis assumatur. Et si numquam discant experimento uel suo uel aliorum et numquam illam speciem rerum uideant nisi inter celebrationem sacramentorum cum offertur et datur, dicaturque illis auctoritate grauissima cuius corpus et sanguis sit, nihil aliud credent nisi omnino in illa specie dominum oculis apparuisse mortalium et de latere tali percusso liquorem illum omnino fluxisse.

Mihi autem utile est ut meminerim uirium mearum, fratresque meos admoneam ut meminerint suarum, ne ultra quam tutum est humana progrediatur infirmitas. Quemadmodum enim haec faciant angeli uel potius deus quemadmodum haec faciat per angelos suos, et quantum fieri uelit etiam per angelos malos siue sinendo siue iubendo siue cogendo ex occulta sede altissimi imperii sui, nec oculorum acie penetrare nec fiducia rationis enucleare nec prouectu mentis comprehendere ualeo ut tam certus hinc loquar ad omnia quae requiri de his rebus possunt quam si essem angelus aut propheta aut $\mu$ 805

---

**71** Ex. 7, 11-12. **75** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; 33, 9-23 ; 34, 5 sqq. ; e.a. **86/87** Ioh. 19, 34. **92** Hebr. 2, 2.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**78** nouerunt] norunt *A*, norant *A*² **79** altario *P T* peracta] cum tanta *C*, *praem.* cum tanta et *T* **80** unde *alt.*] *add.* uel *S*² **81** adsumitur *S* **83** celebrationes *N O* offerentur *P* dantur *P* **85** credunt *J P* in illa omnino *C* illam speciem *T* **86** talem *J* **87** flexisse (*corr. 1 m.*) *J* **88** utile] *praem.* omnino *F* $\mu$ **89** ut] *add.* et ipsi *J P* $\mu$ minerint *T*ª ne] ne/ *1 litt. eras.* *O*, nec *O*³ **90** quam *om.* *S*ª tutum] totum *K*ª **91** haec enim *C* enim *om.* *A*ª *T* faciant] n *s. l.* *N*¹ **92** angelos] an *s. l.* *C*¹ uelit] uel *C*ª etiam per *om.* *P* **93** siue *pr. om.* *F* **94** occulta *om.* *A*ª *B*ª *C* altissima sede *A* *B*ª *C* sui imperii *F* penitrare *A*ª **95** enucleare] *add.* ualeo *J* prouecto *A*ª *C*ª **96** ualeo *om.* *J*

apostolus. *Cogitationes enim mortalium timidae, et incertae prouidentiae nostrae. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et difficile aestimamus quae in terra sunt, et quae in prospectu sunt inuenimus cum labore. Quae in caelis sunt autem quis inuestigauit?* Sed quia sequitur et dicit : *Sensum uero tuum quis scit nisi tu dederis sapientiam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis?, quae in caelis sunt* quidem non inuestigamus quo rerum genere et corpora angelica secundum propriam dignitatem et eorum quaedam corporalis actio continetur; secundum spiritum tamen dei missum nobis *de altissimis* et impertitam eius gratiam mentibus nostris audeo fiducialiter dicere nec deum patrem nec uerbum eius nec spiritum eius, quod *deus unus est,* per id quod est atque idipsum est ullo modo esse mutabilem ac per hoc multo minus uisibilem. Quoniam sunt quaedam quamuis mutabilia non tamen uisibilia, sicut nostrae cogitationes et memoriae et uoluntates et omnis incorporea creatura ; uisibile autem quidquam non est quod non sit mutabile.

x. [XI] Quapropter substantia uel si melius dicitur essentia dei, ubi pro nostro modulo ex quantulacumque particula intellegimus patrem et filium et spiritum sanctum, quandoquidem nullo modo mutabilis est, nullo modo potest ipsa per semetipsam esse uisibilis. [**22**] Proinde illa omnia quae PL 882

**98/103** Sap. 9, *14-16. **103/105** Sap. 9, *17. **105/106** Sap. 9, 16. **108/109** Sap. 9, 17. **109** Rom. 12, 3. **111** Marc. 12, 29 ; Gal. 3, 20.

x. **5/8** Ex. 3, 1-2 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; 33, 9-23 ; 34, 5 sqq. ; e.a.

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **105** quae — **107/108** continetur *Licin., p. 123, 17-19.* **109** audeo — **116** mutabile [*coll., f. 18v*].

x. **1** Quapropter — **5** quae [*coll., f. 18v-19*].

**98** enim] *add.* sunt *S*², *add.* inquid *T* **99** enim] *s. l. A*¹ **100** sensum] sensu/m *1 litt. eras. K* multam *C*ª **101** aestimamus] inuestigamus *P* **102** autem in caelis sunt *F T* **103** inuestigabit *O*³ *S*² *F K P T μ* quia] quod *A*ª °uero] autem *μ* **104/105** sanctum spiritum *C P* **105** quidem *om. Licin.* **106** quo] quos et *Licin. E* angelica/ *1 litt. eras. K* **109** °impartitam *μ* **110/111** spiritum eius nec uerbum eius *A* nec spiritum eius *om. S* **110** spiritum] *add.* sanctum *T* **111** unus] *add.* et uerus *F* id *om. A*ª *B*ª *C*ª *P*ª **112** °minus] *add.* esse *μ* **113** quonam *C* quaedam sunt *T* **115** omnes incorporeae creaturae *C* autem] tamen *T*.

x.] *om. A B C*, VIIII *K T* **1** dicitur] dici potest *T* **2** modulo nostro *S μ* quantumlacumque *C*ª **4** mutabilis — modo *om. T*ª **5** °uisibilis esse *L*

patribus uisa sunt cum deus illis secundum suam dispensationem temporibus congruam praesentaretur per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit, *per angelos* tamen esse facta non ex nostro sensu dicimus ne cuiquam uideamur *plus sapere praeter quam oportet sapere, sed* sapimus *ad temperantiam sicut deus* nobis *partitus est mensuram fidei, et credimus propter quod et loquimur.* Exstat enim auctoritas diuinarum scripturarum unde mens nostra deuiare non debet, nec relicto solidamento diuini eloquii per suspicionum suarum abrupta praecipitari ubi nec sensus corporis regit nec perspicua ratio ueritatis elucet.

Apertissime quippe scriptum est in epistula ad hebraeos, cum dispensatio noui testamenti a dispensatione ueteris testamenti secundum congruentiam saeculorum ac temporum distingueretur, non tantum illa uisibilia sed ipsum etiam sermonem *per angelos* factum. Sic enim dicit : *Ad quem autem angelorum dixit aliquando : Sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ? Nonne omnes sunt ministri spiritus ad ministrationem missi propter eos qui futuri sunt haereditate possidere salutem ?* Hinc ostendit illa omnia non solum *per angelos* facta sed etiam propter nos facta, id est populum dei cui promittitur haereditas *uitae aeternae.* Sicut ad corinthios etiam scriptum est : *Omnia autem haec in figura contingebant illis ; scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos finis saeculorum obuenit.* Deinde quia tunc *per angelos* nunc autem per filium *sermo factus est,*

---

**8/9** Ps. 103, 4 ; Hebr. 1, 7.*14. **9** Hebr. 2, 2. **10/12** Rom. 12, *3. **10/11** Eccle. 7, *17. **12/13** II Cor. 4, *13. **20/21** Hebr. 2, 2. **21/25** Hebr. 1, *13-14. **26** Hebr. 2, 2. **27/28** I Petr. 3, 22. **28/30** I Cor. 10, *11. **31** Hebr. 2, *2.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **6** patribus — **9** facta, **23** Nonne — **28** aeternae [*coll., f. 19*].

---

**8** eam *K* **9** factam *S* **10** didicimus *K²* **10/11** °praeter — sapere *om.* *μ* **10** praeter] *ita A B*, prae *C*, *om.* *A² C² cett. codd.* **11** sapiamus *Aᵃ B N*, (a *alt. eras.*) *O*, *F* nobis deus *J P* deus] dominus *K* **13** exstat] exsta/t *1 litt. eras.* *O* autoritas *J* **14** nec] ne *Aᵃ T* **15** praecipitetur *T* **18/19** a — testamenti *om.* *S* **18** ueteris] ueris *Tᵃ* **20** non] *praem.* in monte syna *del.* *P* etiam ipsum *J* **21** Sic] sicut (ut *eras.*) *N* autem *om.* *A C* **22** dixit] *add.* deus *T* °donec] *ita N O S V*, quousque *L μ*, quoadusque *cett. codd.* **23** omnis *Cᵃ* **24** in administrationem *C T* **25** hereditatem *K T* salutis *T* hic *Aᵃ Bᵃ C T* **27** facta *om.* *F* °populum] *praem.* propter *μ* **29** autem *alt. om.* *A Jᵃ μ* figuram *C* illis] *praem.* in *Cᵃ K* **30** correctionem *F* fines *S J P T* obuenit] deuenit *F*, deuenerunt *S J T*

consequenter aperteque demonstrans : *Propterea,* inquit, *abundantius debemus attendere nos ea quae audiuimus ne forte defluamus. Si enim qui per angelos dictus sermo factus est* μ 806 *firmus, et omnis praeuaricatio et inobedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus tantam neglegentes salutem ?* Et quasi quaereres quam *salutem,* ut ostenderet se de nouo testamento iam dicere, id est sermonem qui non *per angelos* sed *per dominum factus est* : *Quae cum initium accepisset,* inquit, *ut enarraretur per dominum, ab his qui audierunt in nos confirmata est coatestante deo signis et ostentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti diuisionibus secundum suam uoluntatem.*

[**23**] 'Sed,' ait aliquis, 'cur ergo scriptum est : *Dixit dominus ad Moysen,* et non potius : *Dixit* angelus *ad Moysen* ?' Quia cum uerba iudicis praeco pronuntiat, non scribitur in gestis : 'Ille praeco dixit,' sed : 'Ille iudex.' Sic etiam loquente propheta sancto etsi dicamus : 'Propheta dixit,' nihil aliud quam dominum dixisse intellegi uolumus. Et si dicamus : *Dominus dixit,* prophetam non subtrahimus, sed quis per eum dixerit admonemus. Et illa quidem scriptura saepe aperit angelum esse domini quo loquente identidem dicitur : *Dominus* PL 883 *dixit,* sicut iam demonstrauimus. Sed propter eos qui cum scriptura illic angelum nominat ipsum per se ipsum filium dei uolunt intellegi quia propter annuntiationem paternae ac suae uoluntatis a propheta dictus est angelus, propterea uolui ex hac epistula manifestius testimonium dare ubi non dictum est : *per* angelum, sed : *per angelos.*

---

**32/37** Hebr. 2, *1-3. **37** Hebr. 2, 3. **38/39** Hebr. 2, 2. **39** Hebr. 2, 3. **39/43** Hebr. 2, *3-4. **53** *demonstrauimus* : II, xii-xiii. **58** Hebr. 2, 2.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**32** demonstrans] demonstras *K*, demonstrat $K^2$, monstrans *P* **33** debemus] *ita* $B^2$ *N O*, oportet $B^a$ *cett. codd.* μ nos] *eras. B* **34** enim] *add.* inquid *T* dictus] *add.* est $A^a$ *B N O J T* μ **35** accipit $C^a$ *O* **36** tantam] *praem.* si *F* **36/37** negligentes $C^2$ $O^3$, neglexerimus *F* **38** sermone *A B C S J* μ qui] *add.* iam $A^2$ **39** deum $P^a$ factus] dictus *T* **40** inquit accepisset $B^2$ *N O S* enarraretur] ra *s. l.* $J^1$ °his] iis μ **41** in nos *om.* $K^a$ coatestante] at *s. l.* $P^1$, contestante *T* μ deo] domino *T* ostentis] portentis $B^2$ *N J* μ, *praem.* portentis *F P* **42** et *alt. om.* $A^a$ *C* diuisionibus] distributionibus *J* **44** Sed] *praem.* xi *A*, *praem.* x *B C* **47** iudex] *add.* dixit *J* **48** sancto *om. P* etsi] si *P* propheta/ *1 litt. eras. C* **49** °intellegi uolumus] intellegamus *M* **51** dixit *S* Et] ex *O* aperit] apparet $O^3$ **52** esse *om.* $P^a$ °domini] dei *S*, dominum μ **54** nominet $K^2$ semetipsum $B^2$ *N O F J P*, semet *S* **55** annontiationem $C^a$ **56** a] per *P* prophetam *P* **57** uoluit *S*

[**24**] Nam et Stephanus in actibus apostolorum eo more narrat haec quo etiam in ueteribus libris conscripta sunt : *Viri fratres et patres, audite,* inquit : *Deus gloriae apparuit Abrahae patri nostro cum esset in Mesopotamia.* Ne quis autem arbitraretur tunc deum gloriae per id quod in se ipso est cuiusquam oculis apparuisse mortalium, in consequentibus dicit quod Moysi angelus apparuerit. *Fugit,* inquit, *Moyses in uerbo isto, et factus est inquilinus in terra Madian ubi genuit filios duos. Et completis illic annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Sina angelus domini in flamma ignis in rubo. Moyses autem uidens mirabatur uisum. Qui cum accederet considerare, facta est uox domini : Ego deus patrum tuorum, deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare. Dixitque illi dominus : Solue calceamentum pedum tuorum,* et cetera. Hic certe et angelum et dominum dicit eundemque deum Abraham et deum Isaac et deum Iacob sicut in genesi scriptum est.

[**25**] An forte quisquam dicturus est quod Moysi per angelum *apparuit dominus,* Abrahae uero per se ipsum ? At hoc ab Stephano non quaeramus. Ipsum librum interrogemus unde Stephanus ista narrauit. Numquid enim quia scriptum est : *Et dixit dominus deus ad Abraham,* et paulo post : *Et uisus est dominus deus Abrahae,* propterea ista non *per angelos* facta sunt ? Cum alio loco similiter dicat : *Visus est autem ei deus ad ilicem Mambre, sedente eo ad ostium tabernaculi sui*

---

**60** *in ueteribus libris* : Gen. 12, 1 ; Ex. 2, 15 ; 3, *1-6. **61** Act. 7, *2. **65/73** Act. 7, *29-33. **73** *angelum* : Ex. 3, *2 ; Act. 7, 30. **74** *dominum* : Gen. 12, *1 ; Act. 7, *2. **76/77** Act. 7, 30. **77** Ex. 3, 2. Gen. 12, 1 ; Act. 7, 2. **78** Act. 7, 2.30. **78/79** Gen. 12, 1 ; Act. 7, 2. **80** Gen. 12, *1. **80/81** Gen. 12, *7. **81** Hebr. 2, 2. **82/84** Gen. 18, *1.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**60** quo/ *1 litt. eras.* (o *i. r.*) $O^1$ °libris ueteribus *μ* libris] litteris *T* **61** inquit et patres audite *J* inquit audite *N S K P T* deus] *om.* $C^a$, dominus *N* **62** Mesopotamia] *add.* siriae *F J* **63** arbitretur *J T* deum] dominum *K*, *om. T* **65** apparuit $A^a$ *B C* **66** isto *om. A C* **67** duos filios *N F* illic] illis *A J* °quadraginta annis *μ* **70** domini] *ita A B C K*, *add.* dicens *cett. codd. μ* Ego] *add.* sum *N O S F J P T μ* **73** calciamenta *J* **76** quod] d *s. l.* $O^1$ **77** semetipsum *J P* At] ut *J*, et *K* **78** ab] a *F μ* **78/79** °unde Stephanus ista narrauit interrogemus *μ* **80** ad *om. A* $C^a$ abrahae $A^2$ **81** °deus *om. M* **82** alio] *praem.* in *F* ei *om. P* **83** deus] *add.* et *P* mambrae *B C N F K P* sedenti $A^a$ *S F J K T μ* eo] ei *A B C*, *eras. N*, $O^a$ *S* ; *om.* $A^2$ *F J μ* hostium *K P*

*meridie,* et tamen consequenter adiungat : *Respiciens autem oculis suis uidit, et ecce tres uiri stabant super eum,* de quibus iam diximus. Quomodo enim poterunt isti qui uel a uerbis ad μ 807 intellectum nolunt assurgere uel facile se ab intellectu in uerba praecipitant, quomodo poterunt explicare uisum esse deum in uiris tribus nisi eos, sicut etiam consequentia docent, angelos fuisse fateantur ? An quia non dictum est, 'Angelus ei locutus est' uel 'apparuit,' propterea dicere audebunt Moysi quidem illam uisionem ac uocem per angelum factam quia ita scriptum est, Abrahae autem quia commemoratio angeli facta non est per substantiam suam deum apparuisse atque sonuisse ? Quid quod nec apud Abraham de angelo tacitum est ? Nam ita legitur cum immolandus eius filius peteretur : *Et factum est post haec uerba temptauit deus Abraham et dixit ad eum : Abraham, Abraham. Et ille dixit : Ecce ego. Et dixit* PL 884 *ei : Accipe filium tuum dilectum quem diligis, Isaac, et uade in terram excelsam et offeres eum ibi holocaustum super unum montium quem tibi dixero.* Certe hic deus non angelus commemoratus est. Paulo post uero ita se habet scriptura : *Extendens autem Abraham manum suam sumpsit gladium occidere filium suum. Et uocauit eum angelus domini de caelo et dixit ei : Abraham, Abraham. Et dixit : Ecce ego. Et dixit : Ne inicias manum tuam super puerum neque facias ei quidquam.*

Quid ad haec respondetur ? An dicturi sunt deum iussisse ut occideretur Isaac et angelum prohibuisse ; porro ipsum patrem aduersus dei praeceptum qui iusserat ut occideret obtemperasse angelo ut parceret ? Ridendus et abiciendus hic sensus est. Sed neque huic tam grosso et abiecto ullum

---

**84/85** Gen. 18, *2. **86** *diximus* : II, x, 112 sqq. **88/89** Gen. 18, 1-2. **89/90** Gen. 19, 1. **97/101** Gen. 22, *1-2. **102/106** Gen. 22, *10-12. **107/108** Gen. 22, 2. **108** Gen. 22, 12.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

---

**84** °meridiem (m *alt. eras.*) *M* adiungit $C^2$, adiungatur $O^3$ **86** poterunt] *praem.* iam *J* **87** nolunt assurgere] non assurgunt *T* **89** tribus uiris *F* sicut eos *F* **93** ita] igitur *S* commemoratio] memoratio $P^a$ **94** °non est facta *μ* **96** immolandus] immo//landus *2 litt. eras. J* °filius eius *μ* praeciperetur *T μ* **97** temtabat *C*, temptauat $C^2$ **98** ego] *add.* domine *P* **100** offer $A^a$ $C^a$ *μ* °eum *om. S* eum ibi] *i. r. et s. l.* $C^2$ holocaustum] *praem.* in *P μ* **101** montem *A* $B^a$ *C F T* tibi dixero] ostendero tibi *T* **102** Extendens] -tendens *i. r.* $C^2$ **103** occidere] ut occideret *P T* **105** dixit *alt.*] *add.* ei *F J T* **106** facies *C* **107** haec] hoc *A T μ*, huc *C* **109** aduersum $A^a$ *B C μ* occiderit $C^a$ **111** grosso] crasso $A^2$ $C^2$ *K P μ*, grasso *C*, crasso egeno *T*

locum esse scriptura permittit continuo subiungens : *Nunc enim cognoui quia times deum tu et non pepercisti filio tuo dilecto propter me.* Quid est, *propter me,* nisi propter eum qui occidi iusserat ? Idem igitur *deus* Abrahae qui *angelus,* an potius per angelum deus ? Accipe sequentia ; certe iam hic *angelus* manifestissime expressus est. Attende tamen quid contexatur : *Respiciens Abraham oculis suis uidit, et ecce aries unus tenebatur in arbore sabech cornibus ; et abiit Abraham et accepit arietem et obtulit eum holocaustum pro Isaac filio suo. Et cognominauit Abraham nomen loci illius : dominus uidit, ut dicant hodie quod in monte dominus uisus est.* Sicut paulo ante quod dixit deus per angelum : *Nunc enim cognoui quia times deum,* non tunc deus cognouisse intellegendus est sed egisse ut per deum ipse Abraham cognosceret quantas haberet uires cordis ad obediendum deo usque ad immolationem unici filii, illo modo locutionis quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut dicitur frigus pigrum, quod pigros facit, ut ideo cognouisse diceretur quia ipsum Abraham cognoscere fecerat quem poterat latere fidei suae firmitas nisi tali experimento probaretur ; ita et hic *cognominauit Abraham nomen loci illius : dominus uidit,* id est quod uideri se fecit. Nam continuo secutus ait : *Vt dicant hodie quod in monte dominus uisus est.* Ecce idem *angelus dominus* dicitur. Quare nisi quia per angelum dominus ? Iam uero in eo quod sequitur prophetice omnino *angelus* loquitur et prorsus aperit quod per angelum deus loquatur. *Et uocauit,* inquit, *angelus domini* μ 808
*Abraham iterum de caelo dicens : Per me iuraui, dicit dominus,*

---

**112/114** Gen. 22, *12. **114/115** Gen. 22, 2. **115** Gen. 22, 1. **115/116** Gen. 22, 11. **116/117** Gen. 22, 11. **118/122** Gen. 22, *13-14. **123/124** Gen. 22, *12. **131/132** Gen. 22, *14. **133/134** Gen. 22, *14. **134** Gen. 22, 11. Gen. 22, 1. **136** Gen. 22, 15. **137/140** Gen. 22, *15-16 sqq.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. : 127** per — **129** facit [*Isid., orig. I,* XXXVII, *10*].

---

**112** °scriptura esse μ continuo] *praem.* quae *T* subiungens] *add.* ait *T* **113** enim] autem *O S F K P* timens $C^a$ tu] *exp.* $A^2$, *om. F* **117** tamen *om.* $B^a$ **119** in] inter $K^2$ **119/120** °abraham abiit *S* **121** cognominabit $K^a$ **122** uidet *J* quod] quia *A* **123** paulo] *s. l.* $J^1$ Nunc] hinc *A* $B^a$ $C^a$ *S F J*, hic *N* $O^a$ *K* enim] iam $A^2$ **124** quia] quod *F* times] timens $C^a$, *praem.* tu *F* non] *add.* quia $B^2$ *N O F J P* μ **130** facerat $C^a$ **132** uidet *J* uidere $A^a$ **134** dominus angelus *K* angelus] *praem.* et *T* dominus *alt.*] *praem.* et *T* **135** quia nisi $O^a$ dominus] *add.* loquitur *F* **136** °loquitur angelus μ

*propter quod fecisti hoc uerbum et non pepercisti filio tuo dilecto propter me,* et cetera. Haec certe uerba ut dicat ille per quem loquitur dominus, *Haec dicit dominus,* etiam prophetae solent habere. An *filius dei* de patre ait : *Dicit dominus,* et ipse est ille *angelus* patris ? Quid ergo de illis tribus uiris, nonne respiciunt quomodo urgeantur qui uisi sunt Abrahae cum praedictum esset : *Visus est ei dominus* ? An quia *uiri* dicti sunt non erant angeli ? Danielem legant dicentem : *Et ecce uir Gabriel.*

[**26**] Sed quid ultra differimus ora eorum euidentissimo PL 885
atque grauissimo alio documento oppilare ubi non *angelus* singulariter nec *uiri* pluraliter sed omnino angeli dicuntur, per quos non *sermo* quilibet *factus* sed *lex* ipsa *data* manifestissime ostenditur, quam certe nullus fidelium dubitat deum dedisse Moysi ad subiugandum populum Israhel sed tamen *per angelos* datam ? Ita Stephanus loquitur : *Dura ceruice,* inquit, *et non circumcisi corde et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis sicut et patres uestri. Quem prophetarum non persecuti sunt patres uestri ? Et occiderunt eos qui praenuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc uos proditores et interfectores fuistis qui accepistis legem in edictis angelorum nec custodistis.* Quid hoc euidentius ? Quid tanta auctoritate robustius ? *In edictis* quidem *angelorum* illi populo *lex data* est, sed *domini Iesu Christi* per eam disponebatur et praenuntiabatur *aduentus,* et ipse tamquam *uerbum dei* miro et ineffabili

---

**142** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Gen. 22, 16. **143** Gen. 22, 15. **143/144** Gen. 18, 2. **145** Gen. 18, *1. **145/146** Gen. 18, 2. **146/147** Dan. 9, *21. **149/150** Gen. 22, 11.15. **150** Gen. 18, 2. **150/151** Hebr. 2, 2. **151** Gal. 3, *21 ; Act. 7, 38. **152/153** Ex. 20, 1 sqq. ; Deut. 9, 10. **154** Hebr. 2, 2 ; Act. 7, 38. **154/159** Act. 7, *51-53. **161** Act. 7, *53. Gal. 3, 21. **162/163** 1 Cor. 1, 8 ; 1 Thess. 3, 13. Act. 7, 52. **163** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

---

**139** propter] pro eo *A μ* **140** dicat] diceret *T* **141** dominus *pr.*] deus *F* $T^{a}$ dominus *alt. om.* $T^{a}$ etiam] *add.* sic *T* **142** dei *om. F K* dominus dicit *F K* **143** angelus ille *F* ille *om. K* **144** urguentur *P* **146** Et] *ita T, om. cett. codd. μ* **149** opilari *F K* **150** nec — pluraliter *om. T* uiri] uere *C*, uero $C^{2}$ **151** °sermo non *μ* data] *add.* lege $C^{2}$ **154** Ita *om.* $A^{a}$ *C* **155** circumciso *B* $N^{2}$ $O^{a}$ *T* **156** sancto *om.* $C^{a}$ resistitis $C^{2}$, restitis $K^{a}$ et] *ita* $S^{2}$ *J μ, om. cett. codd.* **157/158** praenuntiabant] prophetebant *J* **158** cuius *om. K* uos nunc *P T* **159** nec] et non *B P* **161** lex illi populo *A B C J T μ* **162** domini] *add.* nostri *B F* ea *K P*

modo erat in angelis *in* quorum *edictis* lex dabatur. Vnde dicit in euangelio : *Si crederetis Moysi, crederetis et mihi ; de me enim ille scripsit. Per angelos* ergo tunc dominus loquebatur, *per angelos filius dei mediator dei et hominum* futurus ex semine Abrahae suum disponebat aduentum ut inueniret a quibus reciperetur, confitentes reos quos lex non impleta fecerat *transgressores*. Vnde et apostolus ad galatas dicit : *Quid ergo lex ? Transgressionis gratia proposita est donec ueniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris,* {hoc est *dispositum per angelos in manu* sua. Non enim *natus est* per conditionem sed per potestatem.} Quod autem non aliquem ex angelis dicit mediatorem sed ipsum *dominum Iesum Christum* in quantum *homo* fieri dignatus est habes alio loco : *Vnus*, inquit, *deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus*. Hinc illud pascha in interfectione agni ; hinc illa omnia quae de Christo uenturo *in carne* PL 886
atque passuro sed et resurrecturo in lege figurantur quae *data* est *in edictis angelorum*, in quibus angelis erat utique et pater et filius et spiritus sanctus ; et aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus, aliquando sine ulla distinctione personae deus per illos figurabatur etsi uisibilibus et sensibilibus formis apparens, per creaturam tamen suam non

**164** Act. 7, *53. **165/166** Ioh. 5, *46. **166** Hebr. 2, 2 ; Act. 7, 38 ; Ex. 20, 1 sqq. **167** Hebr. 2, 2. Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. 1 Tim. 2, 5. **167/168** Matth. 1, 1. **168/169** Ioh. 1, 11-12. **169** Iac. 2, 10. **170** Iac. 2, 9.11. **170/173** Gal. 3, *19. **173** Gal. 3, *19. **174** Symb. Rom.-Mediol. III, 3. **175** Gal. 3, 19. **176** Symb. Nicaen., 4. Symb. Nicaen., 15 ; 1 Tim. 2, 5. **177/178** 1 Tim. 2, 5. **178/179** Ex. 12, 3 sqq. **179** 1 Ioh. 4, 2 ; Rom. 8, 3 ; 1, 3. **180** Act. 17, 3. Gal. 3, 21. **181** Act. 7, *53. **181/184** cf. II, vii, 18/21.

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**164** lex] *add.* ipsa $O^{3}$ *F J K P* μ **165** °crederetis *pr.*] crederitis $C^{a}$ $V^{a}$, cre//deretis *2 litt. eras. J*, creditis $M^{a}$ °crederetis *alt.*] crederitis $V^{a}$ et] *praem.* forsitan *T* **166** dominus] deus *F* **167** dei *pr.*] *add.* loquebatur *T* **169** reos] *praem.* se $C^{2}$, *i. mg.* $O^{3}$, μ **171** transgressionis] gres *s. l.* $J^{1}$ posita *N* μ **172** promissum est] promiserat *F P* dispositum] *ita J K* μ, disposita *cett. codd.* **173/174** hoc — potestatem *om. A* $B^{a}$ *C* $O^{a}$ *S T* **173** disposita $B^{2}$ *N* **177** alio] *praem.* in *P* unus et] *ita J*, et unus *cett. codd.* μ **180** resurrectu $P^{a}$ data] dicta *T* **181** angelorum] *add.* donec ueniret semen dispositum per angelos in manu mediatoris *F J K P* quibus *om.* $N^{a}$ **182** et filius *om. A* $B^{a}$ *C* **184** etsi] et *K* uisibilibus] *add.* formis *T*

per substantiam suam cui uidendae corda mundantur per haec omnia quae oculis uidentur et auribus audiuntur.

[**27**] Sed iam satis quantum existimo pro captu nostro μ 809 disputatum et demonstratum est quod in hoc libro susceperamus ostendere, constititque et probabilitate rationis quantum homo uel potius quantum ego potui, et firmitate auctoritatis quantum de scripturis sanctis diuina eloquia patuerunt, quod antiquis patribus nostris ante *incarnationem* saluatoris cum deus apparere dicebatur uoces illae ac species corporales *per angelos* factae sunt, siue ipsis loquentibus uel agentibus aliquid ex persona dei sicut etiam prophetas solere ostendimus, siue assumentibus ex creatura quod ipsi non essent ubi deus figurate demonstraretur hominibus, quod genus significationum nec prophetas omisisse multis exemplis docet scriptura.

Superest igitur iam ut uideamus cum et nato *per uirginem* μ 810 domino et *corporali specie sicut columba* descendente spiritu sancto uisisque igneis linguis sonitu facto de caelo *die pentecostes post ascensionem domini*, non ipsum *dei uerbum* per substantiam qua patri aequale atque coaeternum est, nec *spiritus patris et filii* per substantiam qua et ipse utrique coaequalis atque coaeternus est, sed utique creatura quae illis modis formari et exsistere potuit corporeis atque mortalibus sensibus apparuerit ; quid inter illas demonstrationes et has proprietates filii dei et spiritus sancti quamuis per creaturam uisibilem factas intersit, quod ab alio uolumine commodius ordiemur.

---

**186** Matth. 5, 8. **192/195** IV, xxi, 36/39. **193** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **194/195** Gen. 12, 1.7 ; 18, 1-2 ; 22, 1-16 ; Ex. 3, 1-2.6 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; 33, 9-23 ; 34, 5 sqq. ; e.a. **195** Hebr. 2, 2 ; Gal. 3, 19. **201/212** cf. II, vii, 31/37 ; III, i, 12/18. **201/202** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **201** Symb. Nicaen., 15. **202/203** Luc. 3, 21. Matth. 3, 16 ; Marc. 1, *10 ; Ioh. 1, *32. **203/204** Act. 2, 3.2.*1. **204** Eccli. 1, *5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, *13. **206** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**186** °suam *om.* μ uidendae] uiuendae $S^a$ **187** oculos (*corr. 1 m.*) *J* audientur $C^a$ **188** existimo] aestimo *K* **190** constituit quae (a *exp.*) *K* **192** auctoritatis] rationis $B^a$ **195** factae *om.* $A^a$ loquentis $K^a$ **198** essent] erant *F* **200** docent scripturae *P* **201** cum] quod *T* **202** columbam *T* **203** linguis] *add.* et $S^2$ **203/204** pentecosten *F* **204** domini] *add.* nostri *K* non] *om. K*, nec $K^2$ **205** substantiam] *add.* suam $O^3$ *F* μ nec] et *T* **206** °substantiam] *praem.* suam *I* μ et *alt. om. S J* utrisque *N* $O^2$ *J P* μ **206/207** coaequalis] aequalis *A* $B^a$ *C S T* μ **207** creatura] creaturam O, per creaturam *J T* **209** inter quid $A^2$ **210** creaturas *T* **211** uisibiles *T* factas] fac $K^a$, facti *i. mg.* $K^2$ **212** ordimur $A^a$.

 μ 809 PL 885

PROOEM. [1] Scientiam terrestrium caelestiumque rerum magni aestimare solet genus humanum. In quo profecto meliores sunt qui huic scientiae praeponunt nosse semetipsos, laudabiliorque est animus cui nota est uel infirmitas sua quam qui ea non respecta uias siderum scrutatur etiam cogniturus aut qui iam cognitas tenet ignorans ipse qua ingrediatur ad salutem ac firmitatem suam. Qui uero iam euigilauit in deum spiritus sancti calore excitatus atque in eius amore PL 886 coram se uiluit ad eumque intrare uolens nec ualens eoque sibi lucente attendit in se inuenitque se suamque aegritudinem illius munditiae contemperari non posse cognouit, flere dulce habet et eum deprecari ut etiam atque etiam misereatur donec exuat totam miseriam, et precari cum fiducia iam gratuito pignore salutis accepto per eius unicum saluatorem hominis et inluminatorem — hunc ita egentem ac do- PL 887 lentem *scientia* non *inflat* quia *caritas aedificat.* Praeposuit enim scientiam scientiae ; praeposuit scire infirmitatem suam magis quam scire *mundi moenia,* fundamenta terrarum et fastigia caelorum, et hanc apponendo scientiam apposuit dolorem, dolorem peregrinationis suae ex desiderio patriae suae et conditoris eius beati dei sui.

In hoc genere hominum, in familia Christi tui, domine

---

PROOEM. **1** *Scientiam... rerum* : uetus stoica definitio : *rerum humanarum diuinarumque scientia* ; cf. Chrysipp., fragm. 35 ; Cic., fin. bon. mal. II, XII, 37 ; off. I, XLIII, 153 ; II, II, 5 ; tusc. IV, XXVI, 57 ; V, III, 7 ; de or. I, XLIX, 212 ; e.a. ; infra XIV, I, 49. **3** *nosse semetipsos* : Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 : *noscere nosmetipsos* ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **6** Ps. 31, 8. **14** Eph. 1, 13-14. **14/15** II Tim. 1, 10. **16** I Cor. 8, 1. **18** Lucr., nat. rer., II, 73. **19/20** Eccle. 2, 18. **20** Hebr. 11, 13-14. **21** Hebr. 11, 16.10.

---

**Codd. :** **16** caritas — I, **66** lux *def. A ; B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** PROOEM. **1** Scientiam — **7** suam [*excerpt., f. 2*].

---

PROOEM.] I *N* **1** celestium terrestriumque *P* **2** °aestimari *V* ° qua *V*ᵃ **3** °huius *I* **5** °ea non *om. I* °perspecta *F P*, inspectas *I* °scrutat *I* **7** infirmitatem (in *eras.*) *J* uigilauit *C* in] *bis, pr. exp. S* **8** excitatus calore *J* **10** °lugenta *V*ᵃ **10/11** egretudinem *K*ᵃ **11** comparari *S*² °cognouerit R **12** et eum] eumque *F K P* μ, et eumque *F*² deprecari] *ita F K P* μ, precari *cett. codd.* etiam *alt.*] *add.* sibi *S*² **13** exuat totam] exuato tam *C*, exuatur tota *S J* miseria *S J* deprecari *P* **14** °accepto gratuito pignore salutis μ pignere *B* per] post (*corr. 1 m.*) *A* **15** °agentem *A*² *S*² *I L* μ, aegentem *V* °ac] et *L* μ **16** quia] quae (*corr. 1 m.*) *A* **18** scire *om. B*ᵃ moenia mundi *S* **19** °opponendo *V* **20** dolorem *pr.*] dolori (i *i. r.*) *K*² °dolorem *alt.*] dolori (i *i. r.*) *N*², *om.* R **20/21** suae patriae *B* **21** et *om. J*ᵃ conditoris] *add.* sui *del. T*

deus meus, si inter pauperes tuos gemo, da mihi de pane tuo respondere hominibus qui non *esuriunt et sitiunt iustitiam* sed satiati sunt et abundant. Satiauit autem illos phantasma μ 810 eorum non ueritas tua quam repellendo resiliunt et in suam uanitatem cadunt. Ego certe sentio quam multa figmenta pariat cor humanum. Et quid est cor meum nisi cor humanum ? Sed hoc oro deum cordis mei ut nihil ex eis figmentis pro solido uero eructuem in has litteras, sed inde ueniat in eas quidquid per me uenire potuerit unde mihi, quamuis proiecto *a facie oculorum* suorum et de longinquo redire conanti per uiam quam strauit humanitate diuinitatis unigeniti sui, aura ueritatis eius aspergitur — quam in tantum licet mutabilis haurio in quantum in ea nihil mutabile uideo, nec locis et temporibus sicut corpora, nec solis temporibus et quasi locis sicut spirituum nostrorum cogitationes, nec solis temporibus et nulla uel imagine locorum sicut quaedam nostrarum mentium ratiocinationes. Omnino enim dei essentia qua est nihil habet mutabile nec in aeternitate nec in ueritate nec in uoluntate quia aeterna ibi est ueritas, aeterna caritas ; et uera ibi est caritas, uera aeternitas ; et cara ibi est aeternitas, cara ueritas.

I. [I **2**] Sed quoniam exsulauimus ab incommutabili gaudio,

---

**24** Matth. 5, 6. **32** Ps. 30, 23. **41/43** cf. Aug., conf. VII, x, 16 [141] : *aeterna ueritas et uera caritas et cara aeternitas* ; ciu. dei XI, 28 (CC 48, 348, 29/32) : *uera aeternitas, aeterna ueritas, aeterna et uera caritas* ; infra IV, xxi, 20.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**23** deus] dñs (n *eras.*) *T* si *om.* *K* **24** et] nec *F* °iustitiam] *add.* tuam $I^2$ **26** °eorum] illorum R **27** °certe] uero $I^a$ **28** pariet $P^2$ **28/29** Et — humanum *om.* *T* **28** cor *alt.* *om.* *C* **29** °hoc *om.* *N* $L^a$ *M* mei *om.* *T* **30** eructem *B C F J K*, eructam (?) *T* **31** °me *om.* *M* unde] *praem.* I *C* **31/32** proiecto quamuis *O* **32** °tuorum *M* **33** conati $K^a$ strauit] *add.* nobis $B^2$ *N* $O^3$ *F K P* °humanitatem $C^a$ R $V^a$, humanitate/ *1 litt. eras.* *K*, humanitati *L* °diuinitas *B I* $R^2$ μ **33/34** unigeniti] *add.* filii *F* **34** °tui *M* °aura] *praem.* et que $M^2$ aspergar (r *alt. i. r.*) $J^1$, aspirat $J^2$ **35** haurio] uideo $B^a$ *C K T* **36** temporibus] *add.* et quasi locis $P^a$ solis *om.* *T* **37** spirituum] spi/rituum *1 litt. eras.* *N* **38** °et] ex R °nullam uel imaginem *M* sicut] *add.* sunt $S^2$ quasdam *T* **39** Omnino] *praem.* I *P* **40** quae *T* °mutabile habet μ **41** nec in uoluntate *om.* *T* aeterna *alt.*] *praem.* et *T* **42** cara] uera *T* **43** cara] caraque $O^3$, *praem.* et *S K*, pura *T*.

I.] *om.* *B C P*, II *N* **1** °exsolauimus $C^a$ $O^a$, exulabimus *K*, exuilauimus $K^2$, exultauimus *I*

nec tamen inde praecisi atque abrupti sumus ut non etiam in istis mutabilibus et temporalibus aeternitatem, ueritatem, beatitatem quaereremus (nec mori enim nec falli nec perturbari uolumus), missa sunt nobis diuinitus uisa congrua peregrinationi nostrae quibus admoneremur non hic esse quod μ 811 quaerimus sed illuc ab ista esse redeundum unde nisi penderemus hic ea non quaereremus.

Ac primum nobis persuadendum fuit quantum nos diligeret deus ne desperatione non auderemus erigi in eum. Quales autem dilexerit ostendi oportebat ne tamquam de meritis nostris superbientes magis ab eo resiliremus et in nostra fortitudine magis deficeremus, ac per hoc egit nobiscum ut per eius fortitudinem potius proficeremus atque ita in infirmitate humilitatis perficeretur uirtus caritatis. Hoc significat in psalmo ubi ait : *Pluuiam uoluntariam segregans, deus, haereditati tuae, et infirmata est ; tu uero perfecisti eam. Pluuiam* quippe *uoluntariam* non nisi gratiam uult intellegi, non meritis PL 888 redditam sed gratis datam unde et gratia nominatur ; dedit enim eam non quia digni eramus sed quia uoluit. Hoc cognoscentes non fidentes in nobis erimus, et hoc est infirmari. Ipse uero perficit nos qui etiam Paulo apostolo dixit : *Sufficit tibi gratia mea ; nam uirtus in infirmitate perficitur.* Persuadendum ergo erat homini quantum nos dilexerit deus et quales dilexerit : quantum ne desperaremus, quales ne superbiremus. Hunc locum apostolus pernecessarium sic explicat : *Commen-*

---

1. **5/6** Hebr. 11, 13. **6/8** Hebr. 11, 15. **9/10** Ioh. 3, 16 ; 1 Ioh. 3, 1. **10** Ier. 48, 26. **10/11** Rom. 5, 8. **16/18** Ps. 67, *10. **22/23** II Cor. 12, 9. **24** Ioh. 3, 16 ; 1 Ioh. 3, 1. **24/25** Rom. 5, 8. **26/32** Rom. 5, *8-10.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** **23** Persuadendum — **26/27** Commendat *Beda, f. 9v*.

---

**2** abrupti] pti *i. r.* $J^{2}$, abru/pti *1 litt. eras. N*, obru/ti *1 litt. eras. K*, abruti (*corr. 1 m.*) *T* simus $C^{a}$ **4** beatitudinem *S J* μ, beatitudinis *K* °queramus *M*, queremus $R^{a}$ **5** uissa *S* **5/6** peregrinationis (s *eras.*) *C*, *K* **6** °admonemur *I* **7** ad *B C* ipsa $B^{a}$ *C*, istis *T* °redendum *M* °nisi] si *M* **7/8** penderemus] n *superscr.* $K^{2}$, perderemus *B* $S^{2}$ $K^{3}$, perdiremus $J^{2}$ **9** °nobis *om.* R °suadendum *I* quantum] *add.* et quales $K^{2}$ **10** ne] *praem.* quantum $K^{2}$ disperatione *S* **11** dixerit *S*, duxerit $S^{2}$ ostendit (t *alt. eras.*) *T* **13** fortitudinem $C^{a}$ **14** perficeremus $S^{a}$ **15/16** °Hoc — ait *om.* $I^{a}$ **16** salmo *K* °segregat *L*, segrega *M* **17** hereditatis $C^{a}$ tuae] *ita F P T* μ, suae *cett. codd.* et *om. C* **18** °meritis] inmeritis *M* **22** perfecit *S* **23** in *om. C* $N^{a}$ **24** °ergo *om.* $I^{a}$ *Beda* **24/25** dilexerit — quales *om.* $K^{a}$ **25** desperamus $C^{a}$ $J^{a}$, disperaremus *S P Beda P*, desesperaremus *Beda A*

*dat autem,* inquit, *suam caritatem deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.* Item alio loco : *Quid ergo dicemus,* inquit, *ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donauit?* Quod autem factum nobis annuntiatur, hoc futurum ostendebatur et antiquis iustis ut per eandem fidem etiam ipsi humiliati infirmarentur et infirmati perficerentur.

[3] Quia igitur unum est *uerbum dei per quod facta sunt omnia,* quod est incommutabilis ueritas ubi principaliter atque incommutabiliter sunt omnia simul, non solum quae nunc sunt in hac uniuersa creatura, uerum etiam quae fuerunt et quae futura sunt ; ibi autem nec fuerunt nec futura sunt sed tantummodo sunt ; et omnia uita sunt et omnia unum sunt et magis unum est et una est uita. Sic enim *omnia per ipsum facta sunt* ut quidquid *factum est* in his, *in illo uita* sit ; et facta non sit quia *in principio* non factum est uerbum, sed *erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum,* et *omnia per ipsum facta sunt* ; nec *per ipsum omnia facta* essent nisi ipsum esset ante omnia factumque non esset. In his autem quae *per ipsum facta sunt* etiam corpus

---

**32/35** Rom. 8, *31-32. **39** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. **39/40** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **45/47** Ioh. 1, *3-4. **47/49** Ioh. 1, 1. **49** Ioh. 1, 3. **49/50** Ioh. 1, 3 ; Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **50/51** Symb. Nicaen., 10. **51** Ioh. 1, 3.

---

**Codd.** : *B C ; def. A N O S F J K P T (I L M R V).*
**Test.** : **27** autem — **30** ipsum *Beda, f. 9v.*

---

**27** cum] *praem.* si $O^3$ *P* **28** adhuc] d *superscr.* $K^2$, *om.* $B^a$ *C* **29** nunc iustificati *T* **32** ipsius] ip//sius *2 litt. eras. C* **32/33** °inquit dicemus μ **32** dicimus $C^a$ *T* **33** inquit *om.* $S^a$ $P^a$ **33/34** °proprio filio μ **33** filio] *add.* suo *P* **34** eum] illum *J* μ **35** et] etiam *F* nobis omnia *J* μ donauit] u *i. r.* $K^2$, donabit $C^a$ **35/36** nobis factum *P* **35** °factum] *add.* est R **36** °annuntiatur] *praem.* n̄e $K^2$, adnuntiabatur *R* futurum] facturum *T* **37** humiliati] humili/ati *1 litt eras. C* **39** Quia] *praem.* II *B C* °uerbum dei est μ **40** ibi (i *pr. i. r.*) $O^3$ $J^2$, μ **42** °nunc] non *L* **43** ubi $N^a$, (*corr. per ras.*) *O* **44** °sed] nec *M* **45** est uita] *ita N O F K*, uita est *cett. codd.* μ **46** °ut] *s. l.* $C^1$, et *I* **48** °et uerbum erat] *ita J* R, et *B* $C^2$, L, *om. C cett. codd.* μ et *alt.*] *om. B* $O^a$, *eras. C* **51** °his] *i. r.* $C^2$, iis μ

quod uita non est *per ipsum* non fieret nisi *in illo* antequam fieret *uita* esset. *Quod* enim *factum est in illo* iam *uita erat,* et non qualiscumque uita ; nam et anima uita est corporis, sed μ 812 et haec facta est quia mutabilis est, et per quid facta est nisi per *dei uerbum* incommutabile ? *Omnia* enim *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod* ergo *factum est* iam *in illo uita erat,* et non qualiscumque uita, sed *uita erat lux hominum,* lux utique rationalium mentium per quas homines a pecoribus differunt et ideo sunt homines. Non ergo lux corporea quae lux est carnium siue de caelo fulgeat siue terrenis ignibus accendatur, nec humanarum tantum carnium sed etiam belluinarum et usque ad minutissimos quosque uermiculos ; omnia enim haec uident istam lucem. At illa *uita* PL 889 *lux hominum erat nec longe posita ab unoquoque nostrum ; in illa enim uiuimus et mouemur et sumus.* [II **4**] Sed *lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.* Tenebrae autem sunt stultae mentes hominum praua cupiditate atque infidelitate caecatae.

II. Has ut curaret atque sanaret *uerbum, per quod facta sunt omnia, caro factum est et habitauit in nobis.* Inluminatio quippe nostra participatio uerbi est, illius scilicet uitae quae *lux* est *hominum.* Huic autem participationi prorsus inhabiles et minus idonei eramus propter immunditiam peccatorum ; mundandi ergo eramus. Porro iniquorum et superborum una

---

**52** Ioh. 1, 3. **52/53** Ioh. 1, *4. **56** Eccli. 1, *5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, *13. **56/59** Ioh. 1, *3-4. **59/60** Varro, antiqu. (apud Aug., ciu. dei VII, 23 [CC 47, 204, 20/22] : *tertium gradum... animus, in quo intellegentia praeminet ; hoc praeter hominem omnes carere mortales*) ; infra XV, 1, 3/4. **63** Sall., catil., 1, 2 : *alterum cum belluis commune est.* **64/65** Ioh. 1, 4. **65/66** Act. 17, *27-28. **66/67** Ioh. 1, 5.

II. **1/2** Ioh. 1, 14. Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **3/6** Iac. 1, 21. **3/4** Ioh. 1, 4.

---

**Codd.** : *usque ad* **66** lux *def. A ; B C* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*

---

**53** in illo iam] *ita N O F K,* iam in illo *cett. codd. μ* **54** °corporis *om. M* **55** et *pr.*] *s. l.* $C^1$, *om. N S T* quod *K* **59** lux hominum *om. S* **60** pecoribus] pec/oribus *1 litt. eras. J* °differuntur *M* et *om. C* **61** corpoream (m *exp.*) *T* °carnalium $L^a$ **62** terrenis] *praem.* a *S* **63** quoque $N^a$ **64** uermicolos (*corr. 1 m.*) *T* °At] sed *T,* et *M* **65** °posita] possit *R* **66** Sed] et *P* °lux *om.* $I^a$ **67** Tenebrae] *praem.* II (?) $O^a$, *F J* **68** autem] enim *S* **69** °infidelitate] in fide $L^a$.

II.] *om. A B C* $O^a$ *F J,* III *N* **3** participatio] patio $N^a$ est uerbi *J* **3/4** hominum est *T* **6** et superborum *om. S*

mundatio est *sanguis iusti* et humilitas dei, ut ad contemplandum deum quod natura non sumus per eum mundaremur factum quod natura sumus et quod peccato non sumus. Deus enim natura non sumus ; homines natura sumus ; iusti peccato non sumus. Deus itaque factus homo iustus intercessit deo pro homine peccatore. Non enim congruit peccator iusto, sed congruit homini homo. Adiungens ergo nobis similitudinem humanitatis suae abstulit dissimilitudinem iniquitatis nostrae, et factus particeps mortalitatis nostrae fecit participes diuinitatis suae. Merito quippe mors peccatoris ueniens ex damnationis necessitate soluta est per mortem iusti uenientem ex misericordiae uoluntate dum simplum eius congruit duplo nostro. Haec enim congruentia (siue conuenientia uel concinentia uel consonantia commodius dicitur quod est unum ad duo), in omni compaginatione uel si melius dicitur coaptatione creaturae ualet plurimum. Hanc enim coaptationem, sicut mihi nunc occurrit, dicere uolui quam graeci ἁρμονίαν uocant. Neque nunc locus est ut ostendam quantum ualeat consonantia simpli ad duplum quae maxime in nobis reperitur et sic nobis insita naturaliter (a quo utique nisi ab eo qui nos creauit ?) ut nec imperiti possint eam non sentire siue ipsi cantantes siue alios audientes. Per hanc quippe uoces acutiores grauioresque concordant ita ut quisquis ab ea dissonuerit non scientiam, cuius expertes sunt plurimi, sed ipsum sensum auditus nostri uehementer offendat. Sed hoc ut demonstretur longo sermone

---

**7** Matth. 27, 24 ; I Ioh. 1, 7. Phil. 2, 7. **7/8** I Cor. 13, 12. **15/16** cf. Aug., en. in ps. 52, 6 : *filius enim dei particeps mortalitatis effectus est ut mortalis homo fiat particeps diuinitatis.* **16** II Petr. 1, 4.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M* R *V*).

---

**10** hominis $C^a$ $K^a$ **11** peccato] *praem.* a $N^2$ **14** °disimilitudinem $C^a$, dissimilitatem *M* **15** et *om. S K* factus — nostrae *om.* $S^a$ **16** °fecit] *add.* nos $J^2$ μ **17** damptionis (*corr. 1 m.*) *N* **19** Haec] *praem.* III *S P* **19/20** °conuenientia] *add.* conscientia *I* **20** concinentia] continentia *C J* $K^a$ *T* consonantia] a *pr. i. r.* $N^1$ commodius] *ita A C O S J T*, *praem.* uel si quid $A^2$ $O^3$ *cett. codd.* μ **21** °unum est μ **22** °coaptatione] *om. M*, coastatione $M^2$ creatorea $K^a$ **23** sicuti *P* dicecere (ce *pr. eras.*) *T* **24** armoniam *A B C F P T*, armonian *N O S K*, armoniam *J* inuocant $C^a$ **26** maxima *A B* $J^2$ *K* μ in nobis *om.* $A^a$ *B C J K* et] ut *F J K* sic] sit *T* insita] *add.* est $N^2$ $O^3$, *praem.* est *P* **27** °ab eo] a deo *L* ut] *add.* etiam *T* possunt *J* **29** actiores $A^a$ grauiores quae (a *alt. exp.*) *C* **30** dissonauerit *J P T* **30/31** inexpertes *T* **32** ut demonstretur] unde monstretur *T*

opus est ; ipsis autem auribus exhiberi potest ab eo qui nouit in regulari monochordo.

III. [III **5**] Verum quod instat in praesentia quantum donat deus edisserendum est, quemadmodum simplum domini et saluatoris nostri Iesu Christi duplo nostro congruat et quodam modo concinat ad salutem. Nos certe, quod nemo chris- PL 890 tianus ambigit, et anima et corpore mortui sumus, anima propter peccatum, corpore propter poenam peccati ac per hoc et corpore *propter peccatum.* Vtrique autem rei nostrae, μ 813 id est et animae et corpori, medicina et resurrectione opus erat ut in melius renouaretur quod erat in deterius commutatum. Mors autem animae impietas est et mors corporis corruptibilitas per quam fit et animae a corpore abscessus. Sicut enim anima deo deserente sic corpus anima deserente moritur, unde illa fit insipiens, hoc exanime. Resuscitatur ergo anima per poenitentiam, et in corpore adhuc mortali renouatio uitae inchoatur a fide qua creditur *in eum qui iustificat impium,* bonisque moribus augetur et roboratur *de die in diem* cum magis magisque *renouatur interior homo.* Corpus uero tamquam *homo exterior* quanto est haec uita diuturnior magis magisque *corrumpitur* uel aetate uel morbo uel uariis afflictationibus donec ueniat ad ultimam quae ab omnibus mors uocatur. Eius autem resurrectio differtur in finem cum et ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Tunc enim *similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est.* Nunc uero

---

III. **5/6** Eph. 2, 1.5 ; I Petr. 2, 24. **7** Rom. 8, 10. **15/16** Rom. 4, 5. **16/17** II Cor. 4, *16. **18/19** II Cor. 4, *16. **19** Eph. 4, 22. **22** Rom. 4, 25. **23** I Ioh. 3, 2.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** III. **1** Verum — **23** uero *Eug., p. 97, 4-98, 1.*

---

**33** exibere $C^{a}$ **34** monocorde *N P.*

III.] IV *A N*, *om. S P* **1** Verum] *add.* etiam *del. P* praesentiarum $O^{3}$ *F* $T^{2}$ **2** °disserendum *M* est] *add.* et *K* quemadmodum] *add.* ibi est $S^{2}$ **3/4** quodam] *s. l.* $A^{1}$ quodam modo] quemadmodum *T* **4** salutem] *add.* nostram *F* **4/5** christianorum *B* **6** peccati] peccatis $C^{a}$ **7** °peccata *M* utrisque $S^{2}$ **8** et *pr. om. C T* et *tert.*] ex *B N O F K P Eug. D G P v* **9** ut] aut $C^{a}$ in deterius] interius $J^{a}$ **12** deserente] *add.* moritur *T* sic] //ita *2 litt. eras. C*, sic// *2 litt. eras. N* **13** °fit illa *L V* ergo] enim *A B C* **14** ad hoc (*corr. 1 m.*) *P* **17** magis] *praem.* tanto *P* **19** °magis] *praem.* tanto $V^{2}$ μ morbo] moribus *T* **20** afflictationibus] ta *eras. O*, afflic/ationibus *1 litt. eras.* $C^{a}$, afflictionibus $A^{a}$ $F^{a}$ *J K P* μ °ultimum] $K^{2}$ *M* omnibus] hominibus *T* **21** resurrectio] *add.* nostra *eras. C* **22** °et] sic *M* **23** similis $K^{a}$

quamdiu *corpus quod corrumpitur aggrauat animam* et *uita humana super terram tota temptatio est, non iustificatur in conspectu eius omnis uiuens in comparatione* iustitiae qua aequabimur angelis et gloriae *quae reuelabitur in nobis.*

De morte autem animae a morte corporis distinguenda quid plura documenta commemorem, cum dominus in una euangelica sententia utramque mortem cuiuis facile discernendam posuerit ubi ait : *Sine mortuos sepelire mortuos suos* ? Sepeliendum quippe corpus mortuum erat ; sepultores autem eius per infidelitatem impietatis in anima mortuos intellegi uoluit quales excitantur cum dicitur : *Surge qui dormis et exsurge a mortuis, et inluminabit te Christus.* Detestatur autem quandam mortem apostolus dicens de uidua : *Quae autem in deliciis agit uiuens mortua est.* Anima igitur iam pia quae fuit impia propter *iustitiam fidei* dicitur ex morte reuixisse atque uiuere. Corpus autem non tantum moriturum propter animae abscessum qui futurus est, sed propter tantam infirmitatem carnis et sanguinis quodam loco in scripturis etiam mortuum dicitur loquente apostolo : *Corpus quidem,* inquit, *mortuum est propter peccatum ; spiritus autem uita est propter iustitiam.* Haec uita ex fide facta est quoniam *iustus ex fide uiuit.* Sed quid sequitur ? *Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum* PL 891 *Christum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis.*

[**6**] Huic ergo duplae morti nostrae saluator impendit sim-

---

**24** Sap. 9, 15. **24/25** Iob 7, *1. **25/26** Ps. 142, 2. **26** Iob 25, *4. **27** Luc. 20, 36. Rom. 8, 18. **31** Luc. 9, *60 ; Matth. 8, *22. **33** cf. IV, VII, 8. **34/35** Eph. 5, 14. **36/37** 1 Tim. 5, *6. **38** Rom. 4, 13 ; 1, 17. **42/44** Rom. 8, *10. **44/45** Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; Hab. 2, 4. **45/48** Rom. 8, *11.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **24** quamdiu — **49/50** simplam *Eug., p. 98, 1-99, 1.* **39** Corpus — **45** uiuit *Beda, f. 24.*

---

**25** iustificabitur *J T μ* **26/27** quae aequabitur *J* **27** reuellabitur *C* **28** °distinguendo *M* **29** plura] multa *J* °documenta *om. Eug.* (*D G P T v*) °in *om.* R °una *om.* L *M Eug. D G P v* **30** sententia euangelica *J μ* cuius $K^{a}$ *T* **33** °infidelitatis impietatem *μ* pietatis $K^{a}$ **37** deuitiis *C*, diuitiis $C^{2}$ agit] ait *S* uiuens] *praem.* est $S^{2}$ mortua] *s. l.* $T^{1}$ iam] i *i. r.* $N^{2}$ **38** fidei] dei *C* **39** moritur *K* **40** tantum propter $A^{2}$ tantum *A* **41** °quodam — etiam *om. Beda* °loco] *praem.* in *μ* in *om. C* **42** °inquit *om. Beda* **45** suscitauit] u *alt. i. r.* $K^{2}$ **46** Iesum *pr.*] christum *K*, *add.* christum *P T* ex] a *P T μ* **46/47** Iesum Christum] *ita P T Eug.* (*D G P T v*), christum iesum *cett. codd. μ* **47** uiuificauit *S* per] propter $T^{a}$ **48** °nobis *M Eug. P* **49** mortis (s *exp.*) *K*, morte $T^{a}$ °saluator] *add.* noster *μ*

plam suam, et ad faciendam utramque resuscitationem nostram in sacramento et exemplo praeposuit et proposuit unam suam. Neque enim fuit peccator aut impius ut ei tamquam spiritu mortuo in interiore homine renouari opus esset et tamquam resipiscendo ad uitam iustitiae reuocari, sed indutus carne mortali et sola moriens, sola resurgens, ea sola nobis ad utrumque concinuit cum in ea fieret interioris hominis sacramentum, exterioris exemplum.

Interioris enim hominis nostri sacramento data est illa μ 814
uox pertinens ad mortem animae nostrae significandam non solum in psalmo uerum etiam in cruce : *Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti ?* Cui uoci congruit apostolus dicens : *Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.* Crucifixio quippe interioris hominis poenitentiae dolores intelleguntur et continentiae quidam salubris cruciatus, per quam mortem mors impietatis perimitur in qua nos non relinquit deus. Et ideo per talem crucem *euacuatur corpus peccati* ut iam non exhibeamus *membra* nostra *arma iniquitatis peccato.* Quia et *interior homo* si utique *renouatur de die in diem,* profecto *uetus* est antequam renouetur. *Intus* namque agitur quod idem apostolus dicit : *Exuite uos ueterem hominem et induite nouum.* Quod ita consequenter exponit : *Quapropter deponentes mendacium loquimini ueritatem.* Vbi autem deponitur menda-

---

**53** II Cor. 4, 16. **56/58** II Cor. 4, 16. **60/61** Ps. 21, *1 ; Matth. 27, *46 ; Marc. 15, *34. **62/63** Rom. 6, *6. **64** II Cor. 4, 16. **67** Rom. 6, 6. **67/68** Rom. 6, 13. **69** II Cor. 4, *16. **70** Rom. 6, 6 ; Eph. 4, 22. II Cor. 4, 16 ; Eph. 4, 23. II Cor. 4, 16. **71** Eph. 4, *22. **71/72** Eph. 4, *24. **72/73** Eph. 4, *25. **73/74** Eph. 4, 25.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **50** suam — **73/74** mendacium *Eug., p. 99, 1-25.* **58** Interioris — **73/74** mendacium *Beda, f. 15*$^{v}$. **68** Quia — **72** nouum [*excerpt., f. 2*].

---

**50** resurrectionem *J T* **51** in// *2 litt. eras. N* proposuit et reposuit *T*, proposuit et preposuit $T^2$ et proposuit *om. C* unam] n *i. r.* $N^2$ **52** aut impius *om.* $A^a$ ei] etiam *K* tamquam] quam $K^a$ **53** interiorem hominem *S* interiori (i *alt. i. r.*) $N^2$, *J* **54** uiam $P^a$ renouari *T* **55** sola *pr.*] *praem.* ea $S^2$ **56** ad utrumque *om.* $P^a$ utramque *T* **58** °nostris *Bed.* sacramentum *J* **58/59** °data — uox] loquitur *M* **59** °uox *om. Bed.* **60** meus *pr. om. P T* deus meus *alt. om. C* **61** °dereliquisti me *Bed.* °concruit *Beda* **62** est] *add.* cum illo *J P* **62/63** euacuaretur *C* $O^3$ *J K T* **63** ut] *ita* $A^2$, (u *i. r.*) $O^2$, *J T Eug.* (*D G P T v*) *Beda* μ, et $A^a$ *cett. codd.* crucifixo $K^a$ **64** dolores] e *i. r.* $C^2$ **65** quidem (*corr. 1 m.*) *O* °salubres *I* **66** perimur $K^a$ non *om. A C S* μ relinquit] *ita B C N O J* $T^1$ *Eug. D G P T v Beda*, dereliquit *S*, derelinquet *Eug.* $D^2$, reliquit $O^3$ *T cett. codd.* μ **71** °item *Eug. D G v Beda* dicit apostolus *B* dixit *P* **71/72** °et — nouum *om. Beda*

cium nisi *intus* ut habitet *in monte sancto* dei *qui loquitur ueritatem in corde suo* ? Resurrectio uero corporis domini ad sacramentum interioris resurrectionis nostrae pertinere ostenditur ubi postquam resurrexit ait mulieri : *Noli me tangere ; nondum enim ascendi ad patrem meum.* Cui mysterio congruit apostolus dicens : *Si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite ubi Christus est in dextera dei sedens ; quae sursum sunt sapite.* Hoc est enim Christum non tangere nisi cum ascenderit ad patrem, non de Christo carnaliter sapere.

Iam uero ad exemplum mortis exterioris hominis nostri dominicae carnis mors pertinet quia per talem passionem maxime hortatus est seruos suos ut non timeant *eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Propter quod dicit apostolus : *Vt suppleam quae desunt pressurarum Christi in carne mea.* Et ad exemplum resurrectionis exterioris hominis nostri pertinere inuenitur resurrectio corporis domini quia discipulis ait : *Palpate et uidete quia spiritus ossa et carnem non habet sicut me uidetis habere.* Et *unus ex* PL 892 *discipulis eius* etiam cicatrices eius contrectans exclamauit *dicens : Dominus meus et deus meus !* Et cum illius carnis tota integritas appareret, demonstratum est in ea quod suos exhortans dixerat : *Capillus capitis uestri non peribit.* Vnde enim primo : *Noli me tangere ; nondum enim ascendi ad patrem meum,* et unde antequam ascendat ad patrem a discipulis tangitur nisi quia illic insinuabatur interioris hominis sacramentum, hic

---

**74** II Cor. 4, 16. Ps. 14, 1. **74/75** Ps. 14, 3. **77/78** Ioh. 20, 17. **79/81** Col. 3, *1-2. **81/82** Ioh. 20, 17. **82/83** II Cor. 1, 12. **84** II Cor. 4, 16. **86/87** Matth. 10, 28. **88/89** Col. 1, *24. **89/90** II Cor. 4, 16. **91/92** Luc. 24, *39. **92/93** Ioh. 20, *24. **93/94** Ioh. 20, *28. **94/95** Ioh. 20, 26 sqq. **96** Luc. 21, *18. **97** Ioh. 20, 17. **98** Ioh. 20, 20-27.17. **99/100** II Cor. 4,16.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **74** nisi — **99** hic *Eug., p. 99, 25-100, 26.* **74** nisi — **75** suo *Beda, f. 15*$^{v}$.

---

**74** habitet] *ita P Eug. D G P v Beda ;* inhabitet (in *eras.*) *T*, *cett. codd. Eug.* $G^{3}$ *T μ* **76** °interioris] *om.* $J^{a}$, *add.* hominis *M* **77** °postquam resurrexit] post resurrectionem ita *R* mulier *J* **79** °consurrexistis *μ* **80** in dextera] *ita N O*, in dexteram *K*, ad dexteram *cett. codd. Eug.* (*D G P T v*) *μ* **81** Hoc] quid *T* Christum *om.* $B^{a}$ **82** non de Christo] nisi de christo non *T* **82/83** °sapere carnaliter *μ* **84** uero] *add.* et *S* °interioris *I* °nostrae *R* **88** °Vt *om. M* **91** quia] qui ad *A* °discipulis] discipulos *A*, *add.* suis *L M* **92** carnem et ossa *J μ* °uidetis me *L* **93** eius *pr.*] *ita O S F K P*, *om. cett. codd. Eug.* (*D G P T v*) *μ* °contractans *M* **94** illis $N^{a}$ **94/95** integritas tota *F* **94** tota] tanta $A^{a}$ **95** suis $A^{a}$ **96/97** primo] *add.* ait *F*, *add.* dicit *J*

praebebatur exterioris exemplum ? An forte quisquam ita est absurdus atque auersus a uero ut audeat dicere a uiris eum tactum antequam ascenderet, a mulieribus autem cum ascendisset ? Propter hoc exemplum futurae nostrae resurrectionis in corpore quod praecessit in domino dicit apostolus : *Initium Christus, deinde qui sunt Christi.* De corporis enim resurrectione illo loco agebatur propter quam etiam dicit : *Transfigurauit corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae.* Vna ergo mors nostri saluatoris duabus mortibus nostris saluti fuit, et una eius resurrectio duas nobis resurrectiones praestitit μ 815 cum corpus eius in utraque re, id est et in morte et in resurrectione, et in sacramento interioris hominis nostri et exemplo exterioris medicinali quadam conuenientia ministratum est.

IV. [IV **7**] Haec autem ratio simpli ad duplum oritur quidem a ternario numero ; unum quippe ad duo tria sunt. Sed hoc totum quod dixi ad senarium peruenit ; unum enim et duo et tria sex fiunt. Qui numerus propterea perfectus dicitur quia partibus suis completur ; habet enim eas tres : sextam, tertiam, dimidiam ; nec ulla pars alia quae dici possit quota sit inuenitur in eo. Sexta ergo eius unum est, tertia duo, dimidia tria. Vnum autem et duo et tria consummant eundem senarium. Cuius perfectionem nobis sancta scriptura commendat in eo maxime quod *deus sex diebus perfecit opera sua*, et sexto die *factus est homo ad imaginem dei*. Et sexta

---

**101/102** Ioh. 20, 20-27.17. **102/103** Ioh. 20, 17. **104/105** I Cor. 15, *23. **106/107** Phil. 3, *21. **111/112** II Cor. 4, 16.

IV. **10/11** Gen. 1, 1-31. **10** Ex. 31, *17; 20, *11; Gen. 2, *1-2. **11** Gen. 9, *6. Gen. 1, 26-27 ; 5, *1 ; Sap. 2, *23 ; Eccli. 17, *1.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **100** praebebatur — **112** est *Eug., p. 100, 26-101, 11.*

IV. **3** unum — **5** completur, **7** Sexta — **8** tria *pr.*, **10** deus — **11** sua [*Isid., lib. num.*, VII, *28-29* (*PL 83, 184*)].

---

**100** °prebatur $I^a$ °An] anne *Eug.* $D^a$ *G P T v* **101** °uersus R **102** tectum $S^a$ **104** °in corpore *om. I* **105** Christus] christi *C* °deinde] *add.* hi/ *1 litt. eras. I* **106** dicitur *F T* transfigurabit $N^2$ *P T Eug.* (*D G P T v*) **107** conforme/ *1 litt. eras. K* °corpori] corporis *L* **107/108** Vna — fuit *om.* $A^a$ **108** saluatoris nostri *T* motibus $S^a$ °salutis *M*, causa salutis $M^3$ **109** resurrectiones] resurrectionis $C^a$ prestetit $C^a$ **110** id est] distet $A^a$ **111** in *om. A C F J μ* sacramentum *T* exemplo] in exemplum *T.*

IV.] V *A N* $O^a$ **1** ad] d *s. l.* $K^1$ **2** a] ex *A* numero] *add.* ero *exp. C* ad] ac *C*, et $O^3$ *F P* **4** tres $B^a$ **5** °eas] s *i. r.* $N^1$, has R, illas *μ* **6** °potest *M* **9** °senarium] *add.* numerum *M*

aetate generis humani *filius dei uenit* et factus est *filius hominis* ut nos reformaret *ad imaginem dei.* Ea quippe nunc aetas agitur siue milleni anni singulis distribuantur aetatibus, siue in diuinis litteris memorabiles atque insignes quasi articulos temporum uestigemus ut prima aetas inueniatur ab Adam usque ad Noe, inde secunda usque ad Abraham, et deinceps sicut Matthaeus euangelista distinxit *ab Abraham usque ad Dauid, a Dauid usque ad transmigrationem in Babyloniam,* atque inde usque ad uirginis partum. Quae tres aetates coniunctae illis duabus quinque faciunt. Proinde sextam inchoauit natiuitas domini, quae nunc agitur usque ad occultum temporis finem.

Hunc senarium numerum quandam temporis gerere figuram etiam in illa ratione tripertitae distributionis agnoscimus PL 893 qua unum tempus computamus *ante legem,* alterum *sub lege,* tertium *sub gratia.* In quo tempore sacramentum renouationis accipimus ut in fine temporis etiam resurrectione carnis omni ex parte renouati ab uniuersa non solum animi uerum etiam corporis infirmitate sanemur. Vnde intellegitur illa mulier in typo ecclesiae a domino sanata et erecta quam curuauerat infirmitas alligante satana ; de talibus enim occultis hostibus plangit illa uox psalmi : *Curuauerunt animam meam.* Haec autem mulier decem et octo annos habebat in infirmitate, quod est ter seni. Menses autem annorum decem et octo inueniuntur in numero solidi quadrati senarii, quod est sexies seni et hoc sexies. Iuxta quippe est in eodem euange-

---

**12** I Ioh. 3, *8. **12/13** Dan. 7, 13 ; e.a. ; Ioh. 1, 14 ; Phil. 2, 7. **13** II Cor. 3, 18. Gen. 1, 27 ; 9, 6. **18/20** Matth. 1, *17. **26** Rom. 5, *13. **27** Rom. 6, 14. **27/28** Tit. 3, 5-7. **28/29** Symb. Rom.-Mediol.II, 12 ; III, 12 ; Symb. Afric., 11. **29/30** Eph. 4, 23 ; II Cor. 4, 16. **31/32** Luc. 13, 11-13.16. **33/34** Ps. 56, *7. **34/35** Luc. 13, 16.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **16** prima — **20** partum, **22** sextam — **23** finem [*Isid., lib. num.*, VII, *26, 29* (*PL 83, 185*)].

---

**14** mille *T* **15** commemorabiles *K* **16** inuestigemus $S^2$ *F* **18** ab *om.* $J^a$ $K^a$ **19** °a] a/ *1 litt. eras. N V*, *praem.* et *V* °transgrationem *I* in *om. A P* **20** °babiloniae *P*, babilonis *I* uirgines $O^a$ **21** illis duabus coniunctae *C* **22** sexta *F K* a natiuitate *F* **24** quandam] *praem.* quasi $K^2$ gereret *K* **25** ° in *om. M* rationem (m *exp.*) *C* **26** qua] quia (i *exp.*) *A*, *T* °computauimus *L* **27** sacramento $C^a$ **28** accepimus *A B S J* $\mu$ finem *J* **29** °animae $C^2$ $L^2$ $\mu$ **31** in *om.* $B^a$ *C* sanata a domino *T* °a domino *om. I* **32** enim *om. C* **33** °incurauerunt *I* **34** habebat annos *S* **35** seni] s *i. r.* $K^2$ °annorum *om. I* **35/36** decem et octo] xviii *J* **37** sexies *alt.*] sexsiensi $C^a$

lii loco arbor quoque illa ficulnea cuius miseram sterilitatem etiam tertius annus arguebat. Sed ita pro illa intercessum est ut dimitteretur illo anno, ut si fructum ferret, bene ; sin aliter, excideretur. Nam et tres anni ad eandem tripertitam distributionem pertinent, et menses trium annorum quadratum senarium faciunt, quod est sexies seni.

[8] Annus etiam unus si duodecim menses integri considerentur quos triceni dies complent (talem quippe mensem ueteres obseruauerunt quem circuitus lunaris ostendit), senario numero pollet. Quod enim ualent sex in primo ordine numerorum qui constat ex unis ut perueniatur ad decem, hoc ualent sexaginta in secundo ordine qui constat ex denis ut perueniatur ad centum. Sexagenarius ergo numerus dierum μ 816 sexta pars anni est. Proinde per senarium primi uersus multiplicatur tamquam senarius secundi uersus et fiunt sexies sexageni, trecenti et sexaginta dies, qui sunt integri duodecim menses. Sed quoniam sicut mensem circuitus lunae ostendit hominibus sic annus circuitu solis animaduersus est, restant autem quinque dies et quadrans diei ut sol impleat cursum suum annumque concludat ; quattuor enim quadrantes faciunt unum diem quem necesse est intercalari excurso quadriennio quod bissextum uocant ne temporum ordo turbetur. Etiam ipsos quinque dies et quadrantem si consideremus, senarius numerus in eis plurimum ualet ; primo quia sicut fieri solet ut a parte totum computetur, non sunt iam dies quinque sed potius sex ut quadrans ille accipiatur pro die ; deinde quia in ipsis quinque diebus sexta pars mensis est, ipse autem quadrans sex horas habet ; totus enim dies, id est cum sua nocte,

---

**38/41** Luc. 13, 6-9.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** **50** Sexagenarius — **53** dies [*Isid.*, *lib. num.*, VII, *30* (*PL 83*, *185*)].

---

**39** agnus (*corr. 1 m.*) *C* **40** demitteretur $K^{a}$, dimiteretur $T^{a}$ **41** exideretur $T^{a}$ **42** pertineant (a *eras.*) *C* **43** sexsiens $C^{a}$ **44** duodicem *C*, duodicim $C^{2}$ **46** °ueteres] *praem.* etiam *I* **47** uallent (l *pr. eras.*) *C* **48** °unus *M* **49** sexaginta] lx (ta *s. l.*) *B*, lx *N O* **51** est anni *P* ani $C^{a}$ **52** sexsiens $C^{a}$ **53** sexagini *C* trecenti] ccc *J* °et *om. I* sexaginta] lx *N O J* **54** menses] mensis $K^{a}$ circuitus] *i. mg.* $C^{1}$ **55** °circuitus *R* **56** dies *om. C* quadran/ *1 litt. eras.* $N^{a}$ **57** claudat *P* **58** unum *om.* $C^{a}$ intercallari (l *pr. eras.*) *C* °excursu *K*, ex cursu *R* quadrigennio $C^{a}$ **59** turbetur] confundatur *C* **60** °dies quinque *μ* quinque *om. J* **61** °primo] primum *A C T M*, *praem.* et *R* **62** °dies iam *I* quinque dies *P T* **63** in *om. P* **65** id est *om. T*

uiginti quattuor horae sunt quarum pars quarta qui est quadrans diei sex horae inueniuntur. Ita in anni cursu senarius numerus plurimum ualet.

v. [V **9**] Nec immerito in aedificatione dominici corporis, in cuius figura templum a iudaeis destructum *triduo* se resuscitaturum esse dicebat, numerus ipse senarius pro anno po- PL 894
situs intellegitur. Dixerunt enim : *Quadraginta et sex annis aedificatum templum*, et quadragies sexies seni fiunt ducenti septuaginta sex. Qui numerus dierum complet nouem menses et sex dies qui tamquam decem menses parientibus feminis imputantur, non quia omnes ad sextum diem post nonum mensem perueniunt, sed quia ipsa perfectio corporis domini tot diebus ad partum perducta comperitur sicut a maioribus traditum suscipiens ecclesiae custodit auctoritas. Octauo enim kalendas apriles conceptus creditur quo et passus ; ita *monumento nouo* quo sepultus est *ubi nullus erat positus mortuorum* nec ante nec postea congruit uterus uirginis quo conceptus est ubi nullus seminatus est mortalium. Natus autem traditur octauo kalendas ianuarias ; ab illo ergo die usque ad istum

---

v. **1** Ioh. 2, 21 ; Eph. 4, 12. **2/3** Ioh. 2, *19.*20 ; Matth. 26, *61 ; 27, *40 ; Marc. 14, *58. **4/5** Ioh. 2, *20. **5/21** cf. Aug., diu. quaest. LXV, 65 (PL 40, 39). **12/13** Matth. 27, 60 ; Marc. 15, *46. **13/14** Luc. 23, *53 ; Ioh. 19, *41. **14/15** Luc. 1, 31 ; Matth. 1, 21 ; Is. 7, 14.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** v. **1** Nec — **16** istum *Eug., p. 881, 25-882, 12.* **1** in — **3** senarius, **4** Dixerunt — **5** templum, **5** quadragies — **7** dies, **11** Octauo — **12** creditur [*Isid., lib. num.*, XXIV, *100-101* (*PL 83, 198*)].

---

**66** uiginti quattuor] xxiiii *N O K*, xxiiii $O^2$ quattuor] iiii (or *s. l.*) *J*, *praem.* et *P* °qui] quae $M^3$ μ, quod *R* **67** inueniuntur] i *alt. s. l.* $J^1$ cursum *T* **68** plurimum numerus *F*.

v.] *om. A B C*, VI *N* $O^a$ **1** corporis dominici *A P T* μ **2** distructum *C* se] *eras. J* **2/3** suscitaturum *T* **3/4** possitus (s *pr. exp.*) *C* **4** °enim] *add.* quia *Eug.* (*V*) quadraginta et sex] xl et vi *N O P*, xlvi *Eug.* (*V*) °et *om.* $I^a$ **5** aedificatum] *add.* est $A^2$ $B^2$ *S T* μ, *add.* esse *F* quadragiens *C* sexsiens $C^a$ **5/6** ducenti septuaginta sex] cclxx sex *N O*, cclxxvi *K P Eug.* (*V*), *add.* dies *J T* **6** nouem] viiii *Eug.* (*V*) **7** sex] vi *Eug.* (*V*) decem] x *N* **8** nonum] nouem *J K* **9** mensis *K*, menses *J* $K^2$ perueniant *B* corporis] r *pr. s. l.* $K^1$ **11** °traditum] dictum *Eug.* (*V*) actoritas $T^a$ octauum $C^a$ $K^a$, octaua *S*, viii *J P Eug.* (*V*) **12** apriles] *ita C S T Eug.* (*V*), aprl *N*, aprī *J*, aprilis $S^2$ *cett. codd.* μ ita] *add.* etiam *J* **13** nullus] nemo *T* **13/14** °mortuorum positus μ **14** antea *A T* °quo] quia ibi christus $R^a$ **15** est seminatus *T* °est *om. M* **16** octauum $C^a$, viii *B J K P Eug.* (*V*)

computati ducenti septuaginta sex reperiuntur dies, qui senarium numerum quadragies sexies habet. Quo numero annorum *templum aedificatum est* quia eo numero senariorum corpus domini perfectum est quod mortis passione destructum *triduo* resuscitauit. *Dicebat enim hoc de templo corporis sui* sicut euidentissimo et robustissimo euangelii testimonio declaratur {quo ait : *Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus*}.

VI. [VI **10**] Ipsum autem *triduum* non totum et plenum fuisse scriptura testis est ; sed primus dies a parte extrema totus annumeratus est ; dies uero tertius a parte prima et ipse totus ; medius autem inter eos, id est secundus dies, absolute totus uiginti quattuor horis suis, duodecim nocturnis et duodecim diurnis. Crucifixus est enim primo iudaeorum uocibus *hora tertia* cum esset dies sexta sabbati ; deinde in ipsa cruce suspensus *hora sexta* et spiritum tradidit *hora nona* ; sepultus est autem *cum iam sero factum esset* sicut sese habent uerba euangelii, quod intellegitur in fine diei. Vndelibet ergo μ 817
incipias etiam si alia ratio reddi potest quomodo non sit contra euangelium Iohannis ut hora tertia ligno suspensus intellega-

---

**19** Ioh. 2, *20. **20/21** Ioh. 2, *19.*20 ; Matth. 26, *61 ; 27, *40 ; Marc. 14, *58. **21** Ioh. 2, *21. **23/25** Matth. 12, 40.

vi. **1** Matth. 26, 61 ; 27, *40 ; Marc. 14, 58 ; Ioh. 2, *19-20. **6/7** Marc. 15, 25. **7/8** Marc. 15, 33 ; Matth. 27, 45. **8** Marc. 15, 34.37 ; Matth. 27, 46.50. **9** Marc. 15, *42.46 **12** Ioh. 19, 14.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 17** computati — **22/23** declaratur *Eug., p. 882, 12-18.* **17** computati — **21** sui [*Isid., lib. num.,* XXIV, *102* (*PL 83, 198*)].

---

**17** ducenti lxx sex *N O*, cclxxvi *K P Eug.* (*V*) sex] *praem.* et *A B C J T μ* reperiunt *T* **18** quadragiens sexsiens $C^a$, sexies quadragies *T* habet] *ita O T Eug.* (*V*), habent $O^3$ *cett. codd. μ* **19** quia] qui $S^a$ eo] *praem.* in *F* **21** post triduum *S* °reedificauit *T*, edificabit *M* **22** °euidentissime *Eug.* (*V*) et robustissimo *om. S* °robustissime *Eug.* (*V*) **23/25** quo — noctibus *om.* $A^a$ *C* $O^a$ *S J P T Eug.* (*V*) **23** quo] quod *N*, (d *eras.*) $O^3$, *praem.* vi de *F* iona $O^3$ **24** erit] *ita B N μ*, *add.* et $A^2$ $O^3$ *F K*.

vi.] *om. A B C F*, vii *N* $O^a$ **3** uero] uerus (*corr. 1 m.*) *C*, autem *J* **4/5** absolui $K^a$ **5** totus] totos $C^a$, totis $L^a$ $V^2$, *praem.* et *K*, *add.* et *J* $K^2$ uiginti quattuor] xxiiii *J P* duodicem *C*, duodicim $C^2$, xii *J P* **6** duodicem *C*, xii *J P* diurnis] di//urnis *2 litt. eras. N* **7** dies] s *s. l.* $C^1$ sextus *T* **8** suspensus] *add.* est *C* $N^2$ *μ* et *om. S* tradedit $C^a$ **9** se $N^a$ *O S* **10** °finem *M*

tur, totum diem primum non comprehendis. Ergo a parte extrema totus computabitur sicut tertius a parte prima. Nox enim usque ad diluculum quo domini resurrectio declarata est ad tertium pertinet diem *quia deus qui dixit de tenebris lumen clarescere* ut per gratiam noui testamenti et participationem resurrectionis Christi audiremus : *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino,* insinuat nobis quodam modo quod a nocte dies sumat initium. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem ita isti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur. Ab hora ergo mortis usque ad diluculum resurrectionis PL 895 horae quadraginta ut et ipsa nona connumeretur, cui numero congruit etiam uita eius super terram post resurrectionem in quadraginta diebus.

Et est iste numerus in scripturis frequentissimus ad insinuandum mysterium perfectionis in quadripertito mundo ; habent enim quandam perfectionem decem, et ea quater multiplicata faciunt quadraginta. A uespera autem sepulturae usque ad diluculum resurrectionis triginta sex horae sunt, qui est quadratus senarius. Refertur autem ad illam rationem simpli ad duplum ubi est coaptationis maxima consonantia. Duodecim enim ad uiginti quattuor simplo ad duplum conueniunt et fiunt triginta sex, nox tota cum die toto et nocte tota, neque hoc sine illo sacramento quod supra memoraui. Non absurde quippe spiritum diei comparamus, corpus autem nocti ; dominicum enim corpus in morte ac resurrectione et spiritus nostri figuram et corporis gerebat exemplum. Etiam

---

**16/17** II Cor. 4, *6. **18/19** Eph. 5, *8. **20/21** Gen. 1, 4-5.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**13** totum] *praem.* si *C* comprehendes *T* a parte] aperte $T^a$ **16** pertinet diem] *ita N O S F K T*, diem pertinet *cett. codd.* μ deus] *praem.* dominus *T* °qui *om.* $R^a$ lucem *T* μ **17** °clarescere] splendescere *L* **18** resurrectione $C^a$ auderemus $C^a$ **19** lux] *add.* estis *F* **19/20** quodam modo] *bis, alt. exp. C* **20** sumat] t *s. l.* $C^1$ prima *C* **24** horae] *add.* sunt $A^2$ $O^3$ *F J K* $P^2$ μ quadraginta] xl *P*, *add.* sunt *T* et] etiam *A T* μ, ex *N O S P* ipsa] *add.* hora $A^2$ *F K T* μ **25** etiam] et *A* **26** quadraginta] xl *P* **27** est *om. S K* frequentissimus in scripturis *A* μ **28** mundo] modo $A^a$ **29** °habet *I* **30** °faciunt] fiunt *M* quadraginta] xl *J P* uespera] *ita* $B^2$ *N O K*, uespere $B^a$ *cett. codd.* μ **31** treginta $C^a$, xxx *N O* triginta sex] xxxvi *J P* **32** Refertur] refe/tur *1 litt. eras.* $C^a$ **34** uiginti quattuor] xxiiii *P* **35** triginta sex] xxxvi *J P* treginta *C*, xxx *N O* sex] *praem.* et *C T* **36** ullo $S^a$ commemoraui *F J K* **37** °comparauimus (ui *eras.*) *L* **38** ac] et *T* **39** generebat *C* Etiam *om.* $A^a$

sic ergo apparet illa ratio simpli ad duplum in horis triginta sex cum duodecim ad uiginti quattuor conferuntur. Et horum quidem numerorum causas cur in scripturis sanctis positi sint potest alius alias indagare uel quibus istae quas ego reddidi praeponendae sint uel aeque probabiles uel istis etiam probabiliores ; frustra tamen eos esse in scripturis positos et nullas esse causas mysticas cur illic isti numeri commemorentur nemo tam stultus ineptusque contenderit. Ego autem quas reddidi uel ex ecclesiae auctoritate a maioribus tradita uel ex diuinarum scripturarum testimonio uel ex ratione numerorum similitudinumque collegi. Contra rationem nemo sobrius, contra scripturas nemo christianus, contra ecclesiam nemo pacificus senserit.

VII. [VII **11**] Hoc sacramentum, hoc sacrificium, hic *sacerdos*, hic *deus* antequam missus ueniret factus ex femina — omnia quae sacrate atque mystice patribus nostris per angelica miracula apparuerunt siue quae per ipsos facta sunt similitudines huius fuerunt ut omnis creatura factis quodam modo loqueretur unum futurum in quo esset salus uniuersorum a morte reparandorum. Quia enim ab uno deo summo et uero per impietatis iniquitatem resilientes et dissonantes de- μ 818 fluxeramus et euanueramus in multa discissi per multa et inhaerentes in multis, oportebat nutu et imperio dei miserantis

---

VII. **1** Hebr. 7-8 ; Ps. 109, 4 ; Hebr. 5, 6. **2/5** cf. II, VII, 6/11. **2** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15 ; Ioh. 1, 1. Gal. 4, 4. **5/6** Rom. 5, 18 ; 1 Cor. 15, 21. **7/8** Ioh. 17, *3 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 1. **8** cf. IV, III, 33.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**40/41** triginta sex] XXXVI *J P* **40** treginta *C*, XXX *N O* **41** duodecim] XII *J P* °conferuntur ad uiginti quatuor μ uiginti quattuor] XXIIII *J N O*, [or] xxiiii *P* °referuntur *I* $R^a$ **42** quidem $A^2$ positae *C F* **46** causas esse *A B C P* μ commemorantur *J* **47** ineptus qui $S^2$ contenderet $K^a$ **48** a *om. K* tradita] *ita A B C O S J*, traditas $A^2$ $O^3$ *cett. codd.* μ uel *alt.*] *praem.* quae *S* ex *alt. om. T* **49** °testimonio scripturarum μ testimoniis *S J* uel] *praem.* quae *F K*, *add.* quae $K^2$ **50** °similitudinemque *M*.

VII.] VI *A K*, V *B C*, VIII *N* $O^a$ **2** uenisset *T* **3** patribus] *praem.* siue *T* **5** omnes $C^a$ **6** est *N* **7/8** uero deo et summo *A C F P* μ **8** °impietatem iniquitatis *T*, impietates iniquitatis *M* **9** °descisi *S*, descissi $S^2$, discessi $K^a$, dicissi *L*, discisi $V^a$

ut ipsa multa uenturum conclamarent unum, et a multis conclamatus ueniret unus, et multa contestarentur uenisse unum, et a multis exonerati ueniremus ad unum, et multis *peccatis* in anima *mortui* et *propter peccatum* in carne morituri amaremus sine peccato mortuum in carne pro nobis unum, et in resuscitatum credentes et cum illo *per fidem* spiritu resurgentes iustificaremur in uno iusto facti unum, nec in ipsa carne nos resurrecturos desperaremus cum multa *membra* intueremur praecessisse nos *caput unum* in quo *nunc per fidem* mundati et *tunc per speciem* redintegrati et per mediatorem deo reconciliati haereamus uni, fruamur uno, permaneamus unum. PL 896

VIII. [VIII **12**] Sic ipse *filius dei, uerbum dei* et idem ipse *mediator dei et hominum filius hominis, aequalis patri* per diuinitatis unitatem et particeps noster per humanitatis susceptionem, patrem interpellans pro nobis per id quod *homo* erat nec tamen tacens quod *deus* cum patre *unum* erat et inter cetera ita loquitur : *Non pro his autem rogo,* inquit, *tantum*

---

**13** Matth. 11, 28. **13** sqq. Rom. 5, 12 sqq. **13/14** Eph. 2, 1.5 ; 1 Petr. 2, 24. **14** Rom. 8, 10. **16/17** Col. 2, 12. Rom. 3, 28 ; 5, 9 ; Gal. 2, 17. **17** Col. 4, 11. Ioh. 17, 21-22. **17/18** 1 Cor. 15, 51-52. **18** 1 Cor. 12, 12. **19** Eph. 1, 22 ; 5, 23 ; Col. 1, 18. **19/20** 1 Cor. 13, 12 ; 11 Cor. 5, 7. **20/21** Gal. 3, 20 ; 1 Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24.

VIII. **1** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. **1/2** 1 Tim. 2, 5. **2** Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **2/4** uide Symb. 'Quicumque,' 31.33 ; Phil. 2, 6-7. **4** Rom. 8, 34. **4/5** uide Symb. 'Quicumque,' 29.30.32.35. **5** Symb. Nicaen., 8 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15 ; Ioh. 1, 1. Ioh. 17, 21-22. **6/11** Ioh. 17, *20-22.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**13** et *pr.* — unum *om. C* **14** anima/ *1 litt. eras. N*, ama *S*[a] morituri] i *pr. s. l. K*[1] **15** peccatum *C*[a] **16** °resuscitatum] *add.* unum *O*[3], resuscitato uno *i. r. I*[1] spiritu] *praem.* in *J* **16/17** resurregentes (re *alt. exp.*) *C* **17** °iustificemur *M* **18** desperaremus] disperaremus *S*, *praem.* non *exp. K* **20** redentegrati *C*[a] et *alt. om. A*[a] *C P* **21** maneamus *F* °unum] *praem.* in *M.*

VIII.] *om. A B C*, IX *N O*[a] **1** °Sic] hic *I* uerbum dei *om. J*[a] **2/3** diuinitates (*corr. 1 m.*) *J* **5** tacens] agens *K*, egens *K*[2] et] *ita N O S K*, *om. O*[3] *S*[2] *cett. codd.* μ **6** inquit *om. J*[a]

*sed et pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi illis ut sint unum sicut et nos unum sumus.*

IX. [IX] Non dixit : 'Ego et ipsi unum,' quamuis per id quod *ecclesiae caput est* et *corpus eius* ecclesia posset dicere : 'Ego et ipsi' non unum sed 'unus,' quia *caput* et *corpus unus est Christus*. Sed diuinitatem suam consubstantialem patri ostendens (propter quod et alio loco dicit : *Ego et pater unum sumus*), in suo genere, hoc est in eiusdem naturae consubstantiali parilitate, uult esse suos *unum* sed in ipso quia in se ipsis non possent dissociati ab inuicem per diuersas uoluntates et cupiditates et immunditiam peccatorum ; unde mundantur per mediatorem *ut sint* in illo *unum* non tantum per eandem naturam qua omnes ex hominibus mortalibus *aequales angelis fiunt* sed etiam per eandem in eandem beatitudinem conspirantem concordissimam uoluntatem in unum spiritum quodam modo caritatis igne conflatam. Ad hoc enim ualet quod ait : *Vt sint unum sicut et nos unum sumus, ut* quemadmodum pater et filius non tantum aequalitate substantiae sed etiam

---

IX. **1** Ioh. 17, 20-22. **2** Eph. 5, *23 ; Col. 1, *18. Eph. 1, *23 ; 5, 23. **3** Ioh. 17, 20-22. Eph. 1, 22 ; 5, 23 ; Col. 1, 18. Eph. 1, 23 ; 5, 23 ; Col. 1, 18 ; Rom. 12, 5 ; 1 Cor. 12, 12. **3/4** 1 Tim. 2, 5 ; 1 Cor. 8, 6 ; 12, 20. **4** Symb. Nicaen., 10 ; uide Symb. 'Quicumque,' 29.31. **5/6** Ioh. 10, 30. **6** Symb. Nicaen., 10. **7** Ioh. 17, 20-22. **10** Gal. 3, 20 ; 1 Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24. Ioh. 17, 22.* 21. **11/12** Luc. 20, *36 ; Matth. 22, *30 ; Marc. 12, *25. **15/19** Ioh. 17, 22. **16** Symb. Nicaen., 10 ; uide Symb. 'Quicumque,' 29.31.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** IX. **1** Non — **5** ostendens, **7** uult — **8** uoluntates [*Alcuin., trin. II*, 1 (*PL 101, 24*)].

---

**7** et *om. O* $K^a$ **8** omnis $K^a$ **9** ut] et $S^2$ *J T* **10** °illis] eis *μ* **11** summus (m *pr. exp.*) *C.*

IX.] *om. A B C P*, x *N* $O^a$ **1** ego] e/go *1 litt. eras. J* unus $S^2$ **2** possit *K* **3** Ego] *om. J, praem.* et *K* ipse $K^a$ **4** consustantialem $C^a$ **5** ostendens] *add.* hoc ait *J* et *pr. om. J* **6** in *pr.*] *praem.* IX *P* **6/7** consustanciali $C^a$ **7** paralitate $C^a$ **8** °possunt *T*, possint *R* uoluptates *A B F P μ* **9** immunditias *N O P μ* **11** qua] quia *C* omnes] homines *T* **12** °fiunt] sunt *M* eandem *pr.*] *add.* caritatem *K* $P^2$ **12/13** conspirantes *T* **13** concordissima uoluntate *T* concordissimam] *praem.* per $K^2$ spiritum unum *K* **13/14** quadā/*1 litt. eras. K* **14** °igne caritatis *μ* conflati $O^3$ *F K T* **15** et *om. A C T* °sumus] summus (m *pr. exp.*) *C, om.* $L^a$ °ut *alt. om. M*

uoluntate *unum* sunt, ita et hi inter quos et deum *mediator* est filius non tantum per id quod eiusdem naturae sunt sed etiam per eandem dilectionis societatem *unum sint.* Deinde idipsum quod *mediator* est per quem reconciliamur deo sic indicat : *Ego,* inquit, *in eis et tu in me ut sint consummati in unum.*

x. [X **13**] Haec est uera pax et cum creatore nostro nobis firma conexio purgatis et reconciliatis per mediatorem uitae sicut maculati et alienati ab eo recesseramus per mediatorem mortis. Sicut enim diabolus superbus hominem superbientem (μ 819) perduxit ad mortem, ita Christus humilis hominem obedientem reduxit ad uitam ; quia sicut ille elatus cecidit et deiecit consentientem, sic iste humiliatus surrexit et erexit credentem. Quia enim non peruenerat diabolus quo ipse perduxerat (mortem quippe spiritus in impietate gestabat sed mortem (PL 897) carnis non subierat quia nec indumentum susceperat), magnus homini uidebatur princeps in legionibus daemonum per quos fallaciarum regnum exercet. Sic hominem per elationis typhum potentiae quam iustitiae cupidiorem aut per falsam philosophiam magis inflans aut per sacra sacrilega inretiens, in quibus etiam magicae fallaciae curiosiores superbioresque animas deceptas inlusasque praecipitans, subditum tenet pollicens etiam purgationem animae per eas quas τελετάς

---

**17** Ioh. 17, 21. **17/18** 1 Tim. 2, 5. **20** Gal. 3, 20 ; 1 Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24. **21** Ioh. 17, 23.

x. **2/3** Col. 1, 21-22. **2** Rom. 5, 10-11. Gal. 3, 20 ; 1 Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24. Ioh. 3, 16 ; 5, 24 ; 1 Ioh. 3, 14 ; 4, 9 ; e.a. **3** Eph. 4, 18 ; Col. 1, 21. **3/5.6/7** Gen. 3, 1 sqq. ; Sap. 2, 24 ; Hebr. 2, 14. **5.7** Phil. 2, 7-8. **6** Ioh. 3, 16 ; 5, 24 ; 1 Ioh. 3, 14 ; 4, 9 ; e.a. **12 sqq.** cf. Porph., regr. anim. (uide J. J. O'Meara, "Porphyry's Philosophy from Oracles in Augustine", Études Augustiniennes, Paris, 1959, p. 152-154).

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **19** Deinde — **21** unum *Eug., p. 101, 14-16.*

x. **1** Haec — **17** τελετάς *Eug., p. 101, 16-102, 6.* **4** Sicut — **7** credentem *Prosp., sent.* LIX (*PL 51, 436*) ; [*Alcuin., trin. III,* XII (*PL 101, 45*)].

---

**17** et *pr. om.* $A^a$ *T* °hi] *om. C S*, hii $M^3$, ii μ mediator] a *s. l.* $C^1$ **19** °Deinde] *praem.* x *P*, sed per R.

x.] *om. A B C P*, XI *N* $O^a$ **1** °et] ut sit $O^3$ *I* **3** maculati] *praem.* et (?) *eras. T* abalienati *T* **4** superbus] superbi *K*, superbiens $K^2$ **5** °ita *om. Prosp.* **6** °reduxit] perduxit *M* quia] qui $C^a$ deiecit// *2 litt. eras. T* **6/7** consentientem] nt *s. l.* $C^1$, en *s. l.* $N^1$ **8** Quia] *praem.* XI *P* **9** impietatem *NO* **13** typum *B C F J* ; tifum *N*, (?) *O* ; tipum (p *superscr.*) $O^2$, *K* ; thypum *S*, thyphum $S^2$ °per *om. I* **14** sacrilegia *K* **15** etiam *om. C* **16** animas — inlusasque *om. T* praecipitans] *ita B T Eug.* (*D G P T v*) μ, praecipitant *cett. codd.* tenebat *T* **17** publicens $C^a$ telaetas *A C*, teletas *B*, teletas *N O S F I P T*, telętas *K*

appellant transfigurando *se in angelum lucis* per multiformem machinationem *in signis et prodigiis mendacii.*

xi. [XI **14**] Facile est enim spiritibus nequissimis per aeria corpora facere multa quae mirentur animae terrenis corporibus aggrauatae etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus et exercitationibus modificata in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent ut hi qui numquam talia uiderunt narrata uix credant, quid magnum est diabolo et angelis eius de corporeis elementis per aeria corpora facere quae caro miretur aut etiam occultis inspirationibus ad inludendos humanos sensus phantasmata imaginum machinari quibus uigilantes dormientesue decipiat uel furentes exagitet ? Sed sicut fieri potest ut homo uita ac moribus melior spectet nequissimos homines uel in fune ambulantes uel multimodis motibus corporum multa incredibilia facientes nec ullo modo talia facere concupiscat nec eos propterea sibi praeponendos existimet, sic anima fidelis et pia non solum si uideat, uerum etiam si propter fragilitatem carnis exhorreat miracula daemonum, non ideo tamen aut non se posse talia dolebit aut ob hoc illos meliores esse iudicabit, cum sit praesertim in societate sanctorum qui per uirtutem dei cui cuncta subiecta sunt et minime fallacia et multo maiora fecerunt siue homines siue angeli boni.

---

**18** II Cor. 11, 14. **19** II Thess. 2, *9.

xi. **2/3** Sap. 9, 15 ; II Cor. 5, 4. **20** I Cor. 15, 27-28.

---

**Codd. :** xi, **2** quae — xiii, **28** exemplum *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. : 18** appellant — **19** mendacii *Eug., p. 102, 6-7.*

xi. **1** Facile — **21** boni *Eug., p. 102, 10-103, 7.*

---

**19** °mendacibus *M Eug.* $P^2$.

xi.] VII *A*, VI *B C*, XII *N* $O^a$, *om. P* **3** etiam *om.* $S^a$ molioris *K*, mollioris $K^2$ °Si] sic *M* **4** excitationibus *K* **5** hominibus *om. J* **6** °hii *F*, hi/ *1 litt. eras. K*, ii *μ* ° talia numquam *L* uiderunt talia *F μ* **7** °magnum] mirum $L^a$ **8** quae] *om. C*, quod $C^2$ **9** sensus] u *i. r.* $K^2$ phantasma *C* **10** °dormientesque *Eug. (D G P T v)* decipiant *S* **11** exagitent *S* **12** /spectet *1 litt. eras. C*, spectans *S*, expectet *K* in fune] in fine $K^a$, infime *T* **13** °multimodis] multis *T*, multis modis *M* **14** facere talia *B μ*, faceret alia *C* °talia] tale aliquid *Eug. (D G P T v)* **15** fideles (*corr. 1 m.*) *C* **16** uideat] odiat *S* **17** °se non *N* $V^2$ °se *om.* $I^a$ *V* **18** posse/ *1 litt. eras. O* aut — iudicabit *om. C* ab $S^a$ **19** sint *S F Eug. D* $G^a$ *P* societatem *N*, societato (*corr. 1 m.*) *T.*

XII. [XII **15**] Nequaquam igitur per sacrilegas similitudines et impias curiositates et magicas consecrationes animae purgantur et reconciliantur deo quia falsus mediator non traicit ad superiora, sed potius obsidens intercludit uiam per affectus quos tanto maligniores quanto superbiores suae societatis inspirat, qui non possunt ad euolandum pinnas nutrire uirtutum sed potius ad demergendum pondera exaggerare uitiorum tanto grauius animae ruiturae quanto sibi uidetur euecta sublimius. Proinde sicut magi fecerunt diuinitus moniti quos ad humilitatem domini adorandam stella perduxit, ita et nos non qua uenimus sed *per aliam uiam in patriam* redire debemus quam rex humilis docuit et quam rex superbus humili regi aduersarius obsidere non possit. Et nobis enim ut adoremus humilem Christum *caeli* enarrauerunt *gloriam* PL 898
*dei* cum *in omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis* μ 820
*terrae uerba eorum.*

Via nobis fuit ad mortem *per peccatum in Adam* : *Per unum* quippe *hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt.* Huius uiae mediator diabolus fuit, persuasor peccati et praecipitator in mortem ; nam et ipse ad operandam duplam mortem nostram simplam attulit suam. Per impietatem namque mortuus in spiritu, carne utique mortuus non est ; nobis autem et impietatem persuasit et propter hanc ut in mortem carnis uenire mereremur effecit. Vnum ergo appetiuimus iniqua suasione ; alterum nos secutum est iusta damnatione. Propterea quippe scriptum est :

---

XII. **3** Rom. 5, 10-11. **9/11** Matth. 2, *12. **10** Matth. 2, 9-11. **14/15** Ps. 18, 1. **15/16** Ps. 18, *5. **17** Rom. 5, 12. 1 Cor. 15, 22. **17/20** Rom. 5, *12. **20/21** Gen. 3, 1 sqq. ; Sap. 2, 24 ; Hebr. 2, 14.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*

**Test.** : XII. **1** Nequaquam — **9** sublimius *Eug., p. 103, 10-17.*

---

XII.] *om. B C*, XIII *N* $O^{a}$, XI *J* **2** curiositatis $C^{a}$ **3** quia] qui $C^{a}$ **5/6** suae societatis superbiores *T* °societati *μ* **6** pinnas] *ita C O S K*, pennas $C^{2}$ $O^{3}$ $S^{2}$ $K^{2}$ *cett. codd. μ* **7** ad emergendum $S^{a}$ **8** anima ruitura *B μ* °uidentur $O^{3}$ $L^{2}$, uidebatur *R* **9** °euectae $O^{3}$, erecta *Eug. D G P T*, erectae *Eug.* $G^{2}$ *v* ficerunt $K^{a}$ **11** reddire $C^{a}$ **14** adoraremus (raremus *i. r.*) $N^{2}$ christum humilem $P^{a}$ **15** exiuit *F* **17** in *om. P* **18** mundum] *ita B C J T μ*, *praem.* hunc *cett. codd.* **19** homines *om. C* **20** Huius] *add.* autem *T* uiae] ui/ae *1 litt. eras. O*, uitae *K* **22** mortem *om.* $S^{a}$ **23** mortuus] *add.* est *J K P μ* **25** °propter] per *μ* **27** damnationem $C^{a}$ **27/29** Propterea — retributionem *om. C*

*Deus mortem non fecit,* quia causa mortis ipse non fuit ; sed tamen per eius retributionem iustissima mors inrogata est peccatori ; sicut supplicium iudex inrogat reo, causa tamen supplicii non est iustitia iudicis sed meritum criminis. Quo ergo nos mediator mortis transmisit et ipse non uenit, id est ad mortem carnis, ibi nobis dominus deus noster medicinam emendationis inseruit quam ille non meruit occulta et nimis arcana ordinatione diuinae altaeque iustitiae. Vt ergo sicut *per unum hominem mors ita per unum hominem* fieret *resurrectio mortuorum* quia magis uitabant homines quod euitare non poterant mortem carnis quam mortem spiritus, id est magis poenam quam meritum poenae (nam non peccare aut non curatur aut parum curatur ; non mori autem quamuis non obtineatur uehementer satagitur), uitae mediator ostendens quam non sit mors timenda quae per humanam conditionem iam euadi non potest sed potius impietas quae per fidem caueri potest, occurrit nobis ad finem quo uenimus sed non qua uenimus. Nos enim ad mortem *per peccatum* uenimus, ille *per iustitiam* ; et ideo cum sit mors nostra poena peccati, mors illius facta est hostia pro peccato.

XIII. [XIII **16**] Quapropter cum spiritus corpori praeponatur morsque sit spiritus a deo deseri, mors autem corporis ab spiritu deseri eaque sit poena in morte corporis ut quia spiritus uolens deseruit deum, deserat corpus inuitus ut cum spiritus deum deseruerit quia uoluit, deserat corpus etiamsi noluerit nec deserat cum uoluerit nisi aliquam sibi uim qua ipsum corpus perimatur intulerit, demonstrauit spiritus mediatoris

---

**28** Sap. I, 13. **36/37** I Cor. 15, *21. **45/46** Rom. 5, *18.21. **46/47** Rom. 5, 12. **47** Hebr. 10, 12.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V)*.

---

**28** //causa *2 litt. eras. O* **29** iustissimam *N* $O^3$ *T* μ **30** suplicium $O^a$ **31** suplicii $O^a$ Quo] *praem.* VII *B C* **32** °mortis *om.* $R^a$ non uenit] nouit *T* **33** ubi $S^a$ nobis *om. T* **36** per unum *pr.*] unum per $J^a$ ita] *add.* et *F* μ fierit (*corr. 1 m.*) *C* **37** °quia] qui $I^a$ euitare] uitare *S* **38** poterunt *T* **41** optineatur $C^a$ **42** quam] quia *J* **43** °quae] *add.* nisi $I^2$ **44** finem] fidem *T* °ueniamus *M* **45** per] r *i. r.* $O^3$ **46** sit *om. S* poena] *add.* sit $S^2$.

XIII.] *om. B C*, XIIII *N* $O^a$ **1** spiritibus *C* corporis *C* **2** mors quae (a *eras.*) *O* ab] a *B C* **3** °spiritus quia μ **4** °ut] *om. C*, et $S^2$ *T*, aut *M* **5** deseruerat $C^a$, desereret *N P*, deseruit *S F T*, desere/ret *1 litt. eras. K* **7** intullerit $C^a$

quam nulla poena peccati *usque ad mortem* carnis accesserit quia non eam deseruit inuitus sed quia uoluit, quando uoluit, quomodo uoluit. Quippe dei uerbo ad unitatem commixtus hinc ait : *Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me, et iterum sumo eam.* Et hoc maxime mirati sunt sicut PL 899 euangelium loquitur qui praesentes erant cum post illam uocem in qua figuram peccati nostri edidit, continuo *tradidit spiritum.* Longa enim morte cruciabantur ligno suspensi. Vnde latronibus ut iam morerentur et de ligno ante sabbatum deponerentur crura confracta sunt. Ille autem quia mortuus inuentus est miraculo fuit. Hoc etiam Pilatum legimus fuisse μ 821 miratum cum ab illo sepeliendum corpus domini peteretur.

[**17**] Ille itaque deceptor qui fuit homini mediator ad mortem falsoque se opponit ad uitam nomine purgationis per sacra et sacrificia sacrilega quibus superbi seducuntur quia nec participationem mortis nostrae habere potuit nec resurrectionem suae, simplam quidem suam mortem ad duplam nostram potuit afferre ; simplam uero resurrectionem in qua et sacramentum esset renouationis nostrae et eius quae in fine futura est euigilationis exemplum non utique potuit. Ille proinde qui spiritu uiuus carnem suam mortuam resuscitauit, uerus uitae mediator illum spiritum mortuum et mortis mediatorem ab spiritibus in se credentium foras misit ut non regnaret in-

---

XIII. **8/9** Phil. 2, 8. **11/13** Ioh. 10, *18.*17. **13/14** Matth. 27, 54 ; Marc. 15, 39 ; Luc. 23, 47-48. **14/16** Ioh. 19, 30 ; Matth. 27, *50 ; Marc. 15, *37 ; Luc. 23, *46. **17/18** Ioh. 19, 31-32. **18/19** Ioh. 19, 33. **19/20** Marc. 15, 44-45. **20** Matth. 27, 58 ; Marc. 15, 43 ; Luc. 23, 52 ; Ioh. 19, 38. **21/22** Gen. 3, 1 sqq. ; Sap. 2, 24 ; Hebr. 2, 14. **30** Ioh. 3, 16 ; 5, 24 ; 1 Ioh. 3, 14 ; 4, 9 ; e.a. Gal. 3, 20 ; 1 Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24.

---

**Codd.** : *usque ad* **28** exemplum *def. A ; B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**8** quem $O^{3}$ carnis] *add.* eius *F K* cesserit *K* **9** °inuitus] intus $L^{a}$ **10** quomodo uoluit *om. C* uerbum *S* °commixtus] commixtum *S*, *add.* est homo *I* **12** tollet *C* °eam *alt.*] meam $V^{a}$ **12/13** sed — me *om.* $T^{a}$ **13** a me *om. N O S F J P* summo $C^{a}$ **15** qua in $C^{a}$ edidit] emisit *C* continuo tradidit *om. C* **19** °pilato $I^{a}$ **20** °illo] ipso *μ* **23** superbi] reprobi *P* quia] qui *S* **24** participationem $N^{a}$ **24/25** resurrectionis *J* **25** °suae] spiritus *C* $O^{3}$ *T*, *om. P*, animae $P^{2}$, nec *I* **26** °afferre] referre $R^{a}$ qua et] quae *C*, qua $C^{2}$ **27** °renouationi $L^{a}$ **28** non utique non (non *pr. eras.*) *O* **29** °spiritus $V^{a}$ **30** //spiritum *2 litt. eras. O*, spiritu *F J μ* **31** °ab] a *μ* °regnaret] negaret $R^{a}$

trinsecus sed forinsecus oppugnaret nec tamen expugnaret. Cui se ipse quoque temptandum praebuit ut ad superandas etiam temptationes eius mediator esset non solum per adiutorium uerum etiam per exemplum. At ille primitus ubi per omnes aditus ad interiora moliens inrepere expulsus est, post baptismum in heremo completa omni temptatione inlecebrosa quia uiuum spiritum mortuus spiritu non inuasit quoquo modo auidus mortis humanae conuertit se ad faciendam mortem quam potuit et permissus est in illud quod ex nobis mortale uiuus mediator acceperat. Et ubi potuit aliquid facere ibi ex omni parte deuictus est, et unde accepit exterius potestatem dominicae carnis occidendae inde interior qua nos tenebat potestas eius occisa est. Factum est enim ut uincula peccatorum multorum in multis mortibus per unius unam mortem quam peccatum nullum praecesserat soluerentur. Quam propterea dominus pro nobis indebitam reddidit ut nobis debita non noceret. Neque enim cuiusquam iure potestatis exutus est carne, sed ipse se exuit. Nam qui posset non mori si nollet, procul dubio quia uoluit mortuus est, et ideo *principatus et potestates exemplauit fiducialiter triumphans eas in semetipso*. Morte sua quippe uno uerissimo sacrificio pro nobis oblato quidquid culparum erat unde nos principatus et potestates ad luenda supplicia iure detinebant purgauit, aboleuit, exstinxit, et sua resurrectione in nouam uitam nos *praedestinatos uocauit, uocatos iustificauit, iustificatos glorificauit*.

Ita diabolus hominem quem per consensionem seductum tamquam iure integro possidebat, et ipse nulla corruptione

---

**32** sqq. Matth. 4, 1 sqq. ; Marc. 1, 12 sqq. ; Luc. 4, 1 sqq. **43/44** II Tim. 2, 26. **46** I Petr. 2, 22 ; II Cor. 5, 21. **51/52** Col. 2, *15. **56/57** Rom. 8, *30.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**34** mediator esset] mediatorisset *C*ᵃ **35** primitus] peremtus *C*, peremptus *C*² **36** additus *C*ᵃ, (d *pr. eras.*) *N* ; adi/tus *1 litt. eras. K* °irripere *J*, subintrare *M* **37** baptisma *A*ᵃ *B* **38** spiritum] spiritu *A B C F J* μ °spiritu mortuus μ mortuo *A*ᵃ, (o *i. r.*) *N*², *O S J K P* ; mortuos *C*ᵃ spiritu] spiritus *F T* quo *N O F K* **39** se *om. F* **40** illo *S*² **43** °carnationis R **43/44** eius potestas qua nos tenebat *A B C* μ **44** est *pr. om. C*ᵃ **45** uincula] *praem.* in *exp. A* **46** °quam] in quo R **48** enim *om. J* iure cuiusquam *A C* μ **50** si nollet] si n *i. mg. et i. r. K*² **51** exemplauit] expoliauit *C*², exinaniuit *P*² **52** eos *K* **54** detenebant *C*ᵃ, detinebat *S*ᵃ **55** sua *om. B*ᵃ **58** °hominem/// *3 litt. eras. N*, hominemque *V*ᵃ **59** et] *praem.* cui *i. mg. N*²

carnis et sanguinis septus per istam corporis mortalis fragilitatem PL 900 nimis egeno et infirmo tanto superbior quanto uelut ditior et fortior quasi pannoso et aerumnoso dominabatur, in ipsa morte carnis amisit. Quo enim cadentem non secutus impulit peccatorem illuc descendentem persecutus compulit redemptorem. Sic in mortis consortio *filius dei* nobis fieri dignatus est amicus quo non perueniendo meliorem se nobis atque maiorem putabat inimicus. Dicit enim redemptor noster : *Maiorem dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis.* Quocirca etiam ipso domino se credebat diabolus superiorem in quantum illi dominus in passionibus μ 822 cessit quia et de ipso intellectum est quod in psalmis legitur : *Minuisti eum paulo minus ab angelis,* ut ab iniquo uelut aequo iure aduersus nos agente ipse occisus innocens eum iure aequissimo superaret {atque ita captiuitatem propter peccatum factam captiuaret} nosque liberaret a captiuitate propter peccatum iusta suo iusto sanguine iniuste fuso mortis *chirographum delens* et iustificandos redimens peccatores.

[**18**] Hinc etiam diabolus adhuc suos inludit quibus se per sua sacra uelut purgandis et potius implicandis atque mergendis falsus mediator opponit quod superbis facillime persuadet inridere atque contemnere mortem Christi a qua ipse quanto est alienior tanto ab eis creditur sanctior atque diuinior. Qui tamen apud eum paucissimi remanserunt agnoscentibus gentibus et pia humilitate bibentibus pretium suum eiusque fiducia deserentibus hostem suum et concurrentibus ad redemptorem suum. Nescit enim diabolus quomodo

---

**65** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **68/69** Ioh. 15, *13. **72** Ps. 8, 6. **74/75** Ps. 67, 19 ; Eph. 4, 8. **76/77** Apoc. 5, 9. **77** Col. 2, *14.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**61** °egenam $C^2$ *F J*, egenum *R* °informam $C^2$ *F J*, infirmum *R* quanto] tanto $A^a$ **63** in *om. T* **63/64** °non secutus] persecutos *M* **64** descentem *T* persecutus *om.* $A^a$ **64/65** compulit] *praem.* non *T* **69** ponat] *praem.* quis *J T* ipso *om. B* **71** psalmo *F* μ **73** aduersum *A B C F* μ occisus] *add.* est *eras. N* **74/75** atque — liberaret *om. C* atque — captiuaret *om. A* $O^a$ *S J T* **75** nosque liberaret *om.* $A^a$ **76** iusta] iuxta $O^a$, *om. K* iusto suo *K* effuso *J T* **77** iustificando *A C F* $P^a$ *T* **79** et] uel *T* **80** quod] *praem.* eo $S^2$ **81** °inridere atque] ut inrideant *M* **82** ab *om. S* **84** gentibus *om. S* bibentibus] b *pr. et alt. i. r.* $N^2$ $O^2$, uiuentibus $B^2$ *J K*, uidentibus *S* **85/86** °conuertentibus *M*

illo et insidiante et furente utatur ad salutem fidelium suorum excelsissima *sapientia dei, a fine* superiore, quod est initium spiritalis creaturae, *usque ad finem* inferiorem, quod est mors corporis, *pertendens fortiter et disponens omnia suauiter. Attingit enim ubique propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit.* A morte autem carnis alieno diabolo unde nimium superbus incedit mors alterius generis praeparatur in aeterno igne tartari quo non solum cum terrenis sed etiam cum aeriis corporibus excruciari spiritus possint. Superbi autem homines quibus Christus quia mortuus est uiluit ubi nos tam magno emit et istam mortem reddunt cum hominibus conditioni aerumnosae naturae quae trahitur a primo peccato et in illam cum illo praecipitabuntur. Quem propterea Christo praeposuerunt quia eos in istam deiecit quo per distantem naturam ipse non cecidit et quo propter eos per ingentem misericordiam ille descendit, et tamen se daemonibus esse meliores non dubitant credere eosque maledictis omnibus insectari detestarique non cessant, quos certe alienos ab huius mortis passione nouerunt propter quam Christum contemnunt. Nec sic uolunt considerare quam fieri potuerit ut in se manens nec per se ipsum ex ulla parte mutabile *uerbum dei* PL 901
per inferioris tamen naturae susceptionem aliquid inferius pati posset quod immundus daemon quia terrenum corpus non habet, pati non possit. Sic cum sint ipsi daemonibus meliores, tamen quia carnem portant mori sic possunt quemadmodum mori daemones quia non eam portant non utique

---

**88** Eccli. 1, 3-4 ; 1 Cor. 1, 21.24. **88/90** Sap. 8, *1. **91** Sap. 7, *24. **91/92** Sap. 7, *25. **94/95** II Petr. 2, 4.9 ; Iudae 6. **97** 1 Cor. 6, 20. **107** Symb. Nicaen., 19e(anath.). Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. **108** Phil. 2, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 33.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **88** excelsissima — **90** suauiter [*excerpt., f. 2*].

---

**87** °illum et insidiantem et furentem *M* furante $A^{a}$ **88** excelsissima] *ita C S F K P T*, excellentissima $P^{2}$ *cett. codd.* μ **89** °quod est *om.* $M^{a}$ **90** pertingens $K^{2}$ disponit *J* **91** atingit $C^{a}$ enim] autem $S^{a}$ **91/92** in eam inquinatum *T* **92** A] *praem.* VIIII *A*, *praem.* VIII *B C* autem] enim *F* **94** tartari igne *P* **95** °aeriis] aeternis *R* **96** °quia] cum *M* °uiluit] voluit *M*, quia uoluit $M^{3}$ **97** °nos tam] nostram *L* reddent $K^{2}$ **98** aerumnosae] *add.* gent̄ *s. l.* $N^{2}$ naturae] *add.* eas' *s. l.* $N^{2}$ **99** in *om.* $S^{a}$ **101** quo/*1 litt. eras. C* **102** discendit $C^{a}$ °esse *om. I* **103** °credereque eos *M* maledictis] c *s. l.* $T^{1}$ **106** °potuit *I* **107** °dei uerbum μ **109** pati] pa/ti *1 litt. eras. C* possit $A^{a}$ *C* **110** Sic] c *eras. O*, si *B C* $J^{a}$ *K P*, sed $S^{2}$, sicut *T* **111** possunt] *praem.* non $S^{2}$, possint *P* $T^{a}$ **112** °mori *om. I* quia] *ita N OS K*, qui *cett. codd.* μ non eam] *ita N O S F K* μ, eam non *cett. codd.*

possunt. Et cum de mortibus sacrificiorum suorum multum praesumant quae se fallacibus superbisque spiritibus immolare non sentiunt, aut si etiam sentiunt, aliquid sibi prodesse arbitrantur perfidorum et inuidorum amicitiam quorum intentionis nullum negotium est nisi impeditio reditus nostri. [**19**] Non intellegunt ne ipsos quidem superbissimos spiritus honoribus sacrificiorum gaudere potuisse nisi uni uero deo pro quo coli uolunt uerum sacrificium deberetur. μ 823

XIV. [XIV] Neque id posse rite offerri nisi per sacerdotem sanctum et iustum nec nisi ab eis accipiatur quod offertur pro quibus offertur atque id sine uitio sit ut pro uitiosis mundandis possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt qui pro se offerri sacrificium deo uolunt.

Quis ergo tam iustus et sanctus sacerdos quam *unicus dei filius* non qui opus haberet per sacrificium sua purgare peccata nec originalia nec ex humana uita quae adduntur ? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur quam humana caro ? Et quid tam aptum huic immolationi quam caro mortalis ? Et quid tam mundum pro mundandis uitiis mortalium quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiae caro nata in utero et ex utero uirginali ? Et quid tam grate offerri et suscipi posset quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri ? Vt quoniam quattuor considerantur in omni sacrificio : cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur ; idem ipse unus

---

XIV. **6/21** Hebr. 7 - 10. **6** Symb. Nicaen., 6 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 2 ; III, 2 ; Symb. Afric., 2. **7** II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : XIV. **1** Neque — **17** unus [*Beat., adu. Elipand. I*, LXVII-LXVIII (*PL 96, 936*)]. **15** Vt — **17** unus *Coll. Nou., p. 75, 32-33.*

---

**113** moribus $S^2$ **114** °praesumat $O^a$, praep̄sumant *K*, presumunt *M* **115** °aut si] ausi *I* °etiam] iam μ **116** et inuidorum *om. S* inuidorum] inuid/orum *1 litt. eras. N* **116/117** quorum] *add.* daemonum $K^2$ **117** °intentioni *M* **118** Non] nec $B^a$ ne] nec $K^2$ **119** °uno *M* **120** °deo *om. R* °deberetur] debere/tur *1 litt. eras. K*, debetur $I^a$ $V^a$.

XIV.] *om. A B C F P*, XV *N* $O^a$ **1** °id] hic $R^a$ rite posse *T* sacerdotem] *add.* magnum *P* **2** offeratur *T* **4/5** deo sacrificium *N* sacrifici $T^a$ **6** Quis] *praem.* XIIII *F P* **7** °filius dei μ qui non *T* μ per sacrificium] sacrificio *P* **10** offeretur $T^a$ huic *om. A C T* **12** contagione] cogitatione $T^a$ **12/13** carnis *N* **13** in utero et *om.* $B^a$ **14** offeri $T^a$ **15** effecta *P* °Vt] et $R^a$ **16/17** °a quo offeratur] *bis Coll. Nou.*

uerusque *mediator* per sacrificium pacis reconcilians nos deo unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat et quod offerebat.

xv. [XV **20**] Sunt autem quidam qui se putant ad contemplandum deum et inhaerendum deo uirtute propria posse purgari, quos ipsa superbia maxime maculat. Nullum enim uitium est cui magis diuina lege resistitur et in quod maius accipiat dominandi ius ille superbissimus spiritus ad ima mediator, ad summa interclusor, nisi occulte insidians alia uia deuitetur, aut per populum deficientem quod interpretatur Amalech aperte saeuiens et ad terram promissionis repugnando transitum negans per crucem domini quae Moysi manibus extentis est praefigurata superetur. Hinc enim sibi purgationem isti uirtute propria pollicentur quia nonnulli eorum potuerunt aciem mentis ultra omnem creaturam trans- PL 902 mittere et lucem incommutabilis ueritatis quantulacumque ex parte contingere, quod christianos multos *ex fide* interim sola uiuentes nondum potuisse derident. Sed quid prodest superbienti et ob hoc erubescenti lignum conscendere de longinquo prospicere patriam transmarinam ? Aut quid obest humili de tanto interuallo non eam uidere in illo ligno ad eam uenienti quo dedignatur ille portari ?

---

**18** Gal. 3, 20 ; I Tim. 2, 5 ; Hebr. 8, 6 ; 9, 15 ; 12, 24.

xv. **7/10** Ex. 7, 8-16. **14/15** Hab. 2, *4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38 ; II Cor. 5, 7. **16/17** cf. Plot., enn. I, 6 (1), 8 (ed. Henry-Schwyzer, 1, pag. 115, 16.21/22 ; Aug., ciu. dei IX, 17, 4-7 ; X, 29, 9-11 (CC 47, 265 ; 304) ; c. acad. III, 19, 42 ; beat. uit., 1, 2 ; in ioh. euang., tract. II, 2, 25-26 ; 3, 13 — 4, 43 (CC 36, 12 ; 13-14) ; e.a. ; Ambr., isaac, 8, 78 (CSEL 32-1, 698, 10/16). cf. Ps. 119, *5-6 ; Luc. 15, *13.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 18** uerusque — **20/21** offerebat *Coll. Nou., p. 75, 33-35.* **18** uerusque — **20** offerebat *pr.* [*Beat., adu. Elipand. I,* LXVIII (*PL 96, 936*)].

xv. **1** Sunt — **19** portari *Eug., p. 103, 20-104, 14.*

---

**18** °deus *Coll. Nou.* **19** unum *pr.*] uni *C* facere $S^{a}$ **20** offerebat *pr.*] re *s. l.* $A^{1}$, offerebatur *K* unum *P.*

xv.] *om. A B C*, XVI *N* $O^{a}$ **2** °inherendo *I*, haerendum $V^{a}$ uirtutem $C^{a}$ **2/3** purgare $C^{a}$ **4** resistetur $C^{a}$, resistatur $S^{2}$ *J* $\mu$ quo *S F K* **8** et] *add.* ne $O^{3}$ terram] *add.* perueniatur $O^{3}$ °repromissionis *P Eug. D G v* **10** extensis *N O F K P* $\mu$ prefigurata est *P* enim] *s. l.* $J^{1}$ **10/11** purgationem sibi *C* $\mu$ **11** pollicentur propria *J* nonnolli $T^{a}$ **14** quo $S^{a}$ **15** sola *om.* $P^{a}$ **16** superbiente $K^{a}$ erubescente $K^{a}$ °ascendere *Eug.* $D^{a}$ *G P v* **17** conspicere $A^{a}$ *B C P* **18** eam *pr.*] ea *C* °eam *alt.*] eum *Eug.* $D^{a}$ *G v* **19** quod $C^{a}$ illa $A^{a}$.

XVI. [XVI 21] Hi etiam *resurrectionem carnis* nos credere reprehendunt sibique potius etiam de his rebus credi uolunt, quasi uero quia praecelsam incommutabilemque substantiam *per illa quae facta sunt* intellegere potuerunt, propterea de conuersione rerum mutabilium aut de contexto saeculorum ordine consulendi sunt. Numquid enim quia uerissime disputant et documentis certissimis persuadent aeternis rationibus omnia temporalia fieri, propterea potuerunt in ipsis rationibus perspicere uel ex ipsis colligere quot sint animalium genera, quae semina singulorum in exordiis, qui modus in incrementis, qui numeri per conceptus, per ortus, per aetates, per occasus, qui motus in appetendis quae secundum naturam sunt μ 824
fugiendisque contrariis ? Nonne ista omnia non per illam incommutabilem sapientiam sed per locorum ac temporum historiam quaesierunt et ab aliis experta atque conscripta crediderunt ? Quo minus mirandum est nullo modo eos potuisse prolixiorum saeculorum seriem uestigare et quandam metam huius excursus quo tamquam fluuio genus decurrit humanum atque inde conuersionem ad suum cuique debitum terminum. Ista enim nec historici scribere potuerunt longe futura et a nullo experta atque narrata. Nec isti philosophi ceteris meliores in illis summis aeternisque rationibus intellectu talia contemplati sunt ; alioquin non eiusdem generis praeterita quae potuerunt historici inquirerent sed potius et futura praenoscerent.

---

XVI. **1** Symb. Afric., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 12 ; III, 12. **3/4** Rom. 1, *20.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

XVI.] *om.* *A B C* $O^a$ *P*, XVII *N* **1** °hii $C^2$ *F J*, hic *K*, hinc *M* nos credere nostrae *T* **2** sibique] *praem.* XVII $O^a$ uolint $C^a$ quasi] *praem.* XVI *P* **3** °quia *om.* *I M* incommutalemque *C* **5** contextu *J* ordine] *add.* quo $K^2$, ordine/ *1 litt. eras.* *T* sint (i *ex* u *per ras.*) *A K*, *B* $S^2$ **9** prospicere *J* collegere *C K* quot] t *i .r.* $K^2$ **10** qui] quis $K^2$ modis (*corr. 1 m.*) *N* **11** °per conceptus] in conceptis *K*, conceptus (per *om.*) $V^a$ per ortus *om.* $B^a$ **11/12** occasus] c *pr. s. l.* $T^1$ **12** modus *F* **13** fugendisque $K^a$ **15** °ab *om.* $L^a$ **17** inuestigare $S^2$ **18** exorsus $S^a$ °quo tamquam] quota quam $R^a$ °fluuius $R^o$ **18/19** °humano *M* **21** ista $S^2$ $K^2$ **22/23** intellectum $C^a$ **23** °alia *I* alioquin] n *s. l.* $C^1$ **24** historice *C S F K P T* **24/25** sed — praenoscerent *om.* $T^a$.

XVII. Quod qui potuerunt ab eis uates, a nostris prophetae appellati sunt, [XVII **22**] quamquam et prophetarum nomen non omnino alienum est a litteris eorum. Sed plurimum interest utrum experimento praeteritorum futura coniciantur, sicut medici multa praeuidendo etiam litteris mandauerunt quae ipsi experta notauerant, sicut denique agricolae uel etiam nautae multa praenuntiant ; talia enim si ex longis interuallis temporum fiant diuinationes putantur ; an uero iam uentura praecesserint et longe uisa uenientia nuntientur pro acuto sensu uidentium, quod cum faciunt aeriae potestates diuinare creduntur, tamquam si quisquam de montis uertice aliquem longe uideat uenientem et proxime in campo habitantibus ante nuntiet ; PL 903 an ab angelis sanctis quibus ea deus per uerbum sapientiamque suam indicat ubi et futura et praeterita stant uel quibusdam praenuntientur hominibus uel ab eis audita rursus ad alios homines transmittantur ; an ipsorum hominum quorundam mentes in tantum euehantur spiritu sancto ut non *per angelos* sed per se ipsas futurorum instantes causas in ipsa summa rerum arce conspiciant. Audiunt enim ista et aeriae potestates siue angelis ea nuntiantibus siue hominibus, et tantum audiunt quantum opus esse ille iudicat cui subiecta sunt omnia. Multa etiam praedicuntur instinctu quodam et impulso spiritu nescientium, sicut *Caiphas* nesciuit quid dixit sed *cum esset pontifex prophetauit.*

[**23**] Ergo de successionibus saeculorum et de resurrectione

---

XVII. **18** Hebr. 2, 2. **22** 1 Cor. 15, 27-28 ; Hebr. 2, 8. **24/25** Ioh. 11, 49.51.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

XVII.] *ita S F P, om. cett. codd.* **1** potuerant *T* °a *om.* μ **2** quamquam] *praem.* XVIII *N O*, *praem.* XVII *O*² *J K* **6** notauerunt *A*ᵃ *B O F K* μ agricolae] *praem.* et *N*² **8** putantur] n *s. l. K*¹ an] *praem.* X *A*, *praem.* IX *B C* iam] *praem.* si *J* **9** processerint *A B T* μ, processerunt *C* nuntiuntur *C*, nuntiantur *C*² *T* **10** potestestates (es *alt. eras.*) *T* **11** quis *S*, quisque *T* **12** °longe] *praem.* de *M* **13** an *om. J K*ᵃ **15** praeterita] *add.* sunt *eras. T* **16** rursum *S* ad] ab *N*ᵃ ad alios] diaboli os *K*, diabolis per os *K*² hominis *K* **19** instantes] //stantes *2 litt. eras. C*, stantes *A B P*ᵃ *T* μ ipsas (s *alt. eras.*) *C* arte *J K*ᵃ **20** Audiunt] audiundiunt *C*ᵃ, audiant *T*ᵃ ; *praem.* XVII *T* enim] autem *F P* ; *del. T* **21** et hominibus *C* **22** illis *A*ᵃ °cuius *I*ᵃ etiam] enim *F* **23** et] *exp. A*², *om. S*, *eras. P* impulsu *A*ᵃ, (u *alt. i. r.*) *B*², *S*ᵃ spiritus *B* **24** °quod *F*, qui *I*ᵃ **26** resurrectione] rectione *T*

mortuorum philosophos nec illos consulere debemus qui creatoris aeternitatem *in quo uiuimus, mouemur et sumus* quantum potuerunt intellexerunt, *quia per ea quae facta sunt cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.* Et cum idonei non essent in aeternitatem spiritalis incommutabilisque naturae aciem mentis tam constanter infigere ut in ipsa sapientia creatoris atque rectoris uniuersitatis uiderent uolumina saeculorum quae ibi iam essent et semper essent, hic autem futura essent ut non essent, atque ut ibi uiderent conuersiones in melius non solum animorum sed etiam corporum humanorum usque ad sui modi perfectionem ; μ 825 cum ergo ad haec ibi uidenda nullo modo essent idonei, ne ad illud quidem digni habiti sunt ut eis ista *per* sanctos *angelos* nuntiarentur siue forinsecus per sensus corporis siue interioribus reuelationibus in spiritu expressis, sicut *patribus nostris* uera pietate praeditis haec demonstrata sunt qui ea praedicentes et uel de praesentibus signis uel de proximis rebus ita ut praedixerant factis fidem facientes auctoritatem cui de longe futuris usque in saeculi finem crederetur habere meruerunt. Potestates autem aeriae superbae atque fallaces etiam si quaedam de societate et ciuitate sanctorum et de uero mediatore a sanctis prophetis uel angelis audita per suos uates dixisse reperiuntur id egerunt ut per haec aliena uera etiam fideles dei si possent ad sua falsa traducerent. Deus autem per nescientes id egit ut ueritas undique resonaret, fidelibus in adiutorium, impiis in testimonium.

---

**28** Act. 17, *28. **29.30/31** Rom. 1, *21. **29/30** Rom. 1, 20. **31** Rom. 1, 22. **40/43** Hebr. 2, 2 ; Act. 7, 38 ; Ex. 20, 1 sqq. **50/51** Matth. 24, 24.

---

**Codd. : 31** (fac)ti — xx, **52** per *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

---

**27** debemus] debe/mus *1 litt. eras. N* **28** creatores $C^{a}$ **29** °quia] qui// *2 litt. eras. N*, qui $R^{a}$ quae *om.* $T^{a}$ **30** clarificauerunt *A C* **32** idonei] id/onei *1 litt. eras. C* aeternitate *C K T* **33** tam] iam *K* **34** ipsa] p//sa *2 litt. eras.* $C^{a}$ sapientia] *bis, alt. del. C* atque rectoris *om. C* **36** ut *pr.*] aut *S* ubi *K* **37** °uiderent] n *exp.* $C^{2}$, uiderentur R animarum $S^{2}$ **39** cum *om. S* uidenda] deludenda *S*, deprehendenda uel intuenda $S^{2}$ ne] nec *F K T* **40** ista] ita *C* **41** sensum *N S* //corporis *2 litt. eras. T* **42** spiritu// *2 litt. eras. T* **43** qui ea] quia *C* ea] *praem.* et *F* **44** °et *om. μ* **45** praedixerant] n *s. l.* $T^{1}$ **46** in *om. C* **47** potestas $T^{a}$ si *om.* $N^{a}$ **48** societate] soci/etate *1 litt. eras. N* ciuilitate $S^{2}$ **49** a *om. K* **52** personaret *P*, sonaret *T*.

XVIII. [XVIII **24**] Quia igitur ad aeterna capessenda idonei non eramus sordesque peccatorum nos praegrauabant temporalium rerum amore contractae et de propagine mortalitatis tamquam naturaliter inolitae, purgandi eramus. Purgari autem ut contemperaremur aeternis non nisi per temporalia pos- PL 904
semus qualibus iam contemperati tenebamur. Sanitas enim a morbo plurimum distat, sed media curatio nisi morbo congruat non perducit ad sanitatem. Inutilia temporalia decipiunt aegrotos ; utilia temporalia suscipiunt sanandos et traiciunt ad aeterna sanatos. Mens autem rationalis sicut purgata contemplationem debet rebus aeternis, sic purganda temporalibus fidem. Dixit quidam et illorum qui quondam apud graecos sapientes habiti sunt : *Quantum ad id quod ortum est aeternitas ualet, tantum ad fidem ueritas.* Et profecto est uera sententia. Quod enim nos temporale dicimus, hoc ille *quod ortum est* appellauit. Ex quo genere etiam nos sumus non tantum secundum corpus sed etiam secundum animi mutabilitatem ; non enim proprie uocatur aeternum quod aliqua ex parte mutatur. In quantum igitur mutabiles sumus in tantum ab aeternitate distamus.

Promittitur autem nobis uita aeterna per ueritatem a cuius perspicuitate rursus tantum distat fides nostra quantum ab aeternitate mortalitas. Nunc ergo adhibemus fidem rebus temporaliter gestis propter nos et per ipsam mundamur ut cum ad *speciem* uenerimus quemadmodum succedit fidei

---

XVIII. **13/14** Plato, tim., 29c (ed. Didot, II, p. 204) ; cf. Cic., tim., III, 8 ; Aug., cons. euang. I, XXXV, 53. **16** Plato, tim., 29c. **21** Ioh. 17, 2. **25** II Cor. 5, 7.

---

**Codd. :** *B C ; def. A N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. :** XVIII. **1** Quia — **25** fidei *Eug., p. 79, 11-80, 11.* **6** Sanitas — **8** sanitatem [*Isid., orig. IV, v, 2*].

---

XVIII.] *om. B C*, XVIIII *N* $O^{a}$ **2** peccatorum] *add.* nostrorum *F* $J^{2}$ *K T* **3** de *om. J* **4** inollite $J^{2}$ °Purgari] purga//ri *2 litt. eras. K*, purgandi *R* **6** contemperat *C* **7** a] *s. l.* $O^{1}$ sed] *add.* nisi $O^{3}$ *Eug. V* °media] medicina *i. r. et s. l.* $O^{3}$, *I Eug. V* ; medici *J* $K^{2}$ ; medica *i. mg.* $M^{2}$ °curatio nisi] curationis/ *1 litt. eras. O*, curationis *I*, curatione si $K^{a}$, *add.* in $S^{a}$, curationis in *Eug. V* **9** decipiunt] suscipiunt *J* **12** fide *T* et] *exp.* $O^{3}$, *om. F T Eug. D G* $P^{a}$ *T V v* **13** sunt] *add.* summi philosophorum platonis sententia *i. mg.* $B^{2}$ **16** etiam genere *J* summus $C^{a}$ **18** °quod] si *M* **20** aeternitatem $C^{a}$ **21** nobis *om. J* **22** rursum *S* distat] dista/t *1 litt. eras. C* **24** temporaliter] tempo-rali//ter *2 litt. eras. C* °ipsa *Eug.* $G^{a}$ $P^{a}$ *v* ut] et *S* $T^{a}$ **25** °cum] etiam *Eug. V* °ueniremus $V^{a}$ *Eug. V* succedet $S^{a}$ *J* $P^{2}$ *Eug. V*

ueritas ita mortalitati succedat aeternitas. Quapropter quoniam fides nostra fiet ueritas cum ad id quod nobis credentibus promittitur uenerimus, promittitur autem nobis uita aeterna, et dixit ueritas (non quae fiet sicut futura est fides nostra, sed quae semper est ueritas quia ibi est aeternitas), dixit ergo ueritas : *Haec est autem uita aeterna ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum* ; cum fides nostra uidendo fiet ueritas, tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit aeternitas. Quod donec fiat et ut fiat, quia rebus ortis adcommodamus fidem credulitatis sicut in aeternis speramus ueritatem contemplationis ne fides mortalis uitae dissonaret a ueritate aeternae uitae, ipsa *ueritas* patri coaeterna *de terra* μ 826
*orta est* cum *filius dei* sic *uenit* ut fieret *filius hominis* et ipse in se exciperet fidem nostram qua nos perduceret ad ueritatem suam qui sic suscepit mortalitatem nostram ut non amitteret aeternitatem suam. *Quantum* enim *ad id quod ortum est aeternitas ualet, tantum ad fidem ueritas.* Ita ergo nos purgari oportebat ut ille nobis fieret ortus qui maneret aeternus ne alter nobis esset in fide, alter in ueritate ; nec ab eo quod orti sumus ad aeterna transire possemus nisi aeterno per ortum nostrum nobis sociato ad aeternitatem ipsius traiceremur. Nunc itaque illuc quodam modo secuta est fides nostra quo *ascendit* in quem credidimus, ortus, mortuus, resuscitatus, assumptus. Horum quattuor duo priora noueramus in nobis;

---

**28/29** Ioh. 17, 2. **30** Ps. 39, 12 ; 116, 2. **31/32** Ioh. 17, *3. **32/33** I Cor. 13, 12 ; Ioh. 8, 32. **37/38** Ps. 84, 12. **38** I Ioh. 5, 20. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a. **40/41** *qui sic suscepit... ut non amitteret* : libell. fid. (Clauis 552), 6 (CC 9, 130, 50/52). **41/42** Plato, tim., 29c. **48** Symb. Nicaen., 17 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 6 ; III, 6 ; Symb. Afric., 6 ; uide Symb. 'Quicumque,' 37.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. : 26** ueritas — **49** nobis *Eug., p. 80, 11-81, 8.*

---

**26** mortalitatis (s *eras.*) *N* succedet *N S K* $T^2$ **27** fiet ueritas fides nostra *F* fiat $C^a$ **27/28** promittitur credentibus *T* **27** °credentibus] uidentibus $R^a$ **28** uenerimus] *ita C S J T Eug.* (*D G P T V v*), peruenerimus *cett. codd.* μ **31** autem *om.* $J^a$ cognoscant] nt *s. l.* $P^1$ **32** uerum] *praem.* et *B N O F K Eug. D G P v* **34** ut et $F^a$ °quia] qui a *V* ortis] hortis *P* **35** adcommodamus] *add.* quidem *F* **36** ueritate *J* ne] *praem.* et *S* mortales $C^a$ **37** °aeternae uitae] uitae aeternae *F K T I*, *om. M* **38** fieret *om. K* $T^a$ et] ut *T* **39** °exciperat *K*, exceperat $K^2$, susciperet *I Eug. V* **44** alter *pr. et alt.*] aliter *S* nec] ne $C^a$ **45** possimus *K Eug. V* **48** credimus *J P T Eug. V* **49** °duorum *I*

scimus enim homines et oriri et mori. Duo autem reliqua, id est resuscitari et assumi iuste in nobis futura speramus quia in illo facta credidimus. Itaque in illo quia et id *quod ortum* erat transiit ad aeternitatem, transiturum est et nostrum cum fides peruenerit ad ueritatem. Iam enim credentibus ut PL 905 in uerbo fidei manerent et inde ad ueritatem, ac per hoc ad aeternitatem perducti a morte liberarentur ita loquitur : *Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis.* Et quasi quaererent, 'Quo fructu ?,' secutus ait : *Et cognoscetis ueritatem.* Rursus quasi dicerent, 'Quid prodest mortalibus ueritas ?,' *Et ueritas,* inquit, *liberabit uos.* Vnde nisi a morte, a corruptione, a mutabilitate ? Veritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet. Vera autem immortalitas, uera incorruptibilitas, uera incommutabilitas, ipsa est aeternitas.

xix. [XIX **25**] Ecce ad quod missus est *filius dei* ; immo uero ecce quod est missum esse filium dei. Quaecumque propter faciendam fidem qua mundaremur ad contemplandam ueritatem in rebus ortis ab aeternitate prolatis et ad aeternitatem relatis temporaliter gesta sunt aut testimonia missionis huius fuerunt aut ipsa missio filii dei. Sed testimonia quaedam uenturum praenuntiauerunt ; quaedam uenisse testata sunt.

---

**52/54** Plato, tim., 29c. **54/55** 1 Cor. 13, 12 ; Ioh. 8, 32. **56/57** Ioh. 8, *31. **58/59** Ioh. 8, 32. **60** Ioh. 8, 32. **61/64** Ps. 116, 2.

xix. **1/2** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **1** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **3/4** Matth. 5, 8. Ps. 84, 12. **5/7** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4.

---

**Codd :.** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*

**Test. : 50** scimus — **63/64** aeternitas *Eug., p. 81, 8-22.*

xix. **1** Ecce — **7** sunt *Eug., p. 104, 17-23.*

---

**50** hominis $K^{a}$ °orire $K^{a}$, ori *I R* **51** resuscitare $K^{a}$ assumi] adsum $K^{a}$ **52** credidimus] di *pr. exp.* $K^{2}$, credimus $S^{2}$ *J T Eug. D G P T v* **53** erat] est *P* °transit $I^{a}$ $L^{a}$ *Eug. D G P v* **54** peruenerit] i *i. r.* $K^{2}$ **56** °liberentur *N* $S^{a}$, liberaremur *Eug. V* **57** manseretis (*corr. 1 m.*) *N* eritis $O^{3}$ *F T* μ **58** quod $C^{a}$ °ait] adiunxit *Eug. V* cognoscitis $C^{a}$ *K* **59** Rursus] *ita C F J P Eug. V*, et rursum *S*, *praem.* et *cett. codd. Eug. D G P T v* μ diceret $S^{a}$ **60** ueritas *om. S* °liberauit *Eug. D* $G^{a}$ $P^{a}$ **62** °inmutabilis $V^{a}$ immortalis $J^{a}$ $T^{a}$ **63** inmutabilitas *N O S T.*

xix.] *om. B C*, xx *N* $O^{a}$ **2** °quod] quid $S^{2}$ μ, *praem.* ad $K^{2}$ **4** exortis $K^{2}$ **6** filio $T^{a}$

Factum quippe creaturam *per quem facta* est omnis creatura omnem creaturam testem habere oportebat. Nisi enim multis missis praedicaretur unus, non multis dimissis teneretur unus. Et nisi talia essent testimonia quae paruis magna uiderentur, non crederetur ut magnos faceret magnus qui ad paruos missus est paruus. Incomparabiliter enim maiora filii dei *facta sunt caelum et terra et omnia quae in eis sunt* quia *omnia per ipsum facta sunt,* quam signa atque portenta quae in eius testimonium proruperunt. Sed tamen homines ut haec magna per eum facta parui crederent illa parua tamquam magna tremuerunt.

[**26**] *Cum* ergo *uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege,* usque adeo paruum ut *factum,* eo itaque missum quo *factum.* Si ergo maior mittit minorem, fatemur et nos factum minorem et in tantum minorem in quantum factum et in tantum factum in quantum missum. *Misit* enim *filium suum factum ex muliere, per quem* tamen quia *facta sunt omnia* non solum priusquam factus mitteretur sed priusquam essent omnia, eundem mittenti μ 827 confitemur aequalem quem dicimus missum minorem.

Quomodo ergo ante istam plenitudinem temporis qua eum mitti oportebat priusquam missus esset uideri a patribus potuit cum eis angelica quaedam uisa demonstrarentur, quando nec iam missus sicut *aequalis* est *patri* uidebatur ? Vnde

---

**8** Symb. Nicaen., 15. Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **12/13** Phil. 2, 7-8. **14** Ps. 32, 9. II Mach. 7, 28 ; Act. 14, 14. **15** Ioh. 1, 3. **19/21** Gal. 4, *4. **21/22** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **24** Gal. 4, 4. **24/25** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **27** uide Symb. 'Quicumque,' 31. **28/29** Gal. 4, 4. **29/30** Act. 7, 38 ; Ex. 20, 1 sqq. **31** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*
**Test. :** **8** Factum — **16** proruperunt *Eug., p. 104, 23-105, 6.*

---

**9** multis *om. B*$^{a}$ **10** dimissis] demissis *C,* missis *K* teneretur] ceretur *C,* crederetur *C*$^{2}$ **11** magna] *ita B C T Eug. (D G P T v), add.* esse *B*$^{2}$ *cett. codd.* μ **11/12** uideretur *T*$^{a}$ **12** crederetur] credere/tur *1 litt. eras. J, add.* ille ita magnus *N F K P* °ut] pro quod *O*$^{3}$ °magnos] magnus *L* °magnus] magnos *K*$^{a}$ *L* qui] quia *F P* ad] d *s. l. C*$^{1}$ **13** filio (o *i. r.*) *N*$^{2}$ **14** ei *K*$^{a}$ °terram *M* **15** quia] quae *S* per ipsum omnia *P* °atque] et μ **16** quae in eius] *bis, pr. del. C* eis *P*$^{a}$ **17** eum] ipsum *J* **21** ut] quod *O*$^{3}$ eo] *praem.* at *S*$^{2}$ itaque] utique *S*$^{2}$ **22** fateamur *S* minorem *alt.*] minore *K*$^{a}$ **23** °in *pr. om. I*$^{a}$ **24** suum] *bis, alt. del. C* **27** confitetur *T* **28/29** qua eum mitti] quae ommitti (?) *C*$^{a}$ **30** °demonstraretur *M* **31** nec iam] etiam *S* iam] tam *K*

enim dicit Philippo a quo utique sicut a ceteris et ab ipsis a quibus crucifixus est *in carne* uidebatur : *Tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me ? Philippe, qui me uidit uidit et patrem,* nisi quia uidebatur et non uidebatur ? Videbatur sicut missus *factus* erat ; non uidebatur sicut *per eum omnia facta* erant. Aut unde etiam illud dicit : *Qui habet mandata mea* PL 906 *et seruat ea ipse est qui me diligit, et qui me diligit diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum* cum esset manifestus ante oculos hominum, nisi quia carnem quod uerbum in plenitudine temporis factum erat suscipiendae nostrae fidei porrigebat ; ipsum autem *uerbum per quod omnia facta* erant purgatae per fidem menti contemplandum in aeternitate seruabat ?

XX. [XX **27**] Si autem secundum hoc missus *a patre* filius dicitur quia ille pater est, ille filius, nullo modo impedit ut credamus *aequalem patri* esse filium et *consubstantialem* et coaeternum et tamen *a patre* missum filium. Non quia ille *maior* est et ille *minor* ; sed quia ille pater est, ille filius ; ille genitor, ille genitus ; ille a quo est qui mittitur, ille qui est ab eo qui mittit. Filius enim *a patre* est, non pater a filio. Secundum hoc iam potest intellegi non tantum ideo dici mis-

---

**33** I Ioh. 4, 2. **33/35** Ioh. 14, *9. **36** Symb. Nicaen., 15. **36/37** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d. **37/39** Ioh. 14, *21. **40/41** Ioh. 1, 14. **41** Gal. 4, 4. **42** Ioh. 1, 1-3. **42/43** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d.

XX. **1** Ioh. 16, 28. **3** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; tom. Dam., anath. 12 ; Phil. 2, *6. Symb. Nicaen., 10. **4** Ioh. 16, 28. **5** Ioh. 14, 28. uide Symb. 'Quicumque,' 31. **6/7** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **7** uide Symb. 'Quicumque,' 21.

---

**Codd. :** *B C ; def. A N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. :** XX. **1** Si — **8/9** missus [*coll., f. 19*v].

---

**34** uidet me *F* uidit *pr. et alt.*] uidet $O^3$ *S F J P* **35** °patrem] *add.* meum *eras.* R **36** factus] *praem.* aut $K^2$ °erat] fuerat *μ* sicut *alt.*] *add.* missus $T^a$ **37** °erunt $S^a$, fuerant *T*, sunt *I* habet] audit *T* **38** me diligit *pr.*] diligit me *P μ* °me diligit *alt.*] diligit me *μ* diligitur (it *s. l.*) $C^1$, $S^a$ $K^a$ *T* **39** manifestabo] *praem* qui *exp. C* °ei] illi R **40** °manifestatus *M* quod] qua *J* **41** uerbo $B^a$ plenitudinem *O*, (m *eras.*) *S* °suscipiendam R *μ* **42** °ipsud *I* **44** °aternitatem *I*, (m *eras.*) *V*.

XX.] *om. B C*, XXI *N* $O^a$ **1** a patre *om. S* **2** est] *add.* et *F P* modo] mo/do *1 litt. eras. C* **5** maior — ille *pr. om.* $S^a$ et *om. B μ* °est *alt.*] *om. C T μ*, *add.* et *F*, *eras. I*, et R **6** qui *pr. om. T* ille *tert. om. T* ° qui *alt. om. I* **8** iam] etiam $J^2$ dicimus *K*

sus filius quia *uerbum caro factum est,* sed ideo missus ut uerbum caro fieret et per praesentiam corporalem illa quae scripta sunt operaretur, id est ut non tantum homo missus intellegatur quod uerbum factum est, sed et uerbum missum ut homo fieret quia non secundum imparem potestatem uel substantiam uel aliquid quod in eo patri non sit aequale missus est, sed secundum id quod filius *a patre* est, non pater a filio. *Verbum* enim patris est filius, quod et *sapientia* eius dicitur. Quid ergo mirum si mittitur non quia inaequalis est patri sed quia *est manatio quaedam claritatis omnipotentis dei sinceris* ? Ibi autem quod manat et de quo manat *unius eiusdem*que *substantiae* est. Neque enim sicut aqua de foramine terrae aut lapidis manat sed sicut lux de luce. Nam quod dictum est : *Candor est enim lucis aeternae,* quid aliud dictum est quam lux est *lucis aeternae* ? *Candor* quippe *lucis* quid nisi lux est ? Et ideo coaeterna luci de qua lux est. Maluit autem dicere *candor lucis* quam lux lucis ne obscurior putaretur ista quae manat quam illa de qua manat. Cum enim auditur *candor* eius esse ista, facilius est ut per hanc lucere illa quam haec minus lucere credatur. Sed quia cauendum non erat ne minor lux illa putaretur quae istam genuit (hoc enim nullus umquam haereticus ausus est dicere nec credendum est aliquem ausurum), illi cogitationi occurrit scriptura qua posset uideri obscurior lux ista quae manat quam illa de qua manat, quam suspicionem tulit cum ait *candor est* illius, id est μ 828
*lucis aeternae,* atque ita ostendit *aequalem.* Si enim haec minor est, obscuritas illius est non *candor* illius. Si autem maior est, non ex ea manat ; non enim uinceret de qua genita

**9** Ioh. 1, 14. **15** uide Symb. 'Quicumque,' 21. **16** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, 13. 1 Cor. 1, 24.21 ; Eccli. 1, 3-4. **18/19** Sap. 7, *25. **19/20** Symb. Nicaen., 10. **22/25** Sap. 7, 26. **27** Sap. 7, 26. **33/34** Sap. 7, 26. **34** Phil. 2, 6 ; uide Symb. 'Quicumque,' 31. **35** Sap. 7, 26. **36** Sap. 7, 25.

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **9** filius — **36** genita [*coll. f. 19v-20v*]. **21** quod — **34** aequalem [*excerpt., f. 2-2v*].

**10** et] ut $S^2$ **12** uerbum *pr.*] *add.* caro *F J P* et *om. T* **13** non] *add.* solum $T^a$ **14** aequale/ *1 litt. eras. O* missum *S* **15** id *om. F* **16** °et] *add.* si *R* **18** est *om. T* **19** sinceri *K*, sincera *T μ* Ibi] sibi *K* de *om. C* unius] i *s. l.* $K^1$ **22** enim est *P* **22/23** quid — aeternae *om.* $T^a$ **23** quid] *add.* aliud *S* **24** luci] i *i. r.* $N^2$ **26** °ille $R^a$ **26/27** °aditur $I^a$ **27** candorem *T* istud (ud *i. r.*) $S^2$ **28** °hac *M* cauendum] cogitandum $K^2$ °non] *del. S*, *om.* R **32** possit *F J K P* **32/33** quam — manat *om. S* **36** °maior] minor *M* uinceret] *add.* ea *i. mg.* $N^2$, *J* ; *add.* hic ē $K^2$ genita *om. S*

est. Quia ergo ex illa manat non est maior quam illa ; quia uero non obscuritas illius sed *candor* illius est non est minor ; PL 907
*aequalis* est ergo.

Neque hoc mouere debet quia dicta est *manatio quaedam claritatis omnipotentis dei sinceris* tamquam ipsa non sit omnipotens sed omnipotentis manatio. Mox enim de illa dicitur : *Et cum sit una, omnia potest.* Quis est autem omnipotens nisi qui *omnia potest* ? Ab illo itaque mittitur a quo emanat. Sic enim et petitur ab illo qui amabat eam et desiderabat : *Emitte,* inquit, *illam de sanctis caelis tuis et mitte illam a sede magnitudinis tuae ut mecum sit et mecum laboret,* id est, 'Doceat me laborare ne laborem.' Labores enim eius uirtutes sunt. Sed aliter mittitur ut sit cum homine ; aliter missa est ut ipsa sit homo. *In animas* enim *sanctas se transfert atque amicos dei et prophetas constituit,* sicut etiam implet sanctos angelos et omnia talibus ministeriis congrua per eos operatur. *Cum* autem *uenit plenitudo temporis,* missa est non ut impleret angelos, nec ut esset angelus nisi in quantum consilium patris annuntiabat quod et ipsius erat, nec ut esset cum hominibus aut in hominibus, hoc enim et antea in patribus et prophetis ; sed ut ipsum uerbum caro fieret, id est homo fieret, in quo futuro reuelato sacramento etiam eorum sapientium atque sanctorum salus esset qui priusquam ipse *de uirgine* nasceretur de mulieribus nati sunt, et in quo facto atque praedicato

---

**37** Sap. 7, 25. **38** Sap. 7, 26. **39** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, 6. **40/41** Sap. 7, *25. **43/44** Sap. 7, 27. **46/47** Sap. 9, *10. **50/51** Sap. 7, *27. **52/53** Gal. 4, *4. **57** Ioh. 1, 14. **58** 1 Tim. 3, 16. **59** 1 Cor. 1, 21. **59/60** Symb. Rom.-Mediol., 3 ; Symb. Afric., 3. **60** 1 Tim. 3, 16.

---

**Codd.** : *usque ad* **52** per *def. A ; B C* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*
**Test.** : **37** est *pr.* — **39** ergo [*coll.*, *f.* 20v].

---

**37** °Quia] qui $V^a$ **37/38** quia *alt.* — minor *om. T* **40** Neque] *praem.* ergo *T* **41** omnipotentis *om. T* sinceri $K^2$, sincera *T μ* **43** est *om.* $N^a$ °autem] ergo *M* **43/44** Quis — potest *om.* $S^a$ **44** qui] quia *T* mittetur $C^a$ **45** manat *S J P* °et petitur] expetitur *μ* et *pr.*] *add.* pllo itaque mit *exp. C* petetur $C^a$ illo] *add.* sic ut ipsum uerbum caro fieret, id est homo fieret $N^a$ **45/46** eam — desiderabat *om. S* °desiderabat] *add.* eam R **46** illam *pr.*] eam *S* caelis sanctis *J* et mitte] et emitte $B^2$, emitte *O S F J P T* illam *alt.*] eam *N S K* **47** sedem (m *exp.*) *C* **48** ne *om.* $J^a$ °eius *om.* $R^a$ **48/49** sunt uirtutes *S* **49** sunt] *add.* de quibus dictum est *J K P* **51** °dei *om.* $R^a$ etiam] enim *S* $T^a$ **56** enim] *add.* erat $O^3$ prophetis] *praem.* in *S T* **57** est] *add.* ut *P* in] *praem.* et *N K P* **58** reuellatio (l *pr. exp.*) *C* sacramento *om. C* sapientia *P* atque] t *s. l.* $C^1$ **59** °qui *om. M*

salus sit omnium credentium, sperantium, diligentium. Hoc *est* enim *magnum pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.*

[**28**] Ab illo ergo mittitur *dei uerbum* cuius est uerbum ; ab illo mittitur de quo *natum* est. Mittit *qui genuit* ; mittitur quod *genitum* est. Et tunc unicuique mittitur cum a quoquam cognoscitur atque percipitur quantum cognosci et percipi potest pro captu uel proficientis in deum uel perfectae in deo animae rationalis. Non ergo eo ipso quo de patre natus est missus dicitur filius, sed uel eo quod apparuit huic mundo *uerbum caro factum* unde dicit : *A patre exii et ueni in hunc mundum,* uel eo quod ex tempore cuiusquam mente percipitur sicut dictum est : *Mitte illam ut mecum sit et mecum laboret.* Quod ergo natum est ab aeterno in aeternum est : *Candor est enim lucis aeternae.* Quod autem mittitur ex tempore a quoquam cognoscitur. Sed cum *in carne* manifestatus est *filius dei, in hunc mundum* missus est in plenitudine temporis factus ex femina. *Quia enim in sapientia dei non poterat mundus cognoscere per sapientiam deum* quoniam *lux lucet in tenebris et tenebrae eam non comprehenderunt, placuit deo per stulti-*

---

**61** I Cor. 1, 21. **62/65** I Tim. 3, *16. **66** Eccli. 1, *5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, *13. **67** Symb. Nicaen., 10. I Ioh. 5, 1 ; libell. fid. (Clauis 552), 2.3 (CC 9, 129, 13.31/32) ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **68** libell. fid. (Clauis 552), 2 (CC 9, 129, 18) ; uide Symb. 'Quicumque,' 21. **71** Symb. Nicaen., 10. **73** Ioh. 1, 14. **73/74** Ioh. 16, *28. **75** Sap. 9, 10. **76/77** Sap. 7, 26. **78** I Ioh. 4, 2. **78/79** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; I Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. **79** Ioh. 16, *28. **79/80** Gal. 4, 4. **80/83** I Cor. 1, *21. **81/82** Ioh. 1, *5.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **66** Ab — **80** femina [*coll., f. 20v-21*]. **67** Mittit — **69** percipitur [*excerpt., f. 2v*].

---

**61** sit *om. C* **62** °est *pr. om. μ* magnum enim *F* °pietatis] *add.* est *μ* sacramentom (*corr. 1 m.*) *T* **64** est *pr. om. C* in *pr.*] *s. l. P*[1], *om. J T* in *alt.*] *s. l. P*[1] °mundo] mudo *I*[a], *praem.* hoc *R* **65** gloriam *C* **67** °natum] genitus *M* **68** unicuique] *ita A B C T μ*, utique *S*, cuique *cett. codd.* quoque *C* **69** agnoscitur *S* perficitur *T*[a] **70** °deo] deum *M* **71** eo *om. T* quod *S F* **73** °exiui a patre *μ* exiui *A C F* hunc] n *s. l. C*[1] **74** quod] d *eras. J*, quid *C*[a] **75** ut] et *K* et *om. K* **76** °natus *I* in] *ita A N O S J, exp. K, P ; om. cett. codd. μ* **76/77** enim est *S* **77** enim *om. C* tempore] *add.* non *K*[2] **77/78** quoque *C* **78** carnem *C* **79** hunc] n *s. l. C*[1] **80** sapientia/ *1 litt. eras. K* **82** comprehendunt *J*

*tiam praedicationis saluos facere credentes* ut uerbum caro fieret et habitaret in nobis. Cum autem ex tempore cuiusque prouectus mente percipitur, mitti quidem dicitur sed non *in hunc mundum* ; neque enim sensibiliter apparet, id est corporeis μ 829 sensibus praesto est. Quia et nos secundum quod mente aliquid aeternum quantum possumus capimus, non in hoc mundo sumus, et omnium iustorum spiritus etiam adhuc in hac carne uiuentium in quantum diuina sapiunt non sunt in hoc mundo. Sed pater cum ex tempore a quoquam cognoscitur, non dicitur missus ; non enim habet de quo sit aut ex quo procedat. *Sapientia* quippe *dicit : Ego ex ore altissimi prodiui*, et de spiritu sancto : *A patre procedit* ; pater uero a nullo.

[**29**] Sicut ergo pater *genuit, filius genitus* est ; ita *pater misit*, filius missus est. Sed quemadmodum *qui genuit* et qui *genitus* est, ita et qui *misit* et qui missus est *unum* sunt quia pater et filius *unum* sunt ; ita etiam spiritus sanctus unum cum eis est quia *haec tria unum sunt.* Sicut enim natum esse est filio *a patre* esse, ita mitti est filio cognosci quod ab illo sit. Et sicut spiritui sancto *donum dei* esse est *a patre* procedere, ita mitti est cognosci quod ab illo procedat. Nec possumus dicere quod spiritus sanctus et a filio non procedat ; neque enim frustra idem spiritus et *patris et filii spiritus* dicitur. Nec uideo quid aliud significare uoluerit cum *sufflans ait :*

---

**83/84** Ioh. 1, 14. **85/86** Ioh. 3, *17. **93** Eccli. 24, *1.5. **94** Ioh. 15, 26. **95** libell. fid. (Clauis 552), 2.3 (CC 9, 129, 13.31/32) ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; libell. fid. (Clauis 552), 2 (CC 9, 129, 18). **95/96** Ioh. 10, 36 ; 5, 23.24 ; 3, 17 ; 7, 16 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4 ; Is. 48, 16. **96** 1 Ioh. 5, 1 ; libell. fid. (Clauis 552), 2.3 (CC 9, 129, 13.31/32) ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **97** uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; libell. fid. (Clauis 552), 2 (CC 9, 129, 18). Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **97/98** Ioh. 10, 30. **99** 1 Ioh. 5, *7. **100** uide Symb. 'Quicumque,' 21. **100/101** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **101** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. **101/102** Ioh. 15, 26. **102/103** Ioh. 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7 ; uide Symb. 'Quicumque,' 22. **104** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6. **105/106** Ioh. 20, *22.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 84** Cum — **105** ait [*coll., f. 21-22*]. **91** pater — **105** ait [*Theodulf., spir.* (*PL 105, 260*)]. **95** Sicut — **99** sunt [*process.*, III (*PL 101, 81*)]. **102** Nec — **105** ait *Hadr., p. 9, 25-27* ; [*process.*, I (*PL 101, 68*)].

---

**85** profectus *B T* μ **86** hoc *T* °apparate $R^a$ **91** quoque *C* **92** non dicitur] *bis, alt. del. C* **93** hore $T^a$ prodiui] *ita A B C* μ, prodii *cett. codd.* **94** °sancto] *add.* qui *C*, *add.* dicitur $L^2$ μ procedit a patre *F* uero *om. T* **95** ergo *om.* $T^a$ est] et *del. S* **96** mittit *T* **97** ita] *exp.* $A^2$ **99** quia] qui $J^a$ **100** esse *alt. om.* $T^a$ **101** spiritu $C^a$ **102** °quod] quia μ **103** °fili *Hadr. V* **105** uideo] ideo $S^a$ quod *C* sufflans] *add.* in facie discipulorum $O^3$, *add.* in faciem discipulorum *F K P* μ, suflans *K*

*Accipite spiritum sanctum.* Neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore substantia spiritus sancti fuit sed demonstratio per congruam significationem non tantum *a patre* sed *et a filio* procedere spiritum sanctum. Quis enim dementissimus dixerit alium fuisse spiritum quem sufflans dedit et alium quem *post ascensionem* suam misit ? Vnus enim spiritus est *spiritus dei, spiritus patris et filii,* spiritus sanctus *qui operatur omnia in omnibus.*

Sed quod bis datus est dispensatio certe significationis fuit, de qua suo loco quantum dominus dederit disseremus. Quod ergo ait dominus : *Quem ego mittam uobis a patre,* ostendit *spiritum* et *patris* et *filii.* Quia etiam cum dixisset : *Quem mittet pater,* addidit *in nomine meo,* non tamen dixit, '*Quem mittet pater* a me,' quemadmodum dixit, *Quem ego mittam uobis a patre,* uidelicet ostendens quod totius diuinitatis uel si melius dicitur deitatis principium pater est. *Qui* ergo *ex patre procedit et filio* ad eum refertur a quo natus est filius. Et quod dicit euangelista : *Spiritus nondum erat datus quia Iesus nondum fuerat clarificatus,* quomodo intellegatur nisi quia certa illa spiritus sancti datio uel missio post clarificationem Christi futura erat qualis numquam antea fuerat ? Neque enim antea nulla erat, sed talis non fuerat. Si enim antea spiritus sanctus non dabatur, quo impleti prophetae locuti sunt

---

**109** Ioh. 15, 26. uide Symb. 'Quicumque,' 22. **111** Ioh. 20, 22. **111/112** Act. 2, *1-4. **112** Gen. 1, 2 ; 1 Cor. 2, 11 ; 3, 16 ; e.a. **113** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6. **113/114** 1 Cor. 12, 6. **117** Ioh. 15, 26. **118** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6. **118/120** Ioh. 14, 26. **120/121** Ioh. 15, 26. **122/123** Ioh. 15, *26. uide Symb. 'Quicumque,' 22. **123** Symb. Nicaen., 5-6 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2a. **124/125** Ioh. 7, *39. **126** Ioh. 7, 39 ; 14, 26 ; 15, 26 ; 16, 7.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **106** Accipite — **128** fuerat [*coll., f. 22-22v*]. **106** Accipite — **114** omnibus *Hadr., p. 9, 27-32 ;* [*Theodulf., spir.* (*PL 105, 260*)] *;* [*process.*, 1 (*PL 101, 68*)]. **116** Quod — **123** filius [*process.*, 1 (*PL 101, 68-69*)].

---

**109** patre] *add.* fuisse *F* **111** spiritum] *add.* sanctum *B N O K* °sufflans] suflans *K*, sufflan *Hadr. V* quem *alt. om. Hadr. V* **112** spiritus *pr. om. A B C T μ* spiritus dei *om. S* **113** patris] s *s. l. C*[1] filii] i *tert. s. l. K*[1], *add.* et *S* **115** certae *C* **118** Quia] qui *N*[a] *P* dixiset *C* **119** mittit *A N*[a] *O*[a] *S K P* addedit *C*[a] **120** mittit *A C*[a] *N*[a] *O*[a] *S K P* **120/121** °uobis mittam *L* **121** ostendens] *praem.* et *exp. C*, *praem.* aperte *N*[2] *P* **122** deitas *T*[a] Qui] quia *F* °ex] a *μ* filio] fili *K*[a], *praem.* a *J* **124** euangelista] n *s. l. C*[1] **124/125** nondum — Iesus *om. S* **124** °datus *om. M* **125** fuerat] *ita O T*, erat *cett. codd. μ* clarificatus] *ita A B C F*, glorificatus *cett. codd. μ* quomodo] quo/ modo *1 litt. eras. C* intelligitur *P*[a] *μ* **127** ante *T* **128** erat] fuerat *K*

cum aperte scriptura dicat et multis locis ostendat spiritu sancto eos locutos fuisse, cum et de Iohanne baptista dictum PL 909 sit : *Spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suae*, et *spiritu sancto repletus Zacharias* inuenitur pater eius ut de illo talia diceret, et spiritu sancto Maria ut talia de domino quem gestabat utero praedicaret, spiritu sancto Simeon et Anna ut magnitudinem Christi paruuli agnoscerent; quomodo ergo *spiritus nondum erat datus quia Iesus nondum erat clarificatus* nisi quia illa datio uel donatio uel missio spiritus μ 830 sancti habitura erat quandam proprietatem suam in ipso aduentu qualis antea numquam fuit ? Nusquam enim legimus linguis quas non nouerant homines locutos ueniente in se spiritu sancto sicut tunc factum est cum oporteret eius aduentum signis sensibilibus demonstrari ut ostenderetur totum orbem terrarum atque omnes gentes in linguis uariis constitutas credituras in Christum per donum spiritus sancti ut impleretur quod in psalmo canitur : *Non sunt loquelae neque sermones quorum non audiantur uoces eorum ; in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae uerba eorum.*

[**30**] Verbo itaque dei ad unitatem personae copulatus, et quodam modo commixtus est homo cum ueniente plenitudine temporis missus est *in hunc mundum* factus ex femina *filius dei* ut esset et *filius hominis* propter filios hominum.

---

**132** Luc. 1, *15. **133/134** Luc. 1, *67-79. **134/135** Luc. 1, 46-55. **135/136** Luc. 2, 25-38. **137/138** Ioh. 7, *39. **141/142** Act. 2, 4. **144/145** Act. 2, 6-11. **146/148** Ps. 18, *4-5. **150/151** Gal. 4, 4. **151/152** Ioh. 3, *17 ; 16, *28. **152** Matth. 14, 33 ; 16, 16 ; Marc. 1, 1 ; 3, 12 ; Luc. 1, 35 ; 4, 41 ; Ioh. 1, 34.49 ; 6, 70 ; 10, 36 ; 20, 31 ; 1 Ioh. 3, 8 ; 4, 15 ; 5, 5.20 ; e.a. ; Symb. Nicaen., 5. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27.28 ; 19, 28 ; 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12, 23.34 ; 13, 31 ; e.a.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **136** quomodo — **145** sancti [*coll., f. 23*]. **149** Verbo — **152** hominis *Vinc.*, v, *88-91.*

---

**130** dicat scriptura *J* dicit $O^a$ **133** repletus] reple//tus *2 litt. eras. K* **134** et *om. A B J K P* domino] *add.* nostro *P* **136** magnitudinem] g *s. l.* $J^1$ paruoli (*corr. 1 m.*) *O* quod modo $T^a$ **138** uel donatio *om.* $J^a$ $P^a$ **139/140** aduento (*corr. 1 m.*) *C* **140** quales $C^a$ nosquam $C^a$ **141** locutus (*corr. 1 m.*) *K* **142/143** aduentus (s *superscr.*) $K^1$ **143/144** °toto orbe *L* **146** °psalmo] christo $M^a$ loquellae (l *alt. exp.*) *C*, (l *alt. eras.*) *N O* **147** audiuntur (*corr. 1 m.*) *A* ; audientur *N*, (e *superscr.*) $O^3$, *K* **148** exiuit *P μ* finis $K^a$ **149** °Verbo] *praem.* in *M* itaque] *add.* copulatus est *del. C* °unitatem] *praem.* unus tamen (autem *R*) atque idem filius dei et qui erat et qui missus est *Vinc.* personae] *praem.* etenim *Vinc.* °et] est *M* **150** quoddam (d *pr. exp.*) *C* °commixtus] *praem.* et *M*, unitus *Vinc.* °homo] *add.* dei uerbo *Vinc.* **151/152** °filius dei factus ex femina *Vinc.* **152** °esset] fieret ex tempore *Vinc.* et *om. C K T Vinc.* °hominis] *add.* idem (id est *R*) ipse qui erat ab aeterno filius dei *Vinc.*

Hanc personam angelica natura figurare antea potuit ut praenuntiaret, non expropriare ut ipsa esset.

xxi. [XXI] De sensibili autem demonstratione spiritus sancti siue per columbae speciem siue per linguas igneas cum eius substantiam patri et filio coaeternam pariterque incommutabilem subdita et *seruiens creatura* temporalibus motibus et formis ostenderet, cum ad eius personae unitatem sicut *caro* quod *uerbum factum est* non copularetur, non audeo dicere nihil tale factum esse antea. Sed plane fidenter dixerim patrem et filium et spiritum sanctum *unius eiusdem*que *substantiae* deum creatorem, trinitatem omnipotentem inseparabiliter operari. Sed ita non posse per longe imparem maximeque corpoream creaturam inseparabiliter demonstrari, sicut per uoces nostras quae utique corporaliter sonant non possunt pater et filius et spiritus sanctus nisi suis et propriis interuallis temporum certa separatione distinctis quae sui cuiusque uocabuli syllabae occupant nominari. In sua quippe substantia qua sunt *tria unum sunt*, pater et filius et spiritus sanctus, nullo temporali motu super omnem creaturam idipsum sine ullis interuallis temporum uel locorum et simul unum atque idem ab aeternitate in aeternitatem tamquam ipsa aeternitas quae sine ueritate et caritate non est ; in meis autem uocibus separati sunt pater et filius et spiritus sanctus nec simul dici potuerunt, et in litteris uisibilibus sua separatim locorum spatia tenuerunt. Et quemadmodum cum memoriam meam et intellectum et uoluntatem nomino, singula quidem PL 910
nomina ad res singulas referuntur sed tamen ab omnibus tri-

xxi. **2** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 9-10 ; Luc. 3, 21-22 ; Ioh. 1, 32. Act. 2, 1-4. **4** Sap. 16, *24. **6** Ioh. 1, 14. **8/9** Symb. Nicaen., 10. **9/10** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **16/17** 1 Ioh. 5, *7. **20** cf. supra IV, prooem., 41/43.

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : xxi. **8** patrem — **25/26** tribus [*coll., f. 23-24*].

**153** Hanc] *praem.* x *C* **154** exprimere *C T* ipsa] *praem.* in *K.*

xxi.] xi *A*, x *B*, *om. C*, xxii *N* $O^a$ **4** et] e/t *1 litt. eras. O* **6** uerbum quod caro *F* **7** esse *om.* $A^a$ *C J T* plane] tamen *P* **10** longe] *add.* per (?) *eras. C* **12** nostrae $K^a$ **14** reparatione $A^a$ °distinctis quae] distingui atque *I* sui] *ita O J*, suis *S*, suae *cett. codd.* μ **15** °quibusque *I* uocabolis (s *eras.*) *C*, uocabulis *N S T* **16** qua/ *1 litt. eras. O* **17** nulla (*corr. 1 m.*) *A* **17/18** °ad ipsum R **18** interualis $C^a$ **19** aeternitatem] *add.* est $N^2$, aeternitate *K* **20** °ueritate] *add.* et aeternitate *I* **21** separatim *T* **22** potuerunt dici *F* **23** locorum] *praem.* in *eras. C* **24** °meam] in eam *M*

bus singula facta sunt ; nullum enim horum trium nominum est quod non et memoria et intellectus et uoluntas mea simul operata sint ; ita trinitas simul operata est et uocem patris et carnem filii et columbam spiritus sancti cum ad personas singulas haec singula referantur. Qua similitudine utcumque cognoscitur inseparabilem in se ipsa trinitatem per uisibilis creaturae speciem separabiliter demonstrari, et inseparabilem trinitatis operationem etiam in singulis esse rebus quae uel ad patrem uel ad filium uel ad spiritum sanctum demonstrandum proprie pertinere dicuntur.

[**31**] Si ergo a me quaeritur quomodo factae sint uel uoces uel sensibiles formae atque species ante *incarnationem* uerbi μ 831
dei quae hoc futurum praefigurarent, *per angelos* ea deum operatum esse respondeo, quod etiam scripturarum sanctarum testimoniis, quantum existimo, satis ostendi. Si autem quaeritur ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum dei uerbum dico carnem factum, id est hominem factum, non tamen in hoc quod factum est conuersum atque mutatum, ita sane factum

---

**28** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, 11 ; 9, 6 ; Luc. 3, 22 ; 9, 35. **29** Ioh. 1, 14 ; 1 Ioh. 4, 2. Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 9-10 ; Luc. 3, 21-22 ; Ioh. 1, 32. **32/33** Ambr., fid. IV, 6, 68 (CSEL 78, 180, 32/35) ; 1 Cor. 12, 4-6 ; 1 Ioh. 5, 7 ; cf. Aug., praed. sanct., 8, 13 (PL 44, 970). **36/39** III, x, 192/195. **36/37** Gen. 12, 1.7 ; 18, 1-2 ; 22, 1-16 ; Ex. 3, 1-2.6 ; 13, 21-22 ; 14, 19-20.24 ; 16, 10-12 ; 19, 16-19 ; 20, 18-22 ; 33, 9-23 ; 34, 5 sqq. ; e.a. **37/38** Ioh. 1, 14. **37** uide Symb. 'Quicumque,' 27. **37/38** Eccli. 1, *5 ; Ioh. 1, 1.14 ; Apoc. 19, *13. **38/39** Hebr. 2, 2 ; Gal. 3, 19. **40** *ostendi* : II, vii, 17/37 sqq. - III, ix, 1 sqq. ; 32 sqq. ; 75 sqq. ; 90 sqq. ; x, 5 sqq. ; 17 sqq. ; 44 sqq. ; 76 sqq. ; 107 sqq. ; 148 sqq. ; 187 sqq. **41/42** Ioh. 1, 14. **42** Symb. Nicaen., 15. **42/43** uide Symb. 'Quicumque,' 33. **43** *conuersum atque mutatum* : cf. Cic., orat. part., vii, 23 ; de or. III, xlv, 177.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **26** singula — **43** factum *alt.* [*coll., f. 24-24*$^{v}$]. **26** nullum — **30** referantur *Coll. Nou., p. 76, 2-4.* **40** Si — **43** mutatum *Vinc.*, v, *93-96.* **43** ita — factum *alt. Vinc.*, v, *103-104 ; Hisp., p. 115, 10.*

---

**28** sunt *T* ita] in *Coll. Nou.* **30** °singula haec *μ* °referuntur *M*, referebatur *Coll. Nou.* **31** ipsam *B O*, (m *eras.*) *S*, *F P* uisibiles *T* **32** species *T* **33** ad] d *s. l.* $C^{1}$ **35** dicantur $A^{2}$ **37** fomae $N^{a}$ **39** operata $S^{a}$ sanctarum] n *s. l.* $C^{1}$ **40** °Si autem] unde si *Vinc.* **40/41** °queritur] quaeratur a me *Vinc.* **41** quo $O^{a}$ °uerbum dei R *Vinc.* R *μ* °dei *om. Vinc. N* **42** non] nec *Vinc.* **43** est *om. T* °conuersum atque] fuisse *Vinc.* mutatum] *add.* Adsumpsit enim carnem, non se conuertit in carnem. Qua facta ita dei uerbum scribitur factum, sicut ea crucifixa dominus maiestatis scribitur crucifixus, sicut etiam ea creata uel creanda ipsa illa coaeterna patris sapientia ex se esse. Quae quidem omnia ideo ad uerbum dei referuntur ut una filii dei persona insinuetur, ne quasi duo Christi esse uideantur, unus deus, alter homo ; sed unus idemque deus et homo *Vinc.* factum *alt. om. Vinc.*

ut ibi sit non tantum uerbum dei et hominis caro sed etiam rationalis hominis anima, atque hoc totum et *deus* dicatur propter deum *et homo* propter hominem. Quod si difficile intellegitur, mens fide purgetur magis magisque abstinendo a peccatis et bene operando et orando cum gemitu desideriorum sanctorum ut per diuinum adiutorium proficiendo et intellegat et amet.

Si autem quaeritur post *incarnationem* uerbi quomodo facta sit uel uox patris uel species corporalis qua spiritus sanctus demonstratus est, per creaturam quidem facta ista non dubito. Sed utrum tantummodo corporalem atque sensibilem, an adhibito spiritu etiam rationali uel intellectuali (hoc enim quibusdam placuit appellare quod graeci dicunt νοερόν), non quidem ad unitatem personae (quis enim hoc dixerit ut quidquid illud est creaturae per quod sonuit uox patris ita sit deus pater, aut quidquid illud est creaturae in quo per columbae speciem uel per igneas linguas spiritus sanctus demonstratus est ita sit spiritus sanctus sicut est *dei filius homo* μ 832
ille qui *ex uirgine factus* est ?), sed tantummodo ad ministerium peragendae significationis sicut oportuisse deus iudicauit, an aliquid aliud intellegendum sit inuenire difficile est et temere affirmare non expedit. Quomodo tamen ista sine rationali uel intellectuali creatura potuerint fieri non uideo. Neque adhuc locus est explicare cur ita sentiam quantum uires dominus dederit. Prius enim sunt discutienda et refellenda haeretico-

---

**44/45** uide Symb. 'Quicumque,' 35.30. **45/46** uide Symb. 'Quicumque,' 28.35. **51** Ioh. 1, 14. uide Symb. 'Quicumque,' 27. **52** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, 11 ; 9, 6 ; Luc. 3, 22 ; 9, 35. **52/53** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 9-10 ; Luc. 3, 21-22 ; Ioh. 1, 32 ; Act. 2, 1-4. **58** Matth. 3, 17 ; 17, 5 ; Marc. 1, 11 ; 9, 6 ; Luc. 3, 22 ; 9, 35. **59/60** Matth. 3, 16 ; Marc. 1, 9-10 ; Luc. 3, 21-22 ; Ioh. 1, 32. **60** Act. 2, 1-4. **61** II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. **61/62** Symb. Nicaen., 15. **61** I Tim. 2, 5 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28.30.35. **62** Symb. Rom.-Mediol. II, 3.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **44** ut — **46** hominem *Vinc.*, v, *104-106 ; Tolet. XI, p. 22, 20-23 ; Hisp., p. 115, 10-12 ;* [*coll., f. 24*v]. **46** Quod — **47** purgetur [*excerpt., f. 2*v]. **51** Si — **63** iudicauit [*coll., f. 24*v*-25*].

---

**44** °non tantum ibi sit *Tolet. XI* sit *om. Hisp.* tantum] solum *Vinc. Hisp.* hominis] *add.* et *K* **45** rationabilis *Vinc. N* °dicatur] *add.* esse *Hisp.* **46** propter *pr.* — homo *om. C* hominem] *add.* a deo assumptum *i. mg.* $C^2$ °si *om. I* dificillime *T* **48** desideriorum $K^a$ **51** post queritur $F^a$ **52/53** sanctus spiritus *C* **53** quidem *om. T* **55** etiam spiritu *F K* **56** appellari $A^a$ noeron *A O F*, noeron *B N S J*, nonpon *C*, noerum *K*, noepon *P*, nωнpon *T* **58** illud *om. P* **59** aut] /ut *1 litt. eras.* $O^a$ **60** uel] et *T* per *om. S* **61** °dei *om.* $R^a$ **64** aliud] //aliud *2 litt. eras. K*, $J^a$ difficile] f *pr. s. l.* $C^1$ **64/65** timere $C^a$ **66** intellectuali] intellectu//ali *2 litt. eras. C* Neque] non $T^a$ **67** quantum] *add.* enim $S^2$ uiris *K*, uiribus $K^2$ **67/68** dederit dominus *O* **68** enim] *del.* $S^2$ refelenda $C^a$ $T^a$

rum argumenta quae non ex diuinis libris sed ex rationibus suis proferunt quibus se uehementer cogere arbitrantur testimonia scripturarum quae de patre et filio et spiritu sancto sunt ita esse intellegenda ut ipsi uolunt.

[**32**] Nunc autem non ideo *minorem* filium quia missus est *a patre*, nec ideo minorem spiritum sanctum quia et pater PL 911 eum misit et filius sufficienter quantum arbitror demonstratum est. Siue enim propter uisibilem creaturam siue potius propter principii commendationem, non propter inaequalitatem uel imparilitatem uel dissimilitudinem substantiae in scripturis haec posita intelleguntur, quia etiam si uoluisset deus pater per subiectam creaturam uisibiliter apparere, ab- PL 912 surdissime tamen aut a filio quem *genuit* aut ab spiritu sancto *qui* de illo *procedit* missus diceretur. Iste igitur sit huius uoluminis modus ; deinceps in ceteris adiuuante domino illa haereticorum uersutissima argumenta qualia sint et quemadmodum redarguantur uidebimus.

---

**73** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Ioh. 14, 28. **73/74** Is. 48, 16 ; Ioh. 3, 17 ; 5, 23.24 ; 7, 16 ; 10, 36 ; 16, 28 ; Gal. 4, 4. **74/75** Ioh. 14, 26. **75** Ioh. 15, 26 ; 16, 7. **81** libell. fid. (Clauis 552), 2.3 (CC 9, 129, 13.31/32) ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **81/82** Ioh. 15, 26.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **73** Nunc — **82** diceretur [*coll.*, *f.* 25-25v].

---

**70** uehementer] e *pr. s. l.* $C^1$ **71** de] *praem.* et *K* **72** sint *N* **74** et *om. J* **79** quia] qui $S^a$ **80** °pater *om. M* **80/81** absordissime $S^a$ **81** a *om.* $C^a$ *T* ab] a *A B C F J* μ, *om. T* sancto spiritu *A C* **82** °Iste *om.* $I^a$.

# LIBER V

I. [I **1**] Hinc iam exordiens ea dicere quae dici ut cogitantur μ 831 uel ab homine aliquo uel certe a nobis non omni modo pos- PL 911 sunt, quamuis et ipsa nostra cogitatio cum de deo trinitate cogitamus longe se illi de quo cogitat imparem sentiat neque ut est eum capiat sed, ut scriptum est etiam a tantis quantus Paulus apostolus hic erat, *per speculum in aenigmate* uideatur, primum ab ipso domino deo nostro de quo semper cogitare debemus et de quo digne cogitare non possumus, cui laudando reddenda est omni tempore benedictio et cui enuntiando nulla competit dictio, et adiutorium ad intellegenda atque explicanda quae intendo et ueniam precor sicubi offendo. Memor enim sum non solum uoluntatis uerum etiam infirmitatis meae. Ab his etiam qui ista lecturi sunt ut ignoscant μ 832 peto ubi me magis uoluisse quam potuisse dicere aduerterint quod uel ipsi melius intellegunt uel propter mei eloquii difficultatem non intellegunt, sicut ego eis ignosco ubi propter suam tarditatem intellegere non possunt.

[**2**] Facilius autem nobis inuicem ignoscimus si nouerimus aut certe credendo firmum tenuerimus ea quae de natura incommutabili et inuisibili summeque uiuente ac sibi sufficiente dicuntur non ex consuetudine uisibilium atque mutabilium et mortalium uel egenarum rerum esse metienda. Sed cum in his etiam quae nostris corporalibus adiacent sensibus uel quod nos ipsi in interiore homine sumus scientia comprehendendis laboremus nec sufficiamus, non tamen impudenter in illa quae μ 833 supra sunt diuina et ineffabilia pietas fidelis ardescit, non quam suarum uirium inflat arrogantia sed quam gratia ipsius creatoris et saluatoris inflammat. Nam quo intellectu homo deum capit qui ipsum intellectum suum quo eum uult capere nondum capit ? Si autem hunc iam capit, attendat diligenter

---

I. **6** I Cor. 13, 12. **9** Ps. 33, 2.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M* R *V*).

**Test. :** I. **19** ea — **30** diligenter [*Agob.*, *imagin.*, XIV (*PL 104, 211*)]. **28** Nam — diligenter [*Ben.*, *munim. II, f. 3*].

---

I.] PROOEM. *B F T* **1** Hinc] nunc *J* exordiens] o *s. l.* $J^{1}$ dicere ea *T* ut *om.* $J^{a}$ **4** ille (*corr. 1 m.*) *J* sensiat $C^{a}$ **6** apostolus paulus *F K P* hic] *del. S*, *om. T* speculum] *ita A*, *add.* et $A^{2}$ *cett. codd.* μ in *om.* $O^{a}$ $T^{a}$ **7** ipso] eo *K* **8** digne] igne $N^{a}$ **9** redenda $C^{a}$ **12** °sum enim μ **14** magis me *P* **15** ipse $T^{a}$ **15/16** difficutatem $C^{a}$ **16** °ego *om.* R **17** intellegere] intellegi (i *alt. ex* ere *per ras.*) *C*, *praem.* me *F K* $P^{2}$ **18** si nouerimus *om. K* **20** suficiente $C^{a}$ **22** egenorum (*corr. 1 m.*) *T* mentienda (n *pr. exp.*) *K* Sed] *praem.* I *T* **23** etiam *om. T* **24** in *om.* $C^{a}$ *K* **25** elaboremus *P* imprudenter (r *pr. eras.*) *I*, *M* R **26** supra] *add.* nos $A^{2}$ $S^{2}$ ; *add.* se $O^{3}$, *i. r.* $F^{2}$ inefabilia $C^{a}$ ardescit] inardescit *F K* **26/27** non quam] numquam *F* $K^{a}$ **27** uirium] uariam $K^{a}$ gratia/ *1 litt. eras. N* **28** et saluatoris *om. S* inflamat *A* Nam] *praem.* II *A*, *praem.* I *B F* quo/ *1 litt. eras. K* **28/29** °deum capit homo μ **29** deum] *add.* suum $P^{a}$ capere] capire $K^{a}$

nihil eo esse in sua natura melius, et uideat utrum ibi uideat ulla lineamenta formarum, nitores colorum, spatiosam grandi- PL 912
tatem, partium distantiam, molis distensionem, aliquas per locorum interualla motiones uel quid eiusmodi. Nihil certe istorum inuenimus in eo quo in natura nostra nihil melius inuenimus, id est in nostro intellectu quo sapientiam capimus quantae capaces sumus. Quod ergo non inuenimus in meliore nostro non debemus in illo quaerere quod longe melius est meliore nostro, ut sic intellegamus deum si possumus, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ praesentem, sine habitu omnia continentem, *sine loco ubique totum*, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem nihilque patientem. Quisquis deum ita cogitat etsi nondum potest omni modo inuenire quid sit, pie tamen cauet quantum potest aliquid de illo sentire quod non sit.

II. [II **3**] Est tamen sine dubitatione substantia uel si melius hoc appellatur essentia, quam graeci οὐσίαν uocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia et ab eo quod est scire dicta est scientia, ita ab eo quod est esse dicta est

**37/46** cf. Eccli. 43, 34-37. **42** Ambr., fid. I, 16, 106 (CSEL 78, 46) : *ubique totus* ; Hieron., ephes., I, II, 13-14 (PL 26, 503) : *totus ubique* ; cf. Plot., enn. VI, 4, inscr. ; 5, inscr. (ed. Henry-Schwyzer, 1, 46, 8/9 ; 11/12) : πανταχοῦ... ὅλον ; Orig., princ. IV, 3, 30 (GCS 22, 352, 28/29) ; Basil., spir. sanct., 9, 22 (PG 32, 108) ; spir., 2 (PG 29, 769-772) ; Ioh. Chrys., de incompr. dei nat., 1, 3 (PG 48, 704) ; in ps. 138, 2 (PG 55, 413) ; Hil., trin. II, 6 (PL 10, 55) ; in ps. 118, 8 (CSEL 22, 526, 26 - 527, 1) ; in ps. 129, 3, 5 (CSEL 22, 649, 28 - 650, 5) ; in ps. 144, 21 (CSEL 22, 838, 17) ; Aug., conf. I, 3, 3 (ed. Skutella, 3, 1-15) ; lib. arb. II, 14, 37-38 (CSEL 74, 2-12) ; mor. eccl. cath. I, 11, 19 (PL 32, 1320) ; in ioh. euang., tract. I, 8, 30-33 ; XXXIV, 6, 16 (CC 36, 5 ; 314) ; c. epist. fund., 15, 20 sqq. (CSEL 25, 212 sqq.) ; e.a. ; infra XIII, xix, 5 ; XIV, xv, 28.

II. **1/7** cf. V, viii, 41/42 ; VII, v, 16/26. **1/5** cf. Quint., inst. II, 14, 2 ; Sen., epist. 58, 6. **1** *substantia* : cf. Tert., apol. 21 ; adu. prax. 2 ; 26. **2** *essentia* = οὐσία ; cf. Aug., ciu. dei XII, 2.

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 31** nihil — **46** sit [*Ben., munim. II, f. 3-3v*] ; [*Agob., imagin.*, xiv (*PL 104, 211*)]. **39** sic — **44** patientiam [*excerpt., f. 2v*]. **39** intellegamus — **46** sit [*coll., f. 25v-26*]. **40** sine *pr.* — **46** sit [*Godesc., diuers.*, 5 (*p. 303, 7-13*)].

II. **1** Est — **4** est *quart.* [*Ben., munim. II, f. 3v*] ; [*coll., f. 26*] ; [*excerpt., f. 2v*].

**31** esse eo *F* **32** ulla] illa (*corr. 1 m.*) *A* linimenta $S^a$ colores $T^a$ **33** distentionem] distinctionem *P* aliquas] *add.* ue $S^2$ **34** quid] *praem.* si $C^2$, aliquid $S^2$ *J* eiusmodi] *praem.* est $C^2$ **35** quod (d *exp., del.*) *O*, *J* in *alt. om.* $A^a$ **37** quantae] *ita A C S K* ; quanto *B N*, (o *i. r.*) $O^2$, *J* ; quantum *F P T* μ **40** quantite $C^a$ **41** praesentem] praesidentem $A^2$ μ **42** habitu] ambitu $A^a$ ubique] q: *s. l.* $T^1$ **44** etsi] utsi (*corr. 1 m.*) *A* **45** °caueat $M^2$ $R^2$ **46** °illo] eo μ.

II. *om. A B C J* **1** °tamen] autem *I* sine *om.* $S^a$ **2** hoc *om.* *T* usian *A C O S F K*, usian *B N J*, ycian *P*, usiam *T* Sicut] *praem.* II *J* **3** sapare (*corr. 1 m.*) *A* et *om.* $A^a$ **4** dicta est *pr. om.* *N S F J K P T*

essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo : *Ego sum qui sum*, et : *Dices filiis Israhel : Qui est misit me ad uos ?* Sed aliae quae dicuntur essentiae siue substantiae capiunt accidentias quibus in eis fiat uel magna uel quantacumque mutatio ; deo autem aliquid eiusmodi accidere non potest. Et ideo sola est incommutabilis substantia uel essentia quae deus est, cui profecto ipsum esse unde essentia nominata est maxime ac uerissime competit. Quod enim mutatur non seruat ipsum esse, et quod mutari potest etiamsi non mutetur potest quod fuerat non esse, ac per hoc illud solum quod non tantum non mutatur uerum etiam mutari omnino non potest sine scrupulo occurrit quod uerissime dicatur esse.

III. [III **4**] Quamobrem ut iam etiam de his quae nec dicuntur ut cogitantur nec cogitantur ut sunt respondere incipiamus PL 913
fidei nostrae aduersariis, inter multa quae arriani aduersus catholicam fidem solent disputare hoc sibi maxime callidissimum machinamentum proponere uidentur cum dicunt : 'Quidquid de deo dicitur uel intellegitur non secundum accidens sed secundum substantiam dicitur. Quapropter ingenitum esse patri secundum substantiam est, et genitum esse filio secundum substantiam est. Diuersum est autem ingenitum esse et genitum esse ; diuersa est ergo substantia patris et filii.'

Quibus respondemus : Si quidquid de deo dicitur secundum substantiam dicitur, ergo quod dictum est : *Ego et pater unum sumus*, secundum substantiam dictum est. Vna est igitur substantia patris et filii. Aut si hoc non secundum substantiam dictum est, dicitur ergo aliquid de deo non μ 834
secundum substantiam, et ideo iam non cogimur secundum substantiam intellegere ingenitum et genitum. Item dictum est de filio : *Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo.*

---

**6** Ex. 1, 14. **6/7** Ex. 3, 14.

III. **6/11** cf. Ambr., incarn. 8, 79 (CSEL 79, 264, 1/11). **13/14** Ioh. 10, 30. **14/15** Symb. Nicaen., 10. **19** Phil. 2, *6.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **5** essentia — **17** esse [*Ben., munim. II, f. 3*$^{v}$] ; [*coll., f. 26-26*$^{v}$] ; [*excerpt., f. 2*$^{v}$].

---

**5** est] *praem.* ē *S* suo] *add.* moysi *O*$^{3}$ *F K* μ **8** accidentias] *ita B C O*, (s *eras.*) *J*, *P T* ; accidentia *cett. codd.* μ **8/9** quantulacumque *T* **11** °quae] qui μ est *om. S*$^{a}$ unde] inde *A*$^{a}$ **12** ac] et *T* **13** non] *bis, pr. del. S* **16** °occurret *M*, °occurit *V*$^{a}$ **17** esse] essentia R$^{a}$.

III.] II *B C* **1** ut *om. N O*$^{a}$ iam *om. A B C N O*$^{a}$ etiam] et *exp. A*$^{2}$, *om. S* °iis μ **2** sint (*corr. 1 m.*) *A* **4/5** calidissimum *C*$^{a}$ **8/9** et — est *pr. om. T* **9** °filium *M* **13** quod] d *s. l. S*$^{1}$ **14/15** igitur est *F* **15** patris et filii *om. A C O*$^{a}$ *S J T* **16** ergo] *add.* iam *S*$^{2}$ **17** cogemur *K* **18** intellere *S*$^{a}$ genitum] //genitum *2 litt. eras. K* **19** est *pr. om. T*$^{a}$ aequalem *T*$^{a}$

Quaerimus secundum quid aequalis. Si enim non secundum substantiam dicitur aequalis, admittunt ut dicatur aliquid de deo non secundum substantiam ; admittant ergo non secundum substantiam dici ingenitum et genitum. Quod si propterea non admittunt quia omnia de deo secundum substantiam dici uolunt, secundum substantiam filius *aequalis* est *patri*.

IV. [IV **5**] Accidens autem dici non solet nisi quod aliqua mutatione eius rei cui accidit amitti potest. Nam etsi quaedam dicuntur accidentia inseparabilia, quae appellantur graece ἀχώριστα, sicuti est plumae corui color niger ; amittit eum tamen non quidem quamdiu pluma est sed quia non semper est pluma. Quapropter ipsa materies mutabilis est, et ex eo quod desinit esse illud animal uel illa pluma totumque illud corpus in terram *mutatur et uertitur*, amittit utique etiam illum colorem. Quamuis et accidens quod separabile dicitur non separatione sed mutatione amittatur, sicuti est capillis hominum nigritudo, quoniam dum capilli sunt possunt albescere; separabile accidens dicitur, sed diligenter intuentibus satis apparet non separatione quasi emigrare aliquid a capite dum canescit ut nigritudo inde candore succedente discedat et aliquo eat, sed illam qualitatem coloris ibi uerti atque mutari. Nihil itaque accidens in deo quia nihil mutabile aut amissibile. Quod si et illud dici accidens placet quod licet non amittatur, minuitur tamen uel augetur, sicuti est animae uita (nam et quamdiu anima est tamdiu uiuit, et quia semper anima est semper uiuit, sed quia magis uiuit cum sapit minusque dum desipit, fit etiam hic aliqua mutatio non ut desit uita sicuti

---

**25** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6.

IV. **3.9** cf. Porphyr., isag., 4a, 25-35 (CAG 4-1, 12, 24 — 13, 8). **8** Cic., de or. III, XLV, 177. **15** *uerti atque mutari* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part. VII, 23.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** IV. **1** Accidens — **21** sicuti [*excerpt.*, *f.* 2v-3].

---

**20** quod $T^a$ **21** admittant *P* ut] *om.* *K*, quod $K^2$ **22** admittunt *T* **24** amittunt $A^a$.

IV. *om.* *A B C* **1** °non dici solet *P*, non solet dici *μ* dici *om.* $A^a$ quod] cum $A^a$, *add.* cum *K* **1/2** aliquam mutationem $C^2$ **3** accedentia $C^a$ °graece appellantur *R μ* **4** achorista *A C* $O^3$ *S F J K P*, achorista *B N T*, acorista *O* sicut *N* $O^a$ *S μ* **6** quiapropter (i *exp.*) *A* et *om.* *S* quo *P* **7** totumque] totum// *2 litt. eras.* *N* **8** terra *B N* $O^a$ J ammittit $C^a$ utique] itaque $T^a$ illud $T^a$ **9** et *om.* $A^a$ separabile] *praem.* in *eras.* *A*, separale *S* **10** amittitur *T* est] *exp.* $O^3$, *om.* *F T* capillis] *praem.* in $S^2$, capilli *T* **11** nigredo *P* dealbescere *S* **13** °separationem *I* **14** °inde] *om.* $A^a$, in *I* **15** °uerti] i *superscr.* $C^2$, uerti/ *1 litt. eras.* *A*, uertit $R^a$ **17** dici// (i *alt.* *ex* e *per ras.*) *2 litt. eras.* *C* ammittatur $C^a$ **18** minuetur (*corr. per ras.*) *K* augetur] auge/tur *1 litt. eras.* *C* **19** quamdiu] quam//diu *2 litt. eras.* *C* **19/20** °et — uiuit *pr. om.* $A^a$ *C R* **19** °anima est *alt.*] est anima *L* **20** minusque] minus *P* dum] cum *A C S K P* $T^a$ *μ* **21** hinc *T* sicut *A C S P T*

deest insipienti sapientia, sed ut minus sit), nec tale aliquid in deo fit quia omnino incommutabilis manet.

[6] Quamobrem nihil in eo secundum accidens dicitur PL 914 quia nihil ei accidit ; nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. In rebus enim creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur restat ut secundum accidens dicatur. Omnia enim accidunt eis, quae uel amitti possunt uel minui et magnitudines et qualitates, et quod dicitur ad aliquid sicut amicitiae, propinquitates, seruitutes, similitudines, aequalitates et si qua huiusmodi et situs et habitus et loca et tempora et opera atque passiones.

V. [V] In deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur quia nihil in eo mutabile est ; nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. Dicitur enim *ad aliquid* sicut pater ad filium et filius ad patrem, quod non est accidens quia et ille semper pater et ille semper filius, et non ita semper quasi ex quo natus est filius aut ex eo quod numquam desinat esse filius pater esse non desinat pater, sed ex eo quod semper natus est filius nec coepit umquam esse filius. Quod si aliquando esse coepisset aut aliquando esse desineret filius, secundum accidens diceretur. Si uero quod dicitur pater ad se ipsum diceretur non ad filium, et quod dicitur filius ad se ip- μ 835 sum diceretur non ad patrem, secundum substantiam diceretur et ille pater et ille filius. Sed quia et pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius et filius non dicitur nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam haec dicuntur quia non quisque eorum ad se ipsum sed ad inuicem atque ad alterutrum ista dicuntur ; neque secundum accidens quia et quod

**24/32** Arist., categ. IV, 1b, 25 - 2a, 3.

V.-VI. cf. Arist., categ. VII, 6a, 36 - 8b, 24 ; Greg. Naz., orat. XXIX (PG 36, 36, 73 sqq.) ; Aug., ciu. dei XI, 10, 1 ; infra, VIII, prooem. ; IX, 1.

V. **3** *ad aliquid* : πρός τι ; cf. Arist., categ. VII, 6a, 36 - 8b, 24 ; Ps.-Aug., categ. X ex Arist., XI (PL 32, 1430).

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **22** deest — **32** passiones [*excerpt., f. 3*]. **26** In — **32** passiones [*coll., f. 26v-27*].

V. **1** In — **17** quod [*excerpt., f. 3*]. **1** In — **5** filius, **8** nec — **17** quod [*Alcuin., trin. I*, IX (*PL 101, 19*)]. **1** In — **2** est [*coll., f. 26v*].

**22** minor *T* **23** °quia] i *eras. I* **25** quia] qui $C^{a}$ °ei] in eo *I* accedit $C^{a}$ **28** °eis *om. R* amitti uel *F* **29** uel *om.* $S^{a}$ et *pr.*] ut $S^{2}$ **30** ad *om.* $A^{a}$ seruitutes *om.* $A^{a}$ *C* **31** aequalitatis $C^{a}$ qua] *add.* sunt *F* **32** atque et opera *F*.

V. *om. A B C* **1** quidem *om. T* dicitur *om.* $A^{a}$ **2** quo $K^{a}$ **3** ad *om.* $A^{a}$ **4** accidens non est *F K* **6** quo] *praem.* eo *S* aut] ut *B* $J^{2}$ *K* μ **7** esse pater *P* non desinat esse *S F* μ esse *alt.*] *del. S* **8** est *om. J K* $T^{a}$ esse umquam $A^{a}$ **9** desineret esse *K* desineret] *add.* esse *F* **9/10** secundum filius $F^{a}$ **10** quod *om. T* **11** et quod dicitur] *bis, pr. eras. C* **14** °quod ex eo *M* **15** non secundum] *bis, pr. eras. C* **16** quisquis *T* ad *tert. om. B C*

dicitur pater et quod dicitur filius aeternum atque incommutabile est eis. Quamobrem quamuis diuersum sit patrem esse et filium esse, non est tamen diuersa substantia quia hoc non secundum substantiam dicuntur sed secundum relatiuum, quod tamen relatiuum non est accidens quia non est mutabile.

VI. [VI 7] Si autem huic sic putant resistendum esse sermoni quod pater quidem ad filium dicitur et filius ad patrem, ingenitus tamen et genitus ad se ipsos dicuntur non ad alterutrum ; non enim hoc est dicere ingenitum quod est patrem dicere quia et si filium non genuisset nihil prohiberet dicere eum ingenitum, et si gignat quisque filium non ex eo ipse est ingenitus quia geniti homines ex aliis hominibus gignunt et ipsi alios — inquiunt ergo : 'Pater ad filium dicitur et filius ad patrem ; ingenitus autem ad se ipsum et genitus ad se ipsum dicitur. Et ideo si quidquid ad se ipsum dicitur secundum substantiam dicitur ; diuersum est autem ingenitum esse et genitum esse ; diuersa igitur substantia est.'

Hoc si dicunt non intellegunt de ingenito quidem aliquid se dicere quod diligentius pertractandum sit, quia nec ideo quisque pater quia ingenitus nec ingenitus ideo quia pater, et propterea non *ad aliquid* sed ad se dici putatur ingenitus ; genitum uero mira caecitate non aduertunt dici non posse nisi *ad aliquid*. Ideo quippe filius quia genitus et quia filius utique PL 915
genitus. Sicut autem filius ad patrem sic genitus ad genitorem refertur, et sicut pater ad filium ita genitor ad genitum. Ideoque alia notio est qua intellegitur genitor, alia qua ingenitus. Nam quamuis de patre deo utrumque dicatur, illud

---

VI. **16.18** *ad aliquid* : πρός τι ; cf. Arist., categ. VII, 6a, 36 - 8b, 24 ; Ps.-Aug., categ. x ex Arist., XI (PL 32, 1430). **18/19** cf. V, VII, 3/4 ; Ambr., fid., prol. (CSEL 78, 59, 32/33).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 18** dicitur — **22** mutabile [*Alcuin., trin. I*, IX (*PL 101, 19*)] ; [*excerpt., f. 3*].

VI. **1** Si — **20** genitum [*excerpt., f. 3-3$^v$*].

---

**18** pater — dicitur *alt. om.* $A^a$ **20** hoc] hęc (ę *i. r.*) $N^2$, *F*.

VI.] IIII *A*, III *B*, *om.* *C S F J K P T* **1** sic] se *N* resistendum] *praem.* III *C* esse *om.* $P^a$ **2** filius] *praem.* quod *B O S* **3** ipsum *T* °dicantur *R* ad *alt. om.* $A^a$ *C* **5/6** eum dicere *A B C J K P* μ, eum ingenitum dicere *S*, eum dici *T* **5** dicere *alt.*] dici *F* **6** ipse] quisque $A^a$ *C T* **6/7** °ingenitus est μ **8** °alios] *add.* gignunt $O^3$ *I* **9** genitus] *add.* inquiunt *del. S* **10** quid $P^a$, qui quid $T^a$ **13** Hoc] *praem.* VI *S F J K P T* non] *praem.* et *exp. A* **14** °pie tractandum *M* **15** quisquam (ā *i. r.*) $N^2$ ingenitus] inde genitus *C* **16** ad *pr. om.* $A^a$ $K^a$ $T^a$ **17** °genitum] genitus (*corr. 1 m.*) *A*, ingenitum *M* auertunt $K^a$ **18** alliquid (l *pr. exp.*) *C* **18/19** et — genitus *pr. om. C* genitus utique *F* **19** °Sicut] si $M^a$ **21** qua *pr.*] qu/a *1 litt. eras. O* alia *alt. om.* $T^a$ **22** illo (?) (*corr. 1 m.*) *K*

tamen ad genitum, id est ad filium dicitur, quod nec illi negant ; hoc autem quod ingenitus dicitur ad se ipsum dici perhibent. Dicunt ergo : 'Si aliquid ad se ipsum dicitur pater quod ad se ipsum dici non potest filius, et quidquid ad se ipsum dicitur secundum substantiam dicitur, et ad se ipsum dicitur ingenitus quod dici non potest filius, ergo secundum substantiam dicitur ingenitus quod filius quia dici non potest non est *eiusdem substantiae*.'

Cui uersutiae respondetur ita ut ipsi cogantur dicere secundum quid sit *aequalis* filius *patri*, utrum secundum id quod ad se dicitur an secundum id quod ad patrem dicitur. Non enim secundum id quod ad patrem dicitur quoniam ad patrem filius dicitur ; ille autem non filius sed pater est — quia non sic ad se dicuntur pater et filius quomodo amici aut uicini. Relatiue quippe amicus dicitur ad amicum, et si aequaliter se diligunt, eadem in utroque amicitia est ; et relatiue uicinus dicitur ad uicinum et quia aequaliter sibi uicini sunt (quantum enim iste illi, tantum et ille huic uicinatur), eadem in utroque uicinitas. Quia uero filius non ad filium relatiue dicitur sed ad μ 836
patrem, non secundum hoc quod ad patrem dicitur *aequalis* est filius *patri*. Restat ut secundum id aequalis sit quod ad se dicitur. Quidquid autem ad se dicitur secundum substantiam dicitur. Restat ergo ut secundum substantiam sit aequalis. Eadem est igitur utriusque substantia. Cum uero ingenitus dicitur pater, non quid sit sed quid non sit dicitur. Cum autem relatiuum negatur, non secundum substantiam negatur quia ipsum relatiuum non secundum substantiam dicitur.

VII. [VII 8] Hoc exemplis planum faciendum est. Ac primum

**28/30** *ergo secundum substantiam dicitur ingenitus quod filius quia dici non potest non est eiusdem substantiae* : cf. Basil., adu. eun. IV spur., II, 2 (PG 29, 685A) : *Εἰ ἀγέννητος φασὶν ὁ Πατὴρ, γεννητὸς δὲ ὁ Υἱός, οὐ τῆς αὐτης οὐσίας· ἀγέννητος γὰρ καὶ γεννητὸς οὐκ ἂν εἴη μιᾶς οὐσιας.* **30** Symb. Nicaen., 10. **32** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **42/43** uide Symb. 'Quicumque,' 31 ; Phil. 2, *6. **46** Symb. Nicaen., 10. **46/47** *Cum uero ingenitus dicitur pater, non quid sit sed quid non sit dicitur* : cf. Basil., adu. eun. IV spur., II, 2 (PG 29, 684B) : *Εἰ ἀγέννητον λέγουσι τὸν Θεὸν, ὅτι μὴ ἐγεννήθη, οὐ τί εστὶν ἡ οὐσία αὐτοῦ λέγουσιν ἀλλὰ τί οὐκ ἔστιν.*

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **46** Cum — **49** dicitur [*excerpt., f. 3v*].

**23** nec] ne *S* **25** dicunt//*2 litt. eras. O* dicitur] *bis, pr. eras. C* **28** quod — filius *om. T* **30** °eiusdem est μ est *om. T* **32** quod $S^{a}$ filius aequalis *T* °patri filius μ **35** dicitur filius *T* **36** se] *add.* ipsum *T* et *om.* $T^{a}$ aut] et *J K* **37** dicuntur (*corr. per ras.*) *S* **38** °in *om.* $V^{a}$ **40** eadem] *add.* est *T* **42/43** hoc — secundum *om.* $A^{a}$ **42** aequalis] *praem.* est $N^{2}$ **43** est *om. N* ° ad] a $I^{a}$ **44/45** Quidquid — dicitur *om.* $A^{a}$

VII.] V *A*, IIII *B C*, *om. S J* **1** Hoc] hinc *S* exemplum *N* Ac] *praem.* VII *J* **1/2** Ac — est *om. S*

uidendum est hoc significari cum dicitur *genitus* quod significatur cum dicitur *filius*. Ideo enim filius quia genitus, et quia filius utique genitus. Quod ergo dicitur ingenitus, hoc ostenditur quod non sit filius. Sed genitus et ingenitus commode dicuntur ; filius autem latine dicitur, sed 'infilius' ut dicatur non admittit loquendi consuetudo. Nihil tamen intellectui demitur si dicatur non filius quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus nihil aliud dicitur. Sic enim et uicinus et amicus relatiue dicuntur, nec tamen potest 'inuicinus' dici quomodo dicitur inimicus. Quamobrem non est in rebus considerandum quid uel sinat uel non sinat dici usus sermonis nostri sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat.

Non ergo iam dicamus ingenitum quamuis dici latine possit, sed pro eo dicamus non genitum quod tantum ualet. Num ergo aliud dicimus quam non filium ? Negatiua porro ista particula non id efficit ut quod sine illa relatiue dicitur eadem praeposita substantialiter dicatur, sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur sicut in ceteris praedicamentis. Velut cum PL 916
dicimus : 'Homo est,' substantiam designamus. Qui ergo dicit : 'Non homo est,' non aliud genus praedicamenti enuntiat sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio : 'Homo est,' sic secundum substantiam nego cum dico : 'Non homo est.' Et cum quaeritur, quantus sit et aio : 'Quadripedalis est,' id est quattuor pedum, qui dicit : 'Non quadripedalis est,' secundum quantitatem negat. 'Candidus est,' secundum qualitatem aio ; 'Non candidus est,' secundum qualitatem nego. 'Propinquus est,' secundum relatiuum aio ; 'Non propinquus est,' secundum relatiuum nego. Secundum situm aio cum dico : 'Iacet' ; secundum situm nego cum dico : 'Non

VII. **2/3** uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; lib. fid. (Clauis 552), 2 (CC 9, 129, 18). **3/4** cf. V, VI, 18/19 ; Ambr., fid., prol. (CSEL 78, 59, 32/33). **16** uide Symb. 'Quicumque,' 20. **21/45** Arist., categ. IV, 1b, 25 - 2a, 3.

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 12** quid — **14** eluceat *Maxent., p. 4, 33-34.* **17** Negatiua — **31** Non [*excerpt., f.* 3v].

**2** uidendum] ui/dendum *1 litt. eras. C* significare *K* **3** enim] *add.* significatur *K* **5** et] e/t *1 litt. eras. K* commodo *K* **6** dicuntur] dicitur *T* latine] relatiue *A* $T^2$, latiue *T* ut *om.* $C^2$ **7** amittit $C^2$ **11** uicinus $C^a$ quod modo (d *pr. eras.*) *C* **13** sermones (*corr. per ras.*) *K* quid *T* **14** luceat *N* **15** dicimus $A^a$ **18** particula] *praem.* in $O^3$ non] nullatenus $J^2$ **19** negat *P* **20** agebatur $A^a$ $C^a$ *F K*, aibatur *T* sicit (*corr. 1 m.*) *K* cum] con (*corr. 1 m.*) *A* **22/25** non *alt.* — est] *bis S* **23** illum $N^a$ $O^a$ Sicut] *praem.* I *K* **25** Et] praem. II *K* quantum *T* **25/26** quadripedales $C^a$, quadripedale *T* **26/27** id — est *pr. om.* $C^a$ **26** pedum] *add.* secundum quantitatem dico $C^2$, *add.* secundum quantitatem aio *F μ* quadripedale *T* **27** Candidus] *praem.* III *K* **29** propinquus] propinqus $O^a$, *praem.* IIII *K* **29/30** propinqus $A^a$ $O^a$ Secundum *alt.*] *praem.* V *K* **30** sitom (*corr. 1 m.*) *C*

iacet.' Secundum habitum aio cum dico : 'Armatus est' ; secundum habitum nego cum dico : 'Non armatus est,' tantumdem autem ualet si dicam : 'Inermis est.' Secundum tempus aio cum dico : 'Hesternus est' ; secundum tempus nego cum dico : 'Non hesternus est.' Et cum dico : 'Romae est,' secundum locum aio ; et secundum locum nego cum dico : 'Non Romae est.' Secundum id quod est facere aio cum dico : 'Caedit' ; si autem dicam : 'Non caedit,' secundum id quod est facere nego ut ostendam non hoc facere. Et cum dico : 'Vapulat,' secundum praedicamentum aio quod pati uocatur ; et secundum id nego cum dico : 'Non uapulat.' Et omnino nullum praedicamenti genus est secundum quod aliquid aiere uolumus nisi ut secundum idipsum praedicamentum negare conuincamur si praeponere negatiuam particulam uoluerimus. μ 837

*Quae cum ita sint,* si substantialiter aierem dicendo 'filius' ; substantialiter negarem dicendo 'non filius.' Quia uero relatiue aio cum dico : 'Filius est,' ad patrem enim refero ; relatiue nego si dico : 'Non filius est,' ad parentem enim eandem negationem refero uolens ostendere quod ei parens non sit. At si quantum ualet quod dicitur 'filius,' tantundem ualet quod dicitur 'genitus' sicut praelocuti sumus, tantundem ergo ualet quod dicitur 'non genitus' quantum ualet quod dicitur 'non filius.' Relatiue autem negamus dicendo 'non filius' ; relatiue igitur negamus dicendo 'non genitus.' Ingenitus porro quid est nisi non genitus ? Non ergo receditur a relatiuo praedicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se ipsum dicitur sed quod ex genitore sit, ita cum dicitur ingenitus non ad se ipsum dicitur sed quod ex genitore non sit ostenditur. In eodem tamen praedicamento quod relatiuum uocatur utraque significatio uertitur. Quod autem relatiue pronuntiatur non indicat substantiam. Ita quamuis diuersum sit genitus et ingenitus, non indicat diuersam substantiam, quia sicut

---

**46** Cic., catil. I, v, 10. **51/52.57/58** uide Symb. 'Quicumque,' 21 ; libell. fid. (Clauis 552), 2 (CC 9, 129, 18).

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **32** iacet — **42** uapulat [*excerpt., f. 3v*].

---

**32** Secundum] *praem.* VI *K* **33** armatus non (*corr. 1 m.*) *P* **34** Secundum] *praem.* VII *K* **35** cum dico *om. T* **36** Et] *praem.* VIII *K* **38** Secundum] *praem.* VIIII *K* **39** °dico *R* **40** facere] *praem.* non *i. r.* $N^2$ $O^3$, *om.* $S^a$, /facere *1 litt. eras. F* **42** Non *om.* $N^a$ **43** agere $A^a$ *C*, (ge *i. r.*) $N^2$, *K* ; aire $C^2$ *F T* **44** uelimus $J^2$ ut] id $S^2$ **45** conuincamus *K* si// *2 litt. eras. T* **46** °airem *C F T*, agerem *I M* **47** uero] ergo *J* **48** nego] dico $A^a$ **49** °dicam μ parentem] patrem *P T* **50** ei] et *S* °At] aut *K* $R^a$, ut *M* **51** °tantundem] dem *exp.* $A^2$, tantum *L* **54** autem] igitur *P* °igitur] *om. P*, autem *M* **57** genitus] s *i. r.* $O^1$ semetipsum *J* **59** genetore $T^a$ non *alt. om.* $A^a$ **60** tamen] *bis, alt. del. C* **62** indicat] *add.* esse *K*, dicat $T^a$ Ita] *add.* que $O^3$ $S^2$ *F P T*.

filius ad patrem et non filius ad non patrem refertur, ita genitus ad genitorem et non genitus ad non genitorem referatur necesse est.

VIII. [VIII **9**] Quapropter illud praecipue teneamus, quidquid ad se dicitur praestantissima illa et diuina sublimitas substantialiter dici ; quod autem *ad aliquid* non substantialiter sed relatiue ; tantamque uim esse *eiusdem substantiae* in patre et filio et spiritu sancto ut quidquid de singulis ad se ipsos dicitur non pluraliter in summa sed singulariter accipiatur. Quemadmodum enim *deus* est *pater* et *filius deus* est *et spiritus sanctus deus* est, quod secundum substantiam dici nemo dubitat, *non tamen tres deos sed unum deum* dicimus eam ipsam praestantissimam trinitatem. Ita magnus pater, magnus filius, magnus et spiritus sanctus ; nec tamen tres magni sed unus magnus. Non enim de patre solo sicut illi peruerse sentiunt, sed de patre et filio et spiritu sancto scriptum est : *Tu es solus deus, magnus.* Et bonus pater, bonus filius, bonus et spiritus sanctus ; nec tres boni sed unus bonus de quo dictum est : *Nemo bonus nisi unus deus.* Etenim dominus Iesus ne ab illo qui dixerat : *Magister bone,* tamquam hominem compellans secundum hominem tantummodo intellegeretur ideo non ait : '*Nemo bonus nisi* solus pater,' sed : *Nemo bonus nisi unus deus.* In patris enim nomine ipse per se pater pronuntiatur, in dei uero et ipse et filius et spiritus sanctus quia trinitas unus deus. PL 917

Situs uero et habitus et loca et tempora non proprie sed

VIII. **3** *ad aliquid* : πρός τι ; cf. Arist., categ. VII, 6a, 36 - 8b, 24 ; Ps.-Aug., categ. X ex Arist., XI (PL 32, 1430). **4** Symb. Nicaen., 10. **7/9** uide Symb. 'Quicumque,' 17-18 ; cf. Ambr., spir. III, XVI, 109 (CSEL 79, 196, 3/5). **14** Ps. 85, *10. **16** Marc. 10, 18 ; Luc. 18, *19. **17** Matth. 19, 16 ; Marc. 10, 17 ; Luc. 18, 18. **19/20** Marc. 10, 18 ; Luc. 18, *19. **22** uide Symb. 'Quicumque,' 3.

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **63** sicut — **66** est [*excerpt., f. 3v*].

VIII. **1** illud — **23** sed [*coll., f. 27-27v*]. **23** Situs — sed [*Isid., orig. VII*, 1, *39*] ; [*Alcuin., trin. I*, XV (*PL 101, 23*)].

VIII.] VI *A*, V *B C* **2** sublimitas] trinitas *K* **4** tantamque] a *alt. i. r. O*[1] **5** ipsum *A*[2] **6** acipiatur *T* **7** °pater deus est *μ* °deus est *pr.*] est deus *V* **9** debitat *T* **10** eam] eandem *F P* **11** et *om. S μ* °nec] non *I* **13** sed] sud *S*[a] filio] *praem.* de *O* spiritu] *praem.* de *O* **14** solus deus] *ita N O S J K*, deus solus *cett. codd. μ* Et *om. F* pater bonus *F* **14/15** pater — sanctus *om. C* filius bonus *F* **14** pater] *add.* est *S* **15** et spiritus sanctus bonus *F* °et *om. L*[a] *μ* nec] *add.* tamen *C*[2], non *P T* °unus] *add.* est *μ* bonus] *add.* est *A*[2] **16** est *om. C*[a] **18** °compellens (*corr. 1 m.*) *T*, appellans *I* **20** unus] solus *J* **22** //unus *2 litt. eras. C* °deus] est *L* **23** °Situs uero] *praem.* VI *B C*

translate ac per similitudines dicuntur in deo. Nam et sedere *super cherubim* dicitur, quod ad situm dicitur ; et *abyssus tamquam uestimentum amictus ipsius,* quod ad habitum ; et : *Anni tui non deficient,* quod ad tempus ; et : *Si ascendero in caelum, tu ibi es,* quod ad locum. Quod autem ad faciendum attinet fortassis de solo deo uerissime dicatur ; solus enim deus facit et ipse non fit, neque patitur quantum ad eius substantiam pertinet qua deus est. Itaque *omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus, nec tamen tres omnipotentes sed unus omnipotens ; ex quo omnia,* μ 838 *per quem omnia, in quo omnia ; ipsi gloria.*

Quidquid ergo ad se ipsum dicitur deus et de singulis personis ter dicitur patre et filio et spiritu sancto, et simul de ipsa trinitate non pluraliter sed singulariter dicitur. Quoniam quippe non aliud est deo esse et aliud magnum esse, sed hoc idem illi est esse quod magnum esse, propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, sed unam essentiam et unam magnitudinem. Essentiam dico quae *οὐσία* graece dicitur, quam usitatius substantiam uocamus.

[**10**] Dicunt quidem et illi *ὑπόστασιν,* sed nescio quid

---

**24/25** I Reg. 4, 4 ; IV Reg. 19, 15 ; I Par. 13, 6 ; Ps. 79, 2 ; 98, 1 ; Is. 37, 16 ; Dan. 3, 55. **25/26** Ps. 103, *6. **27** Ps. 101, 28 ; Hebr. 1, 12. **27/28** Ps. 138, *8. **31/33** uide Symb. 'Quicumque,' 13-14. **33/34** Rom. 11, *36. **33** I Cor. 8, 6. **34** I Cor. 8, 6. **41/42** cf. V, II, 1/5. **41** *essentia* = *οὐσία* ; cf. Aug., ciu. dei XII, 2. **42** *substantia* : cf. Tert., apol. 21 ; adu. prax. 2 ; 26. **43/51** *μία οὐσία, τρεῖς ὑποστάσεις* : cf. Plato, apud Porph., phil. hist. IV, uit.plat.(apud Did., trin. II, XXVI [PG 39, 759] et apud Cyr. Alex. [iuxta Did.], iul. I et VIII : *Ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων, ἔφη Πλάτων, τὴν τοῦ θείου προελθεῖν οὐσίαν* ; — *una essentia, tres personae* : cf. Basil., epist. 38 ; epist. 236 ; Hieron., epist. 15, 3-5 (CSEL 54, 64-67) ; infra VII, V, 22 - VI, 5 sqq. **43/44** cf. Symb. Nicaen., 19d (anath.).

---

**Codd.** : **24** similitudines — XI, **32** communi(ter) *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **24** translate — **41** magnitudinem, **41** quae — **42** substantiam [*coll., f.* 27v-28v]. **24** translate — **28** locum [*Isid., orig. VII,* I, *39*] ; [*Alcuin., trin. I,* XV (*PL 101, 23*)].

---

**24** tranlatiue *$A^a$* similitudinem *T* **25** cherubin *C F P T* ad *om.* *$S^a$* abyssus] *ita* *$O^3$ F P T*, abyssum *$O^a$* *cett. codd.* μ **26** tamquam] sicut *P T* ipsius] *ita* *$O^3$ P T*, eius *F*, *om. cett. codd.* μ **27** Si] i *s. l.* *$S^1$* **29** deo solo *P* dicitur *$O^3$ F J P T* **30** patitur] *add.* aliquid deus *$C^2$* **31** °qua] quia (i *eras.*) *S, K M ;* quod *P T ;* quia quod *L* **34** gloria] *add.* in secula seculorum *P T* **35** °deus *om.* *$R^a$* **35/36** °personis ter] *ita* *$B^2$ S J L M R V ;* personis similiter *$B^a$ C N*, *i. r.* *$O^3$*, *F K P I $M^2$ $R^2$ $V^2$ ;* personaliter *T ;* personis singulariter μ **36** dicitur] *add.* id est *B N $O^3$ F K* μ patre] *praem.* de *C F P T* μ **37/38** quippe quoniam *T* **38** idem] quidem *J* **39** ille *$C^a$* est] *add.* et *J P T*, *om. K* quod] et *S J P T*, *add.* est et *F*, *add.* est ei *K* **41** quae] e *i. r.* *$O^1$* usia *B N S J*, usia *C O K T*, usya *F*, ycia *P* **43** ypostasin *B J T*, ypostasyn *N*, ypostasin *C O F K*, hypostasin *S*, yπoctacin *P*

uolunt interesse inter *οὐσίαν* et *ὑπόστασιν* ita ut plerique nostri qui haec graeco tractant eloquio dicere consuerint *μίαν οὐσίαν τρεῖς ὑποστάσεις*, quod est latine, *unam essentiam tres substantias*. [IX] Sed quia nostra loquendi consuetudo iam obtinuit ut hoc intellegatur cum dicimus essentiam quod intellegitur cum dicimus substantiam, non audemus dicere PL 918 unam essentiam, tres substantias, sed *unam essentiam* uel *substantiam*.

IX. *Tres* autem *personas* multi latini ista tractantes et digni auctoritate dixerunt cum alium modum aptiorem non inuenirent quo enuntiarent uerbis quod sine uerbis intellegebant. Reuera enim quod pater non sit filius et filius non sit pater et spiritus sanctus ille qui etiam *donum dei* uocatur nec pater sit nec filius, tres utique sunt. Ideoque pluraliter dictum est : *Ego et pater unum sumus*. Non enim dixit 'unum est,' quod sabelliani dicunt, sed *unum sumus*. Tamen cum quaeritur quid tres, magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen *tres personae* non ut illud diceretur sed ne taceretur.

X. [X **11**] Sicut ergo non dicimus tres essentias, ita non dicimus tres magnitudines neque tres magnos. In rebus enim quae participatione magnitudinis magnae sunt quibus aliud est esse, aliud magnas esse sicut magna domus et magnus mons et magnus animus, in his ergo rebus aliud est magnitudo,

---

IX. **1/3** cf. VII, V, 1/5 sqq. **1** *tres personae* : τρεῖς ὑποστάσεις **4/8** cf. Euseb. Vercell., trin. 34-37 (CC 9, 64-65, 269/298). **5** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. **7.8** Ioh. 10, 30. **10** *tres personae* : τρεῖς ὑποστάσεις.

---

**Codd.** : *B C* ; *def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : IX. **1** Tres — personas [*coll.*, *f.* 28v].

---

**44** uelint *P* usian *B S T*, usian *C O K T*, usyan *F*, yciam *P*, usiam *T* ypostasin *B T*, ypostasyn *N*, ypostasin *C O F J K*, hypostasin *S*, yπoctaciN *P* **45** haec] ex *F T* °consueuerint *μ* mian *B C N S J*, mian *O F K*, mian *P*, MyaN *T* **46** usian *B C N S T*, usian *O F K*, usyaN *J*, ycian *P* trys *B N*, tris// *2 litt. eras. C*, trys *O F*, tres *S*, tris *J T*, tres *K*, tric *P* ypostasis *B C N*, ypostasis *O F J T*, hypostasis *S*, ypotasis *K*, yπoctacic *P* **48** cum] ut *T* dicitur *K* **49** dicimus] dicitur *C* substantiam] m *eras. C* **50** unam *alt.*] *add.* uel *S* **50/51** substantiam uel essentiam *N O*.

IX.] *ita P*, *om. cett. codd.* **1** multi] *praem.* VIIII *N O J T*, *praem.* VIIII quemadmodum *F K*, *praem.* quemadmodum *μ* digna *J* **4** quod] cum *J μ* **5** sanctus *om. T* dei donum *P* domum (*corr. per ras.*) *S* **10** Dictum] *praem.* X *K* non] *praem.* VII *C* sed *om.* $T^a$ ne] nec $T^a$

X.] VII B, *om. C K* **2** tres *pr.*] *praem.* et $B^2$, *eras. N*, *O* neque — magnos *om. T* neque] ne *C*, nec $C^2$ **3/4** °est aliud *μ* **4** °aliud] *add.* est *J*, *om. μ* magnus] magna *C*

aliud quod ab ea magnitudine magnum est, et prorsus non hoc est magnitudo quod est magna domus. Sed illa est uera magnitudo qua non solum magna est domus quae magna est et qua magnus est mons quisquis magnus est, sed etiam qua magnum est quidquid aliud magnum dicitur, ut aliud sit ipsa magnitudo, aliud ea quae ab illa magna dicuntur. Quae magnitudo utique primitus magna est multoque excellentius quam ea quae participatione eius magna sunt. Deus autem quia non ea magnitudine magnus est quae non est quod ipse ut quasi particeps eius sit deus cum magnus est (alioquin illa erit maior magnitudo quam deus ; deo autem non est aliquid maius), ea igitur magnitudine magnus est qua ipse est eadem magnitudo. Et ideo sicut non dicimus tres essentias sic nec tres magnitudines ; hoc est enim deo esse quod est magnum esse. Eadem causa nec magnos tres dicimus sed unum magnum quia non participatione magnitudinis deus magnus est sed se ipso magno magnus est quia ipse sua est magnitudo. Hoc et de bonitate et de aeternitate et de omnipotentia dei dictum μ 839
sit omnibusque omnino praedicamentis quae de deo possunt pronuntiari, quod ad se ipsum dicitur non translate ac per similitudinem sed proprie, si tamen de illo proprie aliquid ore hominis dici potest.

XI. [XI **12**] Quod autem proprie singula in eadem trinitate dicuntur nullo modo ad se ipsa sed ad inuicem aut ad creaturam dicuntur, et ideo relatiue non substantialiter ea dici manifestum est. Sicut enim trinitas unus deus dicitur magnus, bonus, aeternus, omnipotens, idemque ipse sua sic dici potest deitas, ipse sua magnitudo, ipse sua bonitas, ipse sua aeternitas, ipse

---

x. **15.21** Ps. 85, 10.

xi. **4** uide Symb. 'Quicumque,' 3.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 16** deo — **27** potest [*coll., f. 28*$^{v}$]. **17** ea — **27** potest *Fulg., ad Ferrand., 16* (*CC 91, 404, 602-612*). **17** ea — **17/18** magnitudo, **26** si — **27** potest [*Alcuin., trin. I,* xv (*PL 101, 23*)].

xi. **4** Sicut — **6** ipse *quart.* [*coll., f. 29*].

---

**6** aliud] *add.* est *F K* °est *om.* R$^{a}$ **8** qua] quia (i *eras.*) *S* **9** qua *pr.*] qua/ *1 litt. eras. O*, quia (i *eras.*) *S* est *pr. om. C* °qua *alt. om. I* **10** aliud] *praem.* ad *J* ut] et *K* °ipsa] illa *N O* **14** °quod] *add.* est *μ* **15** particiceps *T*$^{a}$ **17** qua] quia *O*$^{a}$ *K T*$^{a}$ **18** °sicuti *L* **19** haec *T* enim est *P* deo] dm̄ (m *i. r.*) *C*$^{2}$ **23** dei *om. C*$^{a}$ **25** °quod] *add.* et R **26** aliqui *K* **26/27** ore — dici] *ita N O S Fulg.*, dici ore hominis *cett. codd. μ.*

xi. *om. B C* **1** trinitatem *C*$^{a}$ **2** sed] se *K*$^{a}$ ad *tert.*] *s. l. J*$^{1}$ **4** dicitur deus *F K* **5** sua ipse *J* °ipsa *M* sic] si *C F K*, *om. S J P* **5/6** sic — sua *pr. om. T*

sua omnipotentia ; non sic dici potest trinitas pater nisi forte PL 919 translate ad creaturam propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est : *Audi, Israhel : dominus deus tuus dominus unus est,* non utique excepto filio aut excepto spiritu sancto oportet intellegi, quem unum *dominum deum nostrum* recte dicimus etiam *patrem nostrum* per gratiam suam nos regenerantem. Trinitas autem filius nullo modo dici potest. Spiritus uero sanctus secundum id quod scriptum est : *Quoniam deus spiritus est,* potest quidem uniuersaliter dici quia *et pater spiritus et filius spiritus,* et pater sanctus et filius sanctus. Itaque pater et filius et spiritus sanctus quoniam *unus deus* et utique deus sanctus est et *deus spiritus est* potest appellari trinitas et spiritus et sanctus. Sed tamen ille spiritus sanctus qui non trinitas sed in trinitate intellegitur in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relatiue dicitur cum et ad patrem et ad filium refertur quia spiritus sanctus et *patris et filii spiritus* est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine ; apparet autem cum dicitur *donum dei.* Donum enim est patris et filii quia et *a patre procedit,* sicut dominus dicit, et quod apostolus ait : *Qui spiritum Christi non habet hic non est eius,* de ipso utique spiritu sancto ait. 'Donum' ergo 'donatoris' et 'donator doni' cum dicimus relatiue utrumque ad inuicem dicimus. Ergo spiritus sanctus ineffabilis quaedam patris filiique communio, et ideo fortasse sic appellatur quia patri et filio potest eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipse proprie dicitur quod illi communiter quia *et pater spiritus et filius spiritus,* et pater sanctus et filius sanctus. Vt ergo ex nomine quod utrique

---

**9/10** Deut. 6, *4. **11** Deut. 6, 4. **12** Matth. 6, 9. **12/13** 1 Petr. 1, 3. **14/15** Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd. ; cf. Ambr., spir. III, x, 10, 59 [CSEL 79, 174, 3]) ; 4, *24. **15/16.31/32** Euseb. Vercell., trin. I, 23 (CC 9, 8, 195). **16/18** Ambr., spir. III, xviii, 16, 109 (CSEL 79, 196, 3) ; fid. II, 12, 107 (CSEL 78, 97, 68/69). **17** uide Symb. 'Quicumque,' 16. **18** Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd. ; cf. Ambr., spir. III, x, 10, 59 [CSEL 79, 174, 3]) ; 4, *24. **21/22** cf. Ambr., spir. I, iii, 3, 44 (CSEL 79, 33, 68/70) ; I, iv, 4, 55 (CSEL 79, 39, 13/15). **22** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6. **24** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. **25** Ioh. 15, 26. **26** Rom. 8, *9. **30/33** cf. V, xi, 15/19.

---

**Codd.** : *usque ad* **32** communi(ter) *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **7** sua — **8** filiorum, **13** Trinitas — **24** filii [*coll., f. 29-29*$^{v}$]. **8** Quod — **12/13** regenerantem, **13** Spiritus — **19** sanctus [*Godesc., trin.* (*p. 271, 13-22*)]. **19** Sed — **25** procedit [*excerpt., f. 3*$^{v}$]. **27** Donum — **33** utrique [*coll., f. 29*$^{v}$] ; [*excerpt, f. 3*$^{v}$]. **29** Ergo — **33** sanctus *alt.* [*Alcuin., trin. I,* v (*101, 16-17*)].

---

**7** °potest dici *μ* forte] for $S^{a}$ **9** dominus *alt.*] d/s̄ *1 litt. eras.* O, deus *F K P* **13** Spiritus] *praem.* viii *C* **14** est *om. K* **17** °ita $I^{a}$ et *alt. om.* $T^{a}$ **18** est *pr. om. S* et *alt.*] ut *K* **19** et *alt. om. F μ* **20** proprie] *bis, alt. eras. S* **21** et *pr. om. T* **24** donum *pr.*] donam (*corr. 1 m.*) *T* **25** et a] ex *C* **27** °sancto spiritu *μ* donator] donatorem $C^{2}$ **28** inuicem] in- *s. l.* $P^{1}$ **29** ineffabilis] *add.* est $O^{3}$ *F K μ* **29/30** communio] *add.* est *C P T* **30** °fortasse om. $R^{a}$ patri] *praem.* et *K* **31** °hoc *om.* $R^{a}$ **32/33** et *tert.* — sanctus *pr.*] *bis, alt. eras. J* **33** utrisque *O S K*

conuenit utriusque communio significetur, uocatur *donum* amborum spiritus sanctus. Et haec trinitas unus deus, solus, bonus, magnus, aeternus, omnipotens ; ipse sibi unitas, deitas, magnitudo, bonitas, aeternitas, omnipotentia.

XII. [XII **13**] Nec mouere debet quoniam diximus relatiue dici spiritum sanctum (non ipsam trinitatem sed eum qui est in trinitate), quia non ei uidetur uicissim respondere uocabulum eius ad quem refertur. Non enim sicut dicimus seruum domini et dominum serui, filium patris et patrem filii quoniam ista relatiue dicuntur, ita etiam hic possumus dicere. Dicimus enim *spiritum* sanctum *patris*, sed non uicissim dicimus patrem spiritus sancti ne filius eius intellegatur spiritus sanctus. Item dicimus *spiritum* sanctum *filii*, sed non dicimus filium spiritus sancti ne pater eius intellegatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit ut non inueniatur uocabulum quo μ 840 sibi uicissim respondeant quae ad se referuntur. Quid enim tam manifeste relatiue dicitur quam pignus ? Ad id quippe refertur cuius *pignus* est, et semper pignus alicuius rei pignus est. Num ergo cum dicimus pignus patris et filii possumus uicissim dicere patrem pignoris aut filium pignoris ? At uero cum dicimus *donum* patris et filii, non quidem possumus dicere patrem doni aut filium doni, sed ut haec uicissim res- PL 920 pondeant dicimus donum donatoris et donatorem doni quia hic potuit inueniri usitatum uocabulum, illic non potuit.

XIII. [XIII **14**] Dicitur ergo relatiue pater idemque relatiue dicitur principium et si quid forte aliud ; sed pater ad filium

---

**34/35** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. **35** uide Symb. 'Quicumque,' 3.

XII. **7** Matth. 10, 20. **9** Gal. 4, 6. **15** II Cor. 1, 22 ; 5, 5 ; Eph. 1, 14. **17** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **34** conuenit — **35** sanctus [*coll., f.* $29^v$] ; [*excerpt., f.* $3^v$]. **35** Et — **37** omnipotentia [*Alcuin., trin. I*, v (*PL 101, 17*)].

XII. **1** Nec — **16** pignoris *alt.* [*excerpt., f.* $3^v$*-4*]. **1** relatiue — **12** referuntur, **17** dicimus — **19** doni [*coll., f.* $29^v$*-30*]. **6** Dicimus — **10** sanctus [*Alcuin., trin. I*, IV (*PL 101, 16*)].

XIII. **1** Dicitur — **2** filium [*LC III*, IV (*p. 114, 39-40*)] ; [*coll., f. 30*].

---

**34** utrisque $S^a$ °significatur *I* **35** sanctus] *add.* est *C* deus] *i. r.* $O^1$ **36** magnus bonus *P T* unitas deitas] diuinitas *T* **37** aeternitas *om. A C N F J K P T.*

XII.] VIIII *A*, VIII *B*, *om. C* **4** dicamus $C^a$ **7** spiritus $T^a$ **8** ne/ *1 litt. eras. T* filius] fidelius (de *eras.*) *C* **9** °spiritus] spiritum *L* **10** ne/ *1 litt. eras. T* **11** ueniatur $C^a$ **13** Ad] a $C^a$ **14** °est pignus μ **15** Num] non *J* **16** pignoris *pr. et alt.*] pigneris *B* At] aut *C N P* **17** non] num $C^2$ **17/18** °dicere possumus μ **18** °haec] *add.* sibi μ **20** inuenire $K^a$ usitatum] *add.* uicissim *F*, usitatius *T.*

XIII. *om. A B C* **2/3** principium — dicitur *om.* $A^a$ **2** sed] //se *2 litt. eras.* $O^a$

dicitur, principium uero ad omnia quae ab ipso sunt. Item dicitur relatiue filius ; relatiue dicitur et uerbum et imago, et in omnibus his uocabulis ad patrem refertur ; nihil autem horum pater dicitur. Et principium dicitur filius ; cum enim diceretur ei : *Tu quis es ?*, respondit : *Principium quia et loquor uobis.* Sed numquid patris principium ? Creatorem se quippe ostendere uoluit cum se dixit esse principium, sicut et pater principium est creaturae quod ab ipso sunt omnia. Nam et creator relatiue dicitur ad creaturam sicut dominus ad seruum. Et ideo cum dicimus et patrem principium et filium principium, non duo principia creaturae dicimus quia pater et filius simul ad creaturam unum principium est sicut *unus creator,* sicut *unus deus.*

Si autem quidquid in se manet et gignit aliquid uel operatur principium est ei rei quam gignit uel ei quam operatur, non possumus negare etiam spiritum sanctum recte dici principium quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et scriptum est de illo quod operetur, et utique in se manens operatur ; non enim in aliquid eorum quae operatur ipse *mutatur et uertitur.* Et quae operatur uide : *Vnicuique autem,* inquit, *datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae ; alii sermo scientiae secundum eundem spiritum ; alteri autem fides in eodem spiritu ; alii donatio curationum in uno spiritu ; alii operationes uirtutum ; alii prophetia ; alii diiudicatio spirituum ; alteri genera linguarum. Omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique prout uult,* utique sicut deus. Quis enim tanta illa potest operari nisi deus ? *Idem autem deus*

---

xiii. **6** sqq. cf. Ambr., fid. III, 7, 49 (CSEL 78, 125, 25 sqq.). **7/8** Ioh. 8, *25. **12** Apoc. 1, 8 ; 21, *6. **12/13** Ioh. 8, 25. **14/15** Eccli. 1, 8. **15** uide Symb. 'Quicumque,' 16. **20** 1 Cor. 12, 11. **22** Cic., de or. III, xlv, 177. **22/29** 1 Cor. 12, *7-11. **30/31** 1 Cor. 12, *6.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **3** dicitur — **25** spiritum [*LC III,* iv (*p. 114, 40-115, 12*)]. **3** dicitur — **8** uobis, **12** cum — **22** uertitur, **23** Alii — **24** scientiae, **28** Omnia — **28/29** spiritus, **30** Quis — deus *pr.* [*coll., f. 30-31*]. **11** creator — **12** seruum [*excerpt., f. 83*].

---

**3** principium] *bis K* sunt] possunt *A*ᵃ **4** et *pr.*] ut *S* **6** filius dicitur *B* **7** quia] *ita A*, (a *eras.*) *N O*, *S K T* ; qui *A*² *F J P* ; quod *B C μ* **8** creaturae *O*ᵃ *J* se *om. N* **9** quippe] *add.* sese *i. r. N*² principium esse *J*ᵃ **10** creatorae *C*ᵃ quod] *praem.* eo *O*³ *F K μ* **12** °cum] dum *L*ᵃ **13** pater] *praem.* et *eras. J*, *μ* **15** °sicut] *add.* et *T*, sic *R* **16** et *om. A*ᵃ **18** etiam negare *K* **19** separaret *A*ᵃ **20** quod] *add.* omnia in omnibus *i. mg. O*³, *T* operatur *T* °in se utique *μ* **24** //sermo *2 litt. eras. J* **25** fides in] fide sin *K*ᵃ **26** operatio *J μ* **27** prophetiae *A*ᵃ °diiudicatio] iudicatio *A*, diuinatio *M*, discretio *M*² °alteri] alii *μ* **30** operari potest *P T*

*qui operatur omnia in omnibus.* Nam et singillatim si interrogemur de spiritu sancto, uerissime respondemus quod *deus* sit, et cum patre et filio simul *unus deus est.* Vnum ergo principium ad creaturam dicitur deus, non duo uel tria principia.

XIV. [XIV **15**] Ad se autem inuicem in trinitate si gignens ad id quod gignit principium est, pater ad filium principium est quia *genuit* eum. Vtrum autem et ad spiritum sanctum principium sit pater quoniam dictum est : *De patre procedit,* non parua quaestio est. Quia si ita est, non iam principium ei tantum rei erit quam gignit aut facit sed etiam ei quam dat. Vbi et illud elucescit ut potest quod solet multos mouere, cur non sit filius etiam spiritus sanctus cum et ipse *a patre* exeat sicut in euangelio legitur. Exit enim non quomodo natus sed PL 921 quomodo *datus,* et ideo non dicitur filius quia neque *natus* est μ 841 sicut *unigenitus* neque factus ut per gratiam in adoptionem nasceretur sicuti nos. Quod enim *de patre natum* est ad patrem solum refertur cum dicitur filius, et ideo filius patris est non et noster. Quod autem *datum* est et ad eum qui dedit refertur

---

**32/33** Ioh. 3, *6 (in quibusdam codd. ; cf. Ambr., spir. III, x, 10, 59 [CSEL 79, 174, 3]) ; 4, *24. tom. Dam., anath. 24-25. **32** uide Symb. 'Quicumque,' 15. **33** uide Symb. 'Quicumque,' 16.

XIV. **3** libell. fid. (Clauis 552), 2.3 (CC 9, 129, 13.31/32) ; Ps. 2, 7 ; 109, 3 ; Act. 13, 33 ; Hebr. 1, 5 ; 5, 5. **4** Ioh. 15, *26. **8** Ioh. 15, 26. **9/10** *Exit ... non q. natus sed q. datus* (spiritus) : compara Ambr., fid. III, 8, 55 (CSEL 78, 128, 11/12) : *Etsi ... non ... natus sed datus* (filius). **10** Ioh. 7, 39 ; Rom. 5, 5 ; e.a. **10/11** Symb. Nicaen., 6. **11/12** Gal. 4, 5 ; Eph. 1, 5 ; Rom. 8, 15.23 ; Ioh. 1, 12. **12** Symb. Nicaen., 6. **14** Ioh. 7, 39 ; Rom. 5, 5 ; e.a.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*
**Test.** : **31** Nam — **34** principia [*LC III,* IV (*p. 115, 12-15*)]. **33** et *pr.* — **34** principia [*coll., f. 31*].

XIV. **1** Ad — **14** refertur [*LC III,* IV (*p. 115, 15-25*)]. **1** Ad — **4** procedit, **7** cur — **14** refertur [*coll., f. 31-31v*]. **3** Vtrum — **14** refertur *Eug., p. 764, 15-26.*

---

**31** singilatim $C^a$ **31/32** °interrogemus *R* **32** uirissime *K* quo $C^a$ **33** deus unus *S*.

XIV.] X *A*, VIIII *B C*, *om.* $O^a$ *S F J K P T* **1** Ad] a *i. r.* $O^3$ si] *praem.* XIIII *S J* ad id] adhuc *O*, ad hoc $O^3$ **2** gignitur *J*, gigni $K^a$ pater] *praem.* XIIII *F K* est *alt. om. T* **3** quia] qua/ *1 litt. eras.* $N^a$ °gignit *μ* Vtrum] *praem.* XIIII *P T* autem] *bis, pr. eras. C* **4** qmuoniam (m *pr. exp.*) *C* **4/5** quoniam — parua *om. Eug.* (*V*) **5** °ita si *Eug.* (*V*) **7** et] *exp.* $A^2$, *om. N* elucescit] eluciscit *C*, el//escit *2 litt. eras. J*, eluescit $J^1$ ut potest] utpote *F P T* **6** aut] ut $A^a$ **8** °filius sit *μ* **9** exit] exiit *A B μ*, exi// *2 litt. eras.* $C^a$ quommodo (m *pr. eras.*) *C* **11** gratiam] *ita* $A^2$ *O S K P T Eug.* (*V*), *praem.* dei $A^a$ *B C N F J μ* **12** °nosceretur *Eug.* (*V*) sicuti] *ita* $C^2$ *J Eug.* (*V*) *μ*, sicut *cett. codd.* est] *eras. T* **13** filius *alt.*] *om. N* $P^a$, *praem.* ipse *J* °est *om. μ* **13/14** et — noster] spiritus uero sanctus patris et filii est necnon et noster est *T* **14** noster] *add.* spiritus uero sanctus patris et filii est necnon et noster *F P*

et ad eos quibus dedit ; itaque *spiritus* sanctus non tantum *patris et filii* qui dederunt sed etiam noster dicitur qui accepimus, sicut dicitur *domini salus* qui dat salutem, eadem etiam *nostra salus* est qui accepimus.

*Spiritus* ergo et *dei* qui dedit et noster qui accepimus. Non ille spiritus noster quo sumus, quia ipse *spiritus* est *hominis* qui in ipso est, sed alio modo iste noster quo dicimus et : *Panem nostrum da nobis*. Quamquam et illum *spiritum* qui *hominis* dicitur utique accepimus. *Quid enim habes*, inquit, *quod non accepisti ?* Sed aliud est quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Vnde scriptum est et de Iohanne quod *in spiritu et uirtute Heliae* ueniret ; dictus est Heliae spiritus, sed spiritus sanctus quem accepit Helias. Hoc et de Moyse intellegendum est cum ait ei dominus : *Tollam de spiritu tuo et dabo eis*, hoc est dabo illis de spiritu sancto quem iam tibi dedi. Si ergo et quod datur principium habet eum a quo datur quia non aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, fatendum est patrem et filium principium esse spiritus sancti, non duo principia, sed sicut pater et filius *unus deus* et ad creaturam relatiue *unus creator* et *unus dominus*, sic relatiue ad spiritum sanctum unum principium ; ad creaturam uero pater et filius et spiritus sanctus unum principium sicut *unus creator* et *unus dominus*.

---

**15/16** libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6. **16** 1 Cor. 2, 12. **17** Ps. 3, 9. **18** Rom. 13, *11. **19** Gen. 1, 2 ; 1 Cor. 2, 11.14 ; 3, 16 ; e.a. 1 Cor. 2, 12. **20/21** 1 Cor. 2, 11. **22** Matth. 6, *11 ; Luc. 11, *3. **22/23** 1 Cor. 2, 11. **23/24** 1 Cor. 4, *7. **26** Luc. 1, 17. **28/29** Num. 11, *17. **33/34** uide Symb. 'Quicumque,' 16. **34.37** Eccli. 1, 8. uide Symb. 'Quicumque,' 18.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 15** et — **37** dominus *Eug., p. 764, 26-765, 23.* **15** et — **18** accepimus [*LC III*, IV (*p. 115, 25-27*)] ; [*coll., f.* $31^v$]. **15** itaque — **19** accepimus [*excerpt., f. 83*]. **30** Si — **37** dominus [*LC III*, IV (*p. 115, 28-33*] ; [*coll., f.* $31^v$-*32*].

---

**16** qui *pr.*] quia (a *eras.*) *O* qui *alt.*] quia $S^a$ **16/17** accipimus *C* **17/19** sicut — accepimus *om. Eug.* (*M V*) **17** qui] *ita A B C T* μ, quia $A^2$ *cett. codd.* **18** qui] quia $A^2$, a *eras. S*, *T* accipimus *B C N* $O^3$ *F P* **19** dei] *add.* est *B N* $O^3$ *F K* μ accipimus $A^a$ *C* $N^2$ *F* **20** quia] i *s. l.* $T^1$ **20/21** °hominis est *L* **21** noster] *add.* est *K* μ ° quo] quomodo $K^2$, quod *I* °et *om. L* **23** °utique] *praem.* a quo *Eug.* (*V*) accipimus $A^a$ *C S*, acceperimus *K* **24** accipimus $C^a$ **25** Vnde] *add.* cum $N^2$ **26** et *pr. om. T* in *om. C* °uenerit *I* **27** °Heliae] *praem.* enim $S^2$ ; *praem.* et *eras. P*, *T* ; *praem.* non *M* °sed] scilicet μ quem] e *i. r.* $N^2$, quam $A^a$ **28** °mosen *I Eug.* (*V*) ei ait *J* °ei *om. I* $R^a$ **29** °hoc est *om. M* **30** iam] etiam (et *eras.*) *N*, $O^a$ *S* **30/31** principia — datur *om.* $T^a$ **31** accipit *C* **32** esse *om.* $O^a$ **33** principia] *add.* prin *eras. C* **35** °ad *pr. om.* $R^a$ **37** °dominus] dñs (n *eras.*) *I*, deus *Eug.* (*V*).

xv. [XV **16**] Interius autem quaeritur utrum quemadmodum filius non hoc tantum habet nascendo ut filius sit sed omnino ut sit, sic et spiritus sanctus eo quo datur habeat non tantum ut *donum* sit sed omnino ut sit ; utrum ergo erat antequam daretur sed nondum erat *donum*, an eo ipso quo daturus erat eum deus iam *donum* erat et antequam daretur. Sed si non procedit nisi cum datur, nec procederet utique priusquam esset cui daretur. Quomodo iam erat ipsa substantia si non est nisi quia datur, sicut filius non tantum ut sit filius quod relatiue dicitur sed omnino ut sit ipsa substantia nascendo habet ? An semper *procedit* spiritus sanctus et non ex tempore sed ab aeternitate *procedit*, sed quia sic procedebat ut esset donabile, iam donum erat et antequam esset cui daretur ? Aliter enim intellegitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse et antequam detur ; donatum autem nisi *datum* fuerit nullo modo dici potest.

xvi. [XVI **17**] Nec moueat quod spiritus sanctus, cum sit coaeter- PL 922
nus patri et filio, dicitur tamen aliquid ex tempore ueluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus donum, temporaliter autem donatum. Nam et si dominus non dicitur nisi cum habere incipit seruum, etiam ista appel-

---

xv. **3/6** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. **11/13** Ioh. 15, 26. **16** Ioh. 7, 39 ; Rom. 5, 5.

xvi. **1/2** uide Symb. 'Quicumque,' 10. **3/4** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. Ioh. 7, 39 ; Rom. 5, 5.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** xv. **1** Interius — **16** potest *Eug.*, *p. 765, 28-766, 14.* **9** sicut — **16** potest [*coll.*, *f. 32*]. **11** semper — **16** potest [*excerpt.*, *f. 83*]. **11** spiritus — **16** potest [*Alcuin.*, *trin. II*, xx (*PL 101, 36*)].

xvi. **1** Nec — **5/6** appellatio *Eug.*, *p. 766, 19-23.* **3** sempiterne — **4** donatum [*coll.*, *f. 32*]. **4** Nam — **5/6** appellatio [*excerpt.*, *f. 83*].

---

xv. *om. A B C* **1** Interius] ulterius $K^2$ $\mu$ °utrum *om.* $R^a$ **2** °habeat $\mu$ **3** quod $N^2$ *F K P T* °habet *I* $\mu$ **4** erat] era/t *1 litt. eras. O* **5** quod *P* $T^2$ **5/6** eum erat *P* **8** °ipsa] *add.* sua *R* **9** °sit *om. Eug.* (*V*) °quod] quo *exp. A, C ; om. L* **10** °ipsam substantiam *M* $\mu$ **13** donabile] dabile *T* **14** etenim *S* **15** et *om. P* **16** °datum] donatum *Eug.* (*V*).

xvi.] xi *A*, x *B C* **1** spiritus] *praem.* deus *S* **2** uelut *P* **3** °donatum] *add.* esse *I* sempiterne] *add.* est *S* **4** si et *C S K* °dominus si *Eug.* (*V*) **5** habere] *praem.* iam $A^2$

latio relatiua ex tempore est deo ; non enim sempiterna creatura est cuius est ille dominus. Quomodo ergo obtinebimus nec ipsa relatiua esse accidentia, quoniam nihil accidit deo temporaliter quia non est mutabilis sicut in exordio huius μ 832 disputationis tractauimus ?

Ecce dominum esse non sempiternum habet ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere, quia ille sempiterne non dominaretur nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut autem non potest esse seruus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet seruum. Et quisquis exstiterit qui aeternum quidem deum solum dicat, tempora autem non esse aeterna propter uarietatem et mutabilitatem, sed tamen tempora non in tempore esse coepisse (non enim erat tempus antequam inciperent tempora, et ideo non in tempore accidit deo ut dominus esset quia ipsorum temporum dominus erat quae utique non in tempore esse coeperunt), quid respondebit de homine qui in tempore factus est cuius utique dominus non erat antequam esset cui esset ? Certe uel ut dominus hominis esset ex tempore accidit deo, et ut omnis auferri uideatur controuersia, certe ut tuus dominus esset aut meus qui modo esse coepimus ex tempore accidit deo. Aut si et hoc propter obscuram quaestionem animae uidetur incertum, quid ut esset dominus populi Israhel ? Quia etsi iam erat animae natura quam ille populus habebat — quomodo non quaerimus — tamen ille populus nondum erat et quando esse coepit apparet. Postremo ut dominus esset huius arboris et huius segetis ex tempore accidit quae modo esse coeperunt. Quia etsi materies ipsa iam erat, aliud est tamen domi-

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **6** relatiua — **33/34** dominum *Eug., p. 766, 23-767, 19.* **6** relatiua — **9** mutabilis, **11** Ecce — **33/34** dominum [*excerpt., f. 83-83v*].

---

**6** °deo] dominus *K*, domino *I* **8** accidit nihil $S^a$ **9** °quia] *add.* non est temporaliter quia *I* **10** dispatationis $C^a$ **11** Ecce] *add.* enim $S^2$ habetur $S^2$ **12** °sempiternam creaturam μ **13** °dominaretur] donaretur $I^a$ °iste *Eug.* (*V*) **14** habeat *K* **15** habeat $K^2$ quisquis] si quis $S^2$ **16** °qui] quia $C^a$ *I Eug.* (*V*) deum] dominum $A^2$ **17/18** tempora tamen μ **18** in *om.* $K^a$ **19** ° in] de *Eug.* (*V*) accessit *C* **20** esset dominus *N* **22** °dominus] deus *Eug.* (*V*) **23** cui] cuius $A^2$ *Eug.* (*V*) **24/26** et — deo *om.* *T* **24** esset hominis *J* °ex] //ex *2 litt. eras. J*, *praem.* et R accedit *C* ° et *om.* *Eug.* (*V*) °afferri $K^a$ **26** accedit *C* °et si *Eug.* (*V*) °hoc *om.* *Eug.* (*V*) **27** °uideatur *Eug.* (*V*) **29** quomodo] *ita O K T Eug.* (*V*), quod modo $O^3$ $K^2$ *cett. codd.* μ **30** quaerimus] inquirimus *J* °et quando] quomodo *Eug.* (*V*) **31** coeperat *J* esset dominus *F K* **32** °accedit $V^a$ **33** °ipsa *om.* *Eug.* (*V*) est *add.* esse *N O* **33/34** esse dominum *F*

num esse materiae, aliud esse dominum iam factae naturae. Alio enim tempore est etiam homo dominus ligni et alio tempore est dominus arcae quamuis ex ipso ligno fabricatae, quod utique non erat cum ligni dominus iam esset.

Quomodo igitur obtinebimus nihil secundum accidens dici deum nisi quia ipsius naturae nihil accidit quo mutetur, ut ea sint accidentia relatiua quae cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur accidunt ? Sicut amicus relatiue dicitur, neque enim esse incipit nisi cum amare coeperit ; fit ergo aliqua mutatio uoluntatis ut amicus dicatur. Nummus autem cum dicitur pretium relatiue dicitur, nec tamen mutatus est cum esse coepit pretium neque cum dicitur pignus et si qua similia. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione totiens dici relatiue ut neque cum incipit dici neque cum desinit aliquid in eius natura uel forma qua nummus est mutationis fiat, quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere ut ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam ut, quamuis temporaliter incipiat dici, non tamen PL 923 ipsi substantiae dei accidisse intellegatur sed illi creaturae ad quam dicitur ? *Domine,* inquit, *refugium factus es nobis.* Refugium ergo nostrum deus relatiue dicitur ; ad nos enim refertur ; et tunc refugium nostrum fit cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius natura quod antequam ad eum refugeremus non erat ? In nobis ergo fit aliqua mutatio ; deteriores enim fuimus antequam ad eum refugeremus, et efficimur ad eum refugiendo meliores ; in illo autem nulla. Sic et pater noster esse incipit cum per eius gratiam re- μ 843

**53/54** Ps. 89, 1. **60/61** Gal. 4, 5 ; Eph. 1, 5 ; Rom. 8, 15.23.

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 34** esse *pr.* — **60/61** regeneramur *Eug., p. 767, 19, 768, 15 ;* [*excerpt., f.* $83^v$]. **49** de — **55/56** refugimus [*coll., f.* $32\text{-}32^v$].

**34** esse *pr. om. N O* °aliud — naturae *om.* (*corr. 1 m.*) *Eug. V* aliud] *add.* est *B N O S* dominum *om. T* **36** °dominus est *μ* °est *om. L* **39** deum] de deo *i. r.* $N^2$, *i. r. et s. l.* $O^3$, *T ;* dominum *F K P* **41** rerum] *praem.* earum *T* °dicitur *O I* $V^2$ °accident *C*, accidant $C^2$, accedunt *Eug.* (*V*) **45** esse] *add.* dici *T* coeperit *K* **46** qua] *add.* sunt *C μ* natatione (*corr. 1 m.*) *C* **47** totiens] multotiens *F J K P* dici relatiue] dicerelatiue $K^a$ °ut] et *M* **49/50** substantia dei *P* **51** incipeat $K^a$ **52** substantia $A^a$ accidisse] *ita A O S J Eug.* (*V*), *add.* aliquid $O^3$ *cett. codd. μ* intelligitur *T* **53** ad quam] a qua *J* **54** deus *om. T* **55** tunc] nunc *T* **56** quod] quando *T* **57** refugimus $A^a$ fiat *K* **59** illa $S^a$ **60** nulla] *add.* mutatio $N^2$, *add.* fit mutatio *i. mg.* $J^2$

generamur quoniam *dedit* nobis *potestatem filios dei fieri*. Substantia itaque nostra mutatur in melius cum filii eius efficimur ; simul et ille pater noster esse incipit, sed nulla suae commutatione substantiae. Quod ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non dicebatur manifestum est relatiue dici, PL 924 non tamen secundum accidens dei quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid deus incipit relatiue. Et quod *amicus dei* iustus esse incipit ipse mutatur ; deus autem absit ut temporaliter aliquem diligat quasi noua dilectione quae in ipso ante non erat apud quem nec praeterita transierunt et futura iam facta sunt. Itaque μ 844 omnes sanctos suos *ante mundi constitutionem dilexit* sicut praedestinauit, sed cum conuertuntur et inueniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis, illi mutantur non ipse ; sicut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione non sua.

---

**61** Ioh. 1, 12. **68** Iudith 3, *22 ; Iac. 2, 23. **72** Ioh. 17, *24 ; Eph. 1, 4.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **61** quoniam — **78** sua *Eug., p. 768, 15-32.* **61** quoniam — **71** sunt [*excerpt., f. 83*v]. **62** cum — **66** acciderit [*coll. f. 32-32*v].

---

**63/64** °commutatione suae *μ* **64** dici *om. T* **66** °deus *Eug.* (*V*) **68** incipit *pr.*] ci *s. l.* $N^{1}$ esse dei iustus *J* esse/ *1 litt. eras. O* **69** aliquem temporaliter *T* **70** in *om.* $C^{a}$ ipso] illo *A C F μ* **72** constitutione *Eug.* (*V*) **73** praedistinauit $K^{2}$ conuertuntur] uertuntur $T^{a}$ **74** ut — quo] si quomodo *T* **75** Sic] *add.* enim *K* **76** placidos $K^{a}$ **77** linis $K^{a}$ **78** sua] *add.* contuli *S*.

# LIBER VI

I. [I 1] Aequalitatem patris et filii et spiritus sancti putant nonnulli ex hoc impediri quominus intellegatur, quia scriptum est : *Christum dei uirtutem et dei sapientiam,* ut ideo non uideatur aequalitas quia non est pater ipse uirtus et sapientia sed genitor uirtutis et sapientiae. Et reuera non mediocri intentione quaeri solet quomodo dicatur deus uirtutis et sapientiae pater. Ait enim apostolus : *Christum dei uirtutem et dei sapientiam.* Et hinc nonnulli nostri aduersus arrianos hoc modo ratiocinati sunt, eos dumtaxat qui prius se aduersus catholicam fidem extulerunt. Nam ipse Arius dixisse fertur : *Si filius est, natus est. Si natus est, erat tempus quando non erat filius,* non intellegens etiam natum esse deo sempiternum esse ut sit coaeternus patri filius, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur coaeuus est illi, et esset coaeternus si esset ignis aeternus. Vnde quidem posteriores arriani abiecerunt istam sententiam fassique sunt non ex tempore coepisse filium dei. Sed inter disputationes quas habebant nostri aduersus eos qui dicebant : *Erat tempus quando non erat filius,* hanc etiam nonnulli ratiocinationem inserebant : 'Si *dei* filius *uirtus et sapientia dei* est nec umquam deus sine uirtute et sapientia fuit, coaeternus est deo patri filius. Dicit autem apostolus : *Christum dei uirtutem et dei sapientiam,* et deum aliquando non habuisse uirtutem aut

μ 843 PL 923

I. **3.7/8.20** I Cor. 1, 24. **11** Hil., trin. XII, 21 (PL 10, 445[D]). Hil., trin. XII, 18 (PL 10, 444[A]). **11/12.18/19.24/25** Arius ; uide Symb. Nicaen., 19a (anath.) ; Hil., trin. I, 34 (PL 10, 47[B]) ; Ambr., fid. I, 18, 120 (CSEL 78, 51, 13) ; I, 19, 123 (CSEL 78, 52, 1) ; IV, 8, 79 (CSEL 78, 184, 19) ; IV, 9, 96 (CSEL 78, 190, 1/4) ; prof. ariana et conf. cath. (Ps.-Euseb. Vercell., trin. XI [VIII]), x, 24 (CC 9, 152, 159) ; Euseb. Vercell., trin. V, 19 (CC 9, 70, 161/162). **20/21** *Si dei filius ... sapientia dei est nec umquam deus sine uirtute et sapientia fuit* : prof. ariana et conf. cath. (Ps-Euseb. Vercell., trin. XI [VIII]), x, 24 (CC 9, 153, 162/164.170/171) : *Propterea filium qui est sapientia patris ... numquam fuit tempus quo pater sine suo uerbo et sapientia fuisse .... Nec umquam pater sine sua sapientia qui est filius ... fuit* ; Euseb. Vercell., trin. V, 17 (CC 9, 70, 142/145) : *Christum dei uirtutem et dei sapientiam. Numquidnam pater fuit aliquando sine uirtute et sapientia sua, heretice ... ?*

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**112** enim] autem *K* **113** hoc] *add.* est *T* **115** Sic] si *T* **116/117** uel substantiam *om. C* °substantiam] *praem.* unam $A^2$ *I L* $V^2$ **118** Quid] *praem.* VIII *A B C* °An] nisi μ ut *om.* $B^a$ *C* fatemur $B^a$ *C* loquendi] n *s. l.* $K^1$ necessitatem $A^a$ **119** °parta] orta $A^2$, parata *F*, par///ta *3 litt. eras. L*, reperta *i. r.* $M^3$, partita $R^2$ disputatio $O^3$ *T* **119/120** aduersum $A^a$ *C* μ **120** insidias] indias $S^a$ **122** caput $C^a$ deo domino *F* deo *om. K* **123** fidem piam *J* **124** timuit] *add.* enim $S^2$ illa] una *T* **125** rursum *T* **126** haeresim] i *i. r.* $N^2$, haeresem $O^a$ *K* **127** et *om. T* μ **128** aspectum *C* **129** perstringitur] ur *exp.* $C^2$ esse *alt. om. C J T* μ **130** nec *pr.*] *praem.* nec eundem patrem esse qui filius est *T* °filium esse eumdem μ esse filium *P* **131** °patrem esse] esse uel patrem μ Quaesiuit] *add.* humana inopia $K^2$ **132** °nominibus] omnibus *L* **134** intellegatur] tur *s. l.* $K^1$ una] *add.* est *C* **137** dicantur (a *i. r.*) $N^2$, *P* **137/138** quemadmodum] nam *C* **138** esse *om.* $N^a$ **139** tres *om. T* °Sic] sicut *J*, si *L M* est illi *S*

esse quod est esse, tam tres essentias quam tres deos dici fas non est. Si autem aliud est deo esse, aliud subsistere, sicut aliud deo esse, aliud patrem esse uel dominum esse (quod enim est ad se dicitur, pater autem ad filium et dominus ad seruientem creaturam dicitur ; relatiue ergo subsistit sicut relatiue gignit et relatiue dominatur), ita iam substantia non erit substantia quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus. Absurdum est autem ut substantia relatiue dicatur ; omnis enim res ad se ipsam subsistit. Quanto magis deus [V **10**] si tamen dignum est ut deus dicatur subsistere ?

V. De his enim rebus recte intellegitur in quibus subiectis sunt ea quae in aliquo subiecto esse dicuntur sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit et ideo substantia est ; illa uero in subsistente atque in subiecto corpore, quae non substantiae sunt sed in substantia ; et ideo si esse desinat uel ille color uel illa forma, non adimunt corpori corpus esse quia non hoc est ei esse quod illam uel illam formam coloremue retinere. Res ergo mutabiles neque simplices proprie dicuntur μ 861
substantiae. Deus autem si subsistit ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tamquam in subiecto, et non est simplex cui hoc sit esse quod illi est quidquid aliquid de illo ad illum dicitur sicut magnus, omnipotens, bonus, et si quid huiusmodi de deo non incongrue dicitur. Nefas est autem dicere ut subsistat et subsit deus bonitati suae atque illa bonitas non substantia sit uel potius essentia, neque ipse deus

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 141** autem — **150** subsistere [*excerpt., f. 85v*].

v. **1** De — **15** deus [*excerpt., f. 85v*]. **3** Corpus — **5** sunt [*Isid., orig. II*, XXVI, *11-12*].

---

**141** aliud *alt. om.* $S^a$ subsistere] subsis *i. r.* $N^2$ **142** aliud *pr.*] *add.* est $S^2$ *T* deo] deum *J* **144** °sicut] simul *M* **145** gingnit (n *pr. eras.*) *T* dominator $C^a$ $K^a$ **147** °ita] *s. l.* $S^1$, *add.* etiam *I* **148** est *om. T* substantiae $C^a$ **149** omnis] i *ex* e *per ras. K.*

v. *om. A B C* **1** subiecti *A* $B^a$ $C^a$ $O^a$ $S^a$ *T*, subiecta $A^2$ *K* $T^2$ **2** subiecto] to *s. l.* $S^1$ **4** uero] *add.* non *J* in *alt.*] *ita* $B^2$ *N O S P*, *om. cett. codd.* μ **5** sint $S^a$ substantiae $C^a$ °desinat] e *superscr.* $J^2$ ; desenat $C^a$ ; desinant *I*, (n *eras.*) *V* uel] ei *C* **6** uel] u *s. l.* $B^1$ forma *om. J* °esse corpus μ **7** hoc non *K* °ei est μ **8** retenere $C^a$ mutabilis *I* propie *N* **9** °si] sic $A^a$ *S*, *om.* $T^a$ $R^a$ substantiae propriae *C* propie $T^a$ **10** dici] *add.* non $S^2$ posset $S^a$ inest] non est *S* in *pr.*] *praem.* enim $S^2$ et] sed $S^2$ non] *eras. S* **11** °sit] est *M* illi *om. T* est *alt.*] *add.* et $S^2$ aliquid] *ita A B N O*, aliud *cett. codd.* μ **13** autem] ergo *F* **14** subsistit $A^a$ $C^a$ °bonitati/ *1 litt. eras. C* ; bonitatis *I*, (s *eras.*) *V* °illa] ita *C*, *om.* $I^a$

sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto. Vnde manifestum est deum abusiue substantiam uocari ut nomine usitatiore intellegatur essentia, quod uere ac proprie dicitur ita ut fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est enim uere solus quia incommutabilis est, idque suum nomen famulo suo Moysi enuntiauit cum ait : *Ego sum qui sum*, et : *Dices ad eos : Qui est misit me ad uos.* Sed tamen siue essentia dicatur quod proprie dicitur, siue substantia quod abusiue, utrumque ad se dicitur, non relatiue *ad aliquid*. Vnde hoc est PL 943 deo esse quod subsistere, et ideo si una essentia trinitas, una etiam substantia.

VI. Fortassis igitur commodius dicuntur *tres personae* quam *tres substantiae*. [VI **11**] Sed ne nobis uideatur suffragari hoc quoque requiramus, quamquam et illi si uellent, sicut dicunt *tres substantias, τρεῖς ὑποστάσεις*, possent dicere *tres personas, τρία πρόσωπα*. Illud autem maluerunt quod forte secundum linguae suae consuetudinem aptius diceretur. Namque et in personis eadem ratio est ; non enim aliud est deo esse, aliud personam esse sed omnino idem. Nam si esse ad se dicitur, persona uero relatiue. Sic dicamus tres personas pa-

---

v. **16/26** cf. V, ii, 1/7 sqq. **21/22** Ex. 3, *14. **22/26** cf. V, viii, 41/42 ; VII, iv, 113/117.131/135 sqq. **22** *essentia* = οὐσία ; cf. Aug., ciu. dei XII, 2. **23** *substantia* : cf. Tert., apol. 21 ; adu. prax. 2 ; 26. **24** *ad aliquid* : πρός τι ; cf. Arist., categ. vii, 6a, 36 - 8b, 24 ; Ps.-Aug., categ. x ex Arist., xi (PL 32, 1430).

vi. **1/6** cf. V, ii-vi ; viii, 41/53 ; VII, iv, 113 - v, 26. **2/6** *tres substantiae* : τρεῖς ὑποστάσεις : *tres personae* : τρία πρόσωπα : cf. Plato, apud Porph., phil. hist. IV, uit.plat. (apud Did., trin. II, xxvi [PG 39, 759] et apud Cyr. Alex. [iuxta Did.], iul. I et VIII) ; Basil., epist. 38 ; epist. 236 ; Tert., apol. 21 ; adu. prax. 2 ; 26 ; Hieron., epist. 15, 3-5 (uide Aug., ciu. dei XII, 2) ; supra VII, iv, 3/6.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T (I L M R V)*.

**Test. :** **16** sit — **20** est [*excerpt., f. 85v*]. **16/17** manifestum — **26** substantia [*coll., f. 38v-39*]. **22** Sed — **26** substantia [*excerpt., f. 85v-86*].

vi. **1** Fortassis — **8** idem [*excerpt., f. 86*] **1** Fortassis — **2** substantiae, **7** non — **9** relatiue [*coll., f. 39*]. **7** non — **9/10** patrem *Coll. Nou., p. 76, 10-11.* **9** Sic — **9/10** patrem *Hadr., p. 13.*

---

**17** deus $S^{a}$ **18** proprie ac uere *P* ita] *s. l.* $K^{1}$ **19** deum solum *T* °essentiam] *om.* $A^{a}$, essentia *M* **20** nomen suum *P* μ **22** °ad eos] filiis israhel $I^{a}$ **24** relatiue] *add.* aut $S^{2}$ **25** et] *praem.* VI *S*.

vi. *om.* *A B C* $N^{a}$ $O^{a}$ *S J* **1** fortasse si *C*, fortasse $C^{2}$ **2** Sed] *praem.* VI *J* nec $C^{a}$ uidear *C* $O^{3}$ *S J K P T* μ refragari $N^{2}$ **3** °quam *I* si *om.* $C^{a}$ **4** τρεῖς] tris *A B O J*, tris *N*, tric *P*, tres *cett. codd.* ypostasis *A* $C^{2}$ *O F J*, ypostasis *B N S T*, hypostasis *C*, ypositasis *K*, yποctacic *P* possint $A^{a}$ $B^{a}$ dicere] *add.* et $A^{2}$ *F P T* **5** τρία] tria *N*, *om.* *J*, tria *cett. codd.* prosopa *A N S*, prosopia *J*, prosopa *cett. codd.* fortasse $B^{2}$ *N O* **6** nam *N P* μ **7** deo] dm (m *i. r.*) $N^{2}$ **8** Nam] an $S^{2}$ **9** °personam (m *eras.*) *V* °Sic] *praem.* ut *Coll. Nou.* dicimus $A^{2}$ $C^{2}$ *T*

trem et filium et spiritum sanctum quemadmodum dicuntur aliqui tres amici aut tres propinqui aut tres uicini quod sint ad inuicem, non quod unusquisque eorum sit ad se ipsum. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorum ceterorum, aut propinquus aut uicinus quia haec nomina relatiuam significationem habent. Quid ergo ? Num placet dicamus patrem personam esse filii et spiritus sancti, aut filium personam esse patris et spiritus sancti, aut spiritum sanctum personam esse patris et filii ? Sed neque persona ita dici alicubi solet, neque in hac trinitate cum dicimus personam patris aliud dicimus quam substantiam patris. Quocirca ut substantia patris ipse pater est, non quo pater est sed quo est ; ita et persona patris non aliud quam ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona, non ad filium uel spiritum sanctum ; sicut ad se dicitur deus et magnus et bonus et iustus et si quid aliud huiusmodi. Et quemadmodum hoc illi est esse quod deum esse, quod magnum, quod bonum esse, ita hoc illi est esse quod personam esse.

Cur ergo non haec tria simul unam personam dicimus sicut *unam essentiam* et unum deum, sed dicimus *tres personas*, cum tres deos aut tres essentias non dicamus, nisi quia uolumus uel unum aliquod uocabulum seruire huic significationi qua intellegitur trinitas ne omnino taceremus interrogati quid tres, cum tres esse fateremur ? Nam si genus est essentia, species autem substantia siue persona ut nonnulli sentiunt (omitto illud quod iam dixi, oportere appellari tres essentias ut appellantur tres substantiae uel personae sicut appellantur μ 862

---

**29** *una essentia, tres personae* : *μία οὐσία, τρεῖς ὑποστάσεις.* **30** uide Symb. 'Quicumque,' 16. **35/52** cf. VII, iv.

---

**Codd.** : **24** et *tert.* — **122** Neque *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R).*

**Test.** : **10** et *pr.* — **15** habent *Coll. Nou., p. 76, 11-15 ; Hadr., p. 13, 29-33.* **20** ut — **33** fateremur [*coll., f. 39-39*$^{v}$]. **28** Cur — **33** fateremur [*excerpt., f. 86*].

---

**12** quid *T* °ad se] adesse *Coll. Nou.* **13** ei *Hadr. V* °duorum ceterorum] ceterorum aut duorum *Hadr. V* °ceterorum] amicorum *Coll. Nou.* **14** propinqus $A^{a}$ $O^{a}$ °quia] qui *Coll. Nou.* nomina] omnia *S K T* **15** °placet] *add.* ut *μ* **16** filium/// *3 litt. eras. N* **16/17** aut — sancti *om. T* **18** filii] *add.* et spiritus sancti *del. P* personam *J* **21** °quo *pr.*] quod *C*, quia *I* est *pr.*] *s. l.* $K^{1}$ quo *alt.*] quod *A* $C^{2}$ $N^{2}$ *T* °ita] *add.* etiam $O^{3}$ *I* **22** ipse *om. J* **23** °uel] *add.* ad *K*, et $V^{a}$ **24** °et *pr. om.* $R^{a}$ iustus et bonus *T* quid] qua *T* **25/26** °bonum quod magnum *L* **26** persona *J* **29** °tres dicimus *μ* **30** deos] *add.* esse *K* **31** seruare *C* significatione $C^{a}$ **32** qua] quia (i *eras.*) *N, T* **33** fatemur *K* **36** appellantur *pr.*] appellentur $O^{a}$ *P* uel] siue *T*

tres equi eademque animalia tria, cum sit species equus, animal genus. Neque enim species ibi pluraliter dicta est et genus singulariter tamquam diceretur tres equi unum animal, sed sicut tres equi speciali nomine ita tria animalia nomine generali. Quod si dicunt substantiae uel personae nomine non speciem significari sed aliquid singulare atque indiuiduum, ut substantia uel persona non ita dicatur sicut dicitur homo quod commune est omnibus hominibus, sed quomodo dicitur hic homo uelut Abraham, uelut Isaac, uelut Iacob, uel si quis PL 944
alius qui etiam digito praesens demonstrari possit, sic quoque illos eadem ratio consequetur. Sicut enim dicuntur Abraham, Isaac, Iacob tria indiuidua, ita tres homines et tres animae. Cur ergo et pater et filius et spiritus sanctus si secundum genus et speciem et indiuiduum etiam ista disserimus, non ita dicuntur tres essentiae ut tres substantiae seu personae ? Sed hoc, ut dixi, omitto).

Illud dico, si essentia genus est, una essentia iam non habet species sicut quia genus est animal, unum animal iam non habet species. Non sunt ergo tres species unius essentiae pater et filius et spiritus sanctus. Si autem species est essentia sicut species est homo, tres uero illae quas appellamus substantias siue personas sic eandem speciem communiter habent quemadmodum Abraham et Isaac et Iacob speciem quae homo dicitur communiter habent (non sicut homo subdiuiditur in Abraham, Isaac et Iacob, ita unus homo et in aliquos singulos homines subdiuidi potest ; omnino enim non potest quia unus homo iam singulus homo est). Cur ergo una essentia in tres substantias uel personas subdiuiditur ? Nam si essentia species est sicut homo, sic est una essentia sicut unus homo. An sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus, eiusdem temperationis corporis, eiusdemque animi unam esse naturam

---

**Codd. :** *B C ; def. A*   *N O S*   *F J K P T*   *(I L M R V)*.

**Test. :** **53** si — **67** naturam [*excerpt., f. 86*].   **53** si — **56** sanctus [*coll., f. 39*$^{v}$].

---

**38** specie sibi *K*   **38** °ibi] i *pr. ex* u *per ras. T*, ubi *I*   **39** °dicerentur (n *i. r.*) *O*$^{3}$ ?, *S I*   **40** equi *om. S*$^{a}$   **40/41** °generali nomine *μ*   **46** °alius] *praem.* aliquis *M*   praesens *om. T*   posset O$^{a}$ *S J K*   **47** °ratio] *s. l. V*$^{1}$, ratione *I*$^{a}$   consequitur *S J K T*   Abraham] *add.* et *S J K*   **48** Isaac] *add.* et *eras. B*, *C S F J K P T μ*   indiuidia (*corr. 1 m.*) *T*   **49** et *pr. om. C J K*   **50** etiam] et tam *C*$^{a}$   **51** dicuntur] *praem.* di *del. O*   ut] et *C*, aut *T*   seu] siue *P*   **54/55** sicut — species *pr. om. T*   **54** genus quia *K*   quia] qui *C*$^{a}$   animal *alt.*] *i. r. O*$^{3}$, *om. N P*$^{a}$, aliam *K*   **55** species *pr.*] speciem *N K*   species *alt. om. S*$^{a}$   unius] i *s. l. T*$^{1}$   **56** essentiae *J*   **57** °illas *M*   **58** sic] si *J*   eadem *K*   **59** et *pr. om. S F K P T μ*   qua *T*   **60** non] num *S*$^{2}$   subdiuidi uidetur *J*   **61** Abraham] *add.* et *J K T*   unus] non unus *i. r. N*$^{2}$, //unus *2 litt. eras. F*   in *om. J*   **63** °in] inter R$^{a}$   **64** subdiuiditur] subdiui/tur *1 litt. eras.* T$^{a}$   essentias *C*$^{a}$   **65** °sic] sicut *M*

(tres enim sunt homines sed una natura), sic etiam ibi dicimus tres substantias unam essentiam, aut tres personas unam substantiam uel essentiam ?

Hoc uero utcumque simile est quia et ueteres qui latine locuti sunt antequam haberent ista nomina, quae non diu est ut in usum uenerunt, id est essentiam uel substantiam, pro his naturam dicebant. Non itaque secundum genus et species ista dicimus sed quasi secundum communem eandemque materiem. Sicut ex eodem auro si fierent tres statuae, diceremus tres statuas unum aurum, nec tamen genus diceremus aurum, species autem statuas ; nec aurum speciem, statuas uero indiuidua. Nulla quippe species indiuidua sua transgreditur ut aliquid extra comprehendat. Cum enim definiero quid sit homo, quod est nomen speciale, singuli quique homines quae sunt indiuidua eadem definitione continentur, nec aliquid ad eam pertinet quod homo non sit. Cum uero aurum definiero, non solae statuae si aureae fuerint sed et anuli et si quid aliud de auro fuerit ad aurum pertinebit. Etsi nihil inde fiat, aurum dicitur quia etiamsi non sint aureae, non ideo non erunt statuae. Item nulla species excedit definitionem generis sui. Cum enim definiero animal, quoniam μ 863
generis huius species est equus, omnis equus animal est, non autem statua omnis aurum est. Ideo quamuis in tribus statuis aureis recte dicamus tres statuas unum aurum, non tamen ita dicimus ut genus aurum, statuas uero species intellegamus.

Nec sic ergo trinitatem dicimus tres personas uel substantias unam essentiam et unum deum tamquam ex una materia tria quaedam subsistant, etiamsi quidquid illud est in his tribus explicatum sit ; non enim aliquid aliud eius essentiae est praeter istam trinitatem. Tamen tres personas eiusdem PL 945

---

**68** *ibi* : VII, IV.

---

**Codd.** : *B C* ; *def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **68** tres — **97** eiusdem [*excerpt.*, *f. 86-86*$^{v}$].

---

**68** sunt enim *B C* una/ *1 litt. eras. K* **69** aut] at $T^{a}$ **71** °utcumque] utrum quaecumque *M* °et] *om.* $R^{a}$, *add.* et (*?*) *eras. V* ueteris $K^{a}$ qui/ *1 litt. eras. J* **72** nomina ista *T* **73** ut] quod *C* $O^{3}$ $S^{2}$ *F P* **75** ita *K* quasi] qua $O^{a}$ **76** materiam *C F* μ Sicut] *praem.* VIIII *B C* **77/78** nec — aurum *pr. om. T* °diceremus genus μ **78/79** species *C* **79** indiuiduas $N^{2}$ *S*, (s *eras.*) *F P* **81** diffiniero *P et sic semper* **82** quique] qui/que *1 litt. eras. O*, quippe *J* quae] qui (i *i. r.*) $N^{2}$, *F P* μ indiuidui (i *quart. i. r.*) $N^{2}$ eadem] a *s. l.* $C^{1}$ diffinitione *F P* **83** pertinet ad eam $J^{a}$ **85** anuli] ea nuli $C^{a}$ **87** item] ita *T* **87/88** °diffinitionem *P*, *add.* suam *exp. I* **88** °quoniam] quod *M* **90** Ideo] ideoque *F*, *praem.* et *K* **91** non] *eras. M* **92** species uero statuas *A B C F* μ **97** °tamen] dum *L* °eiusdem] *bis*, *pr. del. P* ; eiusdemque *M*

essentiae uel tres personas unam essentiam dicimus ; tres autem personas ex eadem essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona sicut tres statuas ex eodem auro possumus dicere ; aliud enim est illic esse aurum, aliud esse statuas. Et cum dicuntur tres homines una natura uel tres homines eiusdem naturae, possunt etiam dici tres homines ex eadem natura quoniam ex eadem natura et alii tales homines possunt exsistere ; in illa uero essentia trinitatis nullo modo alia quaelibet persona ex eadem essentia potest exsistere. Deinde in his rebus non tantum est unus homo quantum tres homines simul, et plus aliquid sunt homines duo quam unus homo ; et in statuis aequalibus plus auri est tres simul quam singulae, et minus auri est una quam duae. At in deo non ita est ; non enim maior essentia est pater et filius simul quam solus pater aut solus filius, sed tres simul illae substantiae siue personae, si ita dicendae sunt, aequales sunt singulis, quod *animalis homo non percipit.* Non enim potest cogitare nisi moles et spatia uel minuta uel grandia uolitantibus in animo eius phantasmatis tamquam imaginibus corporum.

[**12**] Ex qua immunditia donec purgetur credat *in patrem et filium et spiritum sanctum, unum deum, solum,* magnum, *omnipotentem,* bonum, iustum, misericordem, *omnium uisibilium et inuisibilium conditorem,* et quidquid de illo pro humana facultate digne uereque dici potest. Neque cum audierit patrem solum deum separet inde filium aut spiritum sanctum,

---

**114** I Cor. 2, 14. **118/120** Symb. Rom.-Mediol. I, 1.2.9.1. **120/121** Symb. Nicaen., 3 — *conditorem* : Pelag., libell. fid. ad Inn.(Clauis 731) ; cf. Tert., symb., 3 (ed. Hahn, § 44) ; Ps.-Ambr., exhort ad neoph. (Clauis 178) ; infra IX, I, 35 ; Aug., fid. et symb., IV, 5 : *nam idem est 'condere' quod 'creare' ... et cum sine ambiguitate loqui uolumus, non dicimus 'creare', sed 'condere'* ; mor. eccl. cath. II, VII, 9. **122/123** tom. Dam., anath. 25.

---

**Codd.** : *usque ad* **122** Neque *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **98** essentiae — **117** corporum [*excerpt., f. 86*$^{v}$]. **111** non *alt.* — **112** filius, **122** Neque — **123** sanctum [*coll., f. 39*$^{v}$].

---

**98** dicamus $C^{a}$ **101** illic est *C F* μ **104** quoniam] quia *A B C F* **105** °alii] *add.* tres $B^{2}$ μ **106** °alia *om. M* qualibet $C^{a}$ **108** sunt aliquid *C* μ **108/109** duo homines *T* **110** singulae] *add.* statuae *J* **111** est ita *J* **111/112** °filius] *add.* et spiritus sanctus *L* μ **112** °aut] et $V^{a}$ solus *alt. om. C S* sed tres] *bis, alt. del. K* **113** substentiae $R^{2}$ **115/116** °uolutantibus *L M*, uoluntatibus $R^{a}$ **116** anima *K* phantasmatis] *ita N*, (s *alt. i. r.*) $O^{3}$ ?, *J K P T ;* fantasmatis *C S ;* uel fantasiis $K^{2}$ *;* phantasmatibus $C^{2}$ $S^{2}$ $K^{2}$ $T^{2}$ *cett. codd.* μ **119** et *pr. et alt.*] *add.* in *F* **120** bonum — omnium *om.* $S^{a}$ °iustum bonum *L*

cum eo quippe solus deus cum quo et unus deus est quia et filium cum audimus solum deum sine ulla separatione patris aut spiritus sancti oportet accipere. Atque ita dicat unam essentiam ut non existimet aliud alio uel maius uel melius uel aliqua ex parte diuersum, non tamen ut pater ipse sit et filius et spiritus sanctus et quidquid aliud ad alterutrum singula dicuntur sicut *uerbum* quod non dicitur nisi filius aut *donum* quod non dicitur nisi spiritus sanctus. Propter quod etiam pluralem numerum admittunt sicut in euangelio scriptum est : *Ego et pater unum sumus.* Et *unum* dixit et *sumus* ; *unum* secundum essentiam, quod idem deus ; *sumus* secundum μ 864
relatiuum, quod ille pater, hic filius. Aliquando et tacetur unitas essentiae et sola pluraliter relatiua commemorantur : *Veniemus ad eum* ego et pater *et habitabimus apud eum. Veniemus* et *habitabimus* pluralis est numerus quia praedictum est *ego et pater,* id est filius et pater, quae relatiue ad inuicem PL 946
dicuntur. Aliquando latenter omnino sicut in genesi : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Et *faciamus* et *nostram* pluraliter dictum est et nisi ex relatiuis accipi non oportet, non enim ut facerent dii aut ad imaginem et similitudinem deorum, sed ut facerent pater et filius et spiritus sanctus *ad imaginem* ergo patris et filii et spiritus sancti ut subsisteret homo *imago dei* ; deus autem trinitas.

Sed quia non omnimodo aequalis fiebat illa *imago dei* tamquam non ab illo nata sed ab eo creata, huius rei significandae causa ita *imago* est ut *ad imaginem* sit, id est non aequatur parilitate sed quadam similitudine accedit. Non enim locorum interuallis sed similitudine acceditur ad deum, et dissimilitudine receditur ab eo. Sunt enim qui ita distin-

---

**130** Eccli. 1, 5 ; Ioh. 1.1.14 ; 1 Thess. 2, 13 ; Apoc. 19, 13. **131** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. **133/134** Ioh. 10, 30. **137/139** Ioh. 14, *23. **139** Ioh. 10, 30. **140/142.145** Gen. 1, 26. **141/146** cf. Basil., hexaem. IV, 6 (PG 29, 205-207) ; Hil., trin. V, 8 (PL 10, 134). **146.147.149** 1 Cor. 11, 7. **149.150** Gen. 1, 26. **152/154** cf. Ambr., in ps. 118, 10, 16 ; in luc. X, 49 ; Aug., diu. quaest., LI, 4.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **124** cum *pr.* — **135** filius [*coll., f.* 39v-*40*].

---

**124** solus quippe *F* **125** audiuimus *T* **126** °aut] et *M* **127** maius] *add.* uel minus *i. mg.* $B^2$ melius] minus *J* **128** ex aliqua *A C* °ut *om.* *M* et *om.* $A^a$ $B^a$ *K* **132** °amittunt *J*, admittitur *M* **135** tacitur $K^a$ **136** °pluralitas *I* relatiua/ *1 litt. eras.* *K* commerantur $T^a$ **137/138** Veniemus *alt.* — habitabimus *om.* $S^a$ **137** habitabimus] bi *s. l.* $T^1$ **138** °numerus est μ **139** ego] e/go *1 litt. eras.* *K* **143** oportet] potest $A^a$ *C* enim *om.* *K* aut *om.* $P^a$ ad. *om.* $J^a$ **144** et *pr.*] *add.* ad *F* facerent] n *exp.* $A^2$, faceret *K* **145** °ergo] *exp.* $A^2$, *om.* $L^a$ μ **145/146** ad — sancti] *i. mg.* $K^1$ **146** °substeret $M^a$ **147** omnino $S^a$ μ **150** °paritate $I^a$ similitudinem $T^a$ **152/153** distingunt $A^a$

guunt ut imaginem uelint esse filium, hominem uero non imaginem sed *ad imaginem*. Refellit autem eos apostolus dicens : *Vir quidem non debet uelare caput cum sit imago et gloria dei*. Non dixit *ad imaginem* sed *imago*. Quae tamen *imago* cum alibi dicitur *ad imaginem* non quasi ad filium dicitur quae *imago aequalis* est *patri* ; alioquin non diceret *ad imaginem nostram*. Quomodo enim *nostram* cum filius solius patris *imago* sit ? Sed propter imparem ut diximus similitudinem dictus est homo *ad imaginem*, et ideo *nostram* ut *imago* trinitatis esset homo, non trinitati *aequalis* sicut filius *patri*, sed accedens ut dictum est quadam similitudine sicut in distantibus significatur quaedam uicinitas non loci sed cuiusdam imitationis. Ad hoc enim et dicitur : *Reformamini in nouitate mentis uestrae* ; quibus item dicit : *Estote itaque imitatores dei sicut filii dilectissimi*. Nouo enim homini dicitur : *Qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum*. Aut si iam placet propter disputandi necessitatem etiam exceptis nominibus relatiuis pluralem numerum admittere ut uno nomine respondeatur cum quaeritur quid tria, et dicere tres substantias siue personas, nullae moles aut interualla cogitentur, nulla distantia quantulaecumque dissimilitudinis aut ubi intellegatur aliud alio uel paulo minus quocumque modo minus esse aliud alio potest ut neque personarum sit confusio nec talis distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intellectu capi non potest, fide teneatur donec inlucescat in cordibus ille qui ait per prophetam : *Nisi credideritis non intellegetis*.

---

**154** Gen. 1, 26. **155/156** 1 Cor. 11, *7. **156** Gen. 1, 26. **156.157** 1 Cor. 11, 7. **157** Gen. 1, 26. **158** 11 Cor. 4, 4 ; Col. 1, 15. uide Symb. 'Quicumque,' 31. **159** Gen. 1, 26. **160** 11 Cor. 4, 4 ; Col. 1, 15. **160/161** Gen. 1, 26. **161** 1 Cor. 11, 7. **162** uide Symb. 'Quicumque,' 31. **163** Gen. 1, 26. **165/166** Rom. 12, *2. **166/167** Eph. 5, *1. **167/169** Col. 3, *10. **175/176** uide Symb. 'Quicumque,' 4.34. **178/179** Is. 7, *9.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**153** filium] *add.* dei $O^3$ *K* $T^2$ **154** ad *om.* $T^a$ **155/156** gloria et imago *J* **158** dicitur *om.* $S^a$ diceret] dicere/t *1 litt. eras.* *S* **159** imaginem] im/ginem *1 litt. eras.* $N^a$ nostram *alt.*] nrā *B* °solius] i *eras.* *V*, solus *C P M* **160** imago sit patris *F K* **161** imaginem] *add.* dei *T* **162** patris *C* **163** accidens $K^a$ sicut] *praem.* et *T* **165** °et] eis $A^2$, *praem.* eis *L* °in *om.* *M* **166** °itaque *om.* $C^a$ *N O S V* $I^a$ **167** deo (*corr. 1 m.*) *S* °filii] i *tert. i. r.* $K^2$, *om.* $R^a$ dilectissimi] carissimi *P T* μ **168** agnitione *B C F J* °eos $R^a$ **169** iam] tam $S^a$ **170** amittere $A^a$ ut] et *K*, *add.* non $T^2$ diceret $C^a$ *J* **172** °siue] *add.* tres μ nulla $B^2$ aut] *bis*, *pr. del.* *B* **173** dissimilitudines $C^a$ **174** aut] ut *N O J* μ ubi] ibi *C* $O^3$, (i *ex* u *per ras.*) *F*, *J K* $P^a$ *T* μ intellegitur *K* aliud] alius *S* °paululo *A* $B^2$ *L M* **175** minus] *praem.* nec $C^2$ potest] potentius $J^2$ **176** nec] ne $A^a$ distintio $A^a$ °quae *M* impar aliquid] inparili quid *K*, inparile quid $K^2$ **179** intelligitis $A^a$ $N^2$, intellegitis $C^a$ *N K*.

## LIBER VIII

PROOEM. [1] Diximus alibi ea dici proprie in illa trinitate distincte μ 865 ad singulas personas pertinentia quae relatiue dicuntur ad PL 946 inuicem sicut pater et filius et utriusque *donum* spiritus PL 947 sanctus ; non enim pater trinitas aut filius trinitas aut trinitas donum. Quod uero ad se dicuntur singuli non dici pluraliter tres sed unum ipsam trinitatem sicut *deus pater, deus filius deus spiritus sanctus* ; et bonus pater, bonus filius, bonus spiritus sanctus ; et *omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus* ; *nec tamen tres dii* aut tres boni aut *tres omnipotentes, sed unus deus*, bonus, *omnipotens*, ipsa trinitas, et quidquid aliud non ad inuicem relatiue sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim secundum essentiam dicuntur quia hoc est ibi esse quod magnum esse, quod bonum, quod sapientem esse, et quidquid aliud ad se unaquaeque ibi persona uel ipsa trinitas dicitur. Ideoque dici *tres personas* uel *tres substantias* non ut aliqua intellegatur diuersitas essentiae, sed ut uel uno aliquo uocabulo responderi possit cum dicitur quid tres uel quid tria ; tantamque esse aequalitatem in ea trinitate ut non solum pater non sit maior quam filius quod attinet ad diuinitatem, sed nec pater et filius simul maius aliquid sint quam spiritus sanctus, aut singula quaeque persona quaelibet trium minus aliquid sit quam ipsa trinitas.

Dicta sunt haec, et si saepius uersando repetantur, familiarius quidem innotescunt ; sed et modus aliquis adhibendus est deoque supplicandum deuotissima pietate ut intellectum aperiat et studium contentionis absumat quo possit mente cerni essentia ueritatis sine ulla mole, sine ulla muta-

---

PROOEM. **1.** *alibi* : V, v sqq. **3** Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. **6/10** uide Symb. 'Quicumque,' 13-16 ; cf. Ambr., spir. III, xvi, 109 (CSEL 79, 196, 3/5). **15/16** *tres personae uel substantiae : τρεῖς ὑποστάσεις* ; cf. V, ii, 1/7 ; viii, 41 - ix, 3 ; VII, iv, 1/6.113/117.131/135 sqq. ; v, 22/26 ; vi, 1/6. **20/22** uide Symb. 'Quicumque,' 24.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : PROOEM. **6** sicut — **15** dicitur *Fulg., ad Ferrand., 16 (CC 91, 404, 614-623).* **15** Ideoque — **22** trinitas *Coll. Nou., p. 76, 17-22.* **20** sed — **25** pietate *Hadr., p. 13, 35-14, 2.* **24** sed — **27/28** mutabilitate [*Ben., munim. IV, f. 8*].

---

PROOEM.] I *A C T* **4/5** donum trinitas $T^a$ **4** trinitas *tert.*] *praem.* spiritus sancti *J*, add. spiritus sancti $J^2$ **5** dici] *s. l.* $K^1$ **6** °pater] *add.* et *M* °filius] *add.* et *M* **7** bonus *tert.*] *add.* et *P T* **8** et *om.* *A C* **9** nec] non *T* **10** omnipotentes] te *alt. s. l.* $T^1$ **12** °singula $V^a$ **13** °bonum] *add.* esse *μ* **14** °esse] *eras.* *R* ibi *om.* *T* **15** °dicuntur *J* °dici] dicit *Coll. Nou.* **16** °subsistentias *Coll. Nou.* **17** °ut uel] ut uelut *i. r.* $N^2$, *P* ; uelut *M* aliquo uno *F* °posset *Coll. Nou.* **18** esse] essentia *K* **20** °et] nec *T M*, *om.* *I* **21** °sit $L^a$ *Hadr.* *V* quaeque] *del.* $S^2$ **22** °quolibet *M* **23** sunt] sit *J* **24** °innotescant $V^a$ **25** deoque] ideoque *C* **26** adperiat (d *eras.*) *J* adsumat *C K* **27** mole sine ulla *om.* $T^a$ °mole] module $L^a$ **27/28** mobilitate *A C μ*

bilitate. Nunc itaque in quantum ipse adiuuat creator mire misericors attendamus haec quae modo interiore quam superiora tractauimus, cum sint eadem, seruata illa regula ut quod intellectui nostro nondum eluxerit a firmitate fidei non dimittatur.

I. [I 2] Dicimus enim non esse in hac trinitate maius aliquid
duas aut tres personas quam unam earum, quod non capit
consuetudo carnalis non ob aliud nisi quia uera quae creata
sunt sentit ut potest, ueritatem autem ipsam qua creata sunt μ 866
non potest intueri ; nam si posset, nullo modo esset lux ista
corporea manifestior quam hoc quod diximus. In substantia
quippe ueritatis quoniam sola uere est non est maior aliqua
nisi quae uerius est. Quidquid autem intellegibile atque in-
commutabile est non aliud alio uerius est quia aeque incom-
mutabiliter aeternum est, nec quod ibi magnum dicitur aliunde
magnum est quam eo quo uere est. Quapropter ubi magnitudo
ipsa ueritas est quidquid plus habet magnitudinis necesse est PL 948
plus habeat ueritatis ; quidquid ergo plus ueritatis non habet
non habet etiam plus magnitudinis. Porro quidquid plus habet
ueritatis profecto uerius est sicut maius est quod plus habet
magnitudinis ; hoc ergo ibi est maius quod uerius. Non autem
uerius est pater et filius simul quam singulus pater aut singu-
lus filius. Non igitur maius aliquid utrumque simul quam sin-
gulum eorum. Et quoniam aeque uere est etiam spiritus
sanctus, nec pater et filius simul maius aliquid est quam ipse
quia nec uerius. Pater quoque et spiritus sanctus simul
quoniam ueritate non superant filium, non enim uerius sunt,
nec magnitudine superant. Atque ita filius et spiritus sanctus
simul tam magnum aliquid sunt quam pater solus quia tam

---

I. **1/2** uide Symb. 'Quicumque,' 24. **2/3** 1 Cor. 2, 14. **18/19** uide Symb. 'Quicumque,' 24.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **28** Nunc — **32** dimittatur [*Ben., munim. IV, f. 8*].

I. **1** Dicimus — **24** tam *alt.* [*Ben., munim. IV, f. 8*]. **1** non — **2** earum, **17** est — **24** tam *alt.* [*coll., f. 40-40*$^v$].

---

**28** °mire *om.* $I\ V^a$ **29** °interiore] tam interiora $A^2$ *L*, interiora *K*, in interiora (in *pr. eras.*) *I* **29/30** quam — trac(tabimus) *i. mg.* $K^1$ superiora] a *i. r.* $O^2$ ?, superiore *C N* $O^3$ *F* **30** tractabimus $A^a$ *B C K* μ sit $A^a$ *K* **31** ad $S^a$.

I.] *om. A B C N*, II *T* **1** aliquod $V^a$ **4** qua] *praem.* a *J*, per quam cuncta *T* **5** °possit *V* **6** //corporea *2 litt. eras. S* **7** °uera $A^a$ *K M* maius aliquid *T* **8** quae] quod *T* intelligibile] *praem.* in $S^2$ $T^2$ **9** quia] qui $A^a$ **10** dicitur magnum *S* **11** quo] quod (od *i. r.*) $B^2$, *C F K* **12** est *alt.*] t *s. l.* $K^1$ **13** °plus *pr.*] *om.* $R^a$, *praem.* ut μ **14** etiam non habet *S*, et non habet iam *K* non habet *om. C* plus *pr.*] ne *M*, nec $M^2$ **16** uerius] *add.* est *C* **17** est *om. C* **18** Non] *add.* est *P* **20** et] nec *T* **21** quia] quam *S* uerius] *add.* est *K* μ **23** filius ita *F*

uere sunt. Sic et ipsa trinitas tam magnum est quam unaquaeque ibi persona ; non enim ibi maior est quae uerior non est ubi est ipsa ueritas magnitudo quia in essentia ueritatis hoc est uerum esse quod est esse, et hoc est esse quod est magnum esse ; hoc ergo magnum esse quod uerum esse. Quod igitur ibi aeque uerum est etiam aeque magnum sit necesse est. [II 3] In corporibus autem fieri potest ut aeque uerum sit hoc aurum atque illud, sed maius hoc sit quam illud quia non eadem ibi est magnitudo quae ueritas, aliudque illi est aurum esse, aliud magnum esse.

II. Sic et in animi natura secundum quod dicitur magnus animus, non secundum hoc dicitur uerus animus ; animum enim uerum habet etiam qui non est magnanimus quandoquidem corporis et animi essentia non est ipsius ueritatis essentia sicuti est trinitas, deus unus, solus, magnus, uerus, uerax, ueritas. Quem si cogitare conamur quantum sinit et donat, nullus μ 867 cogitetur per locorum spatia contactus aut complexus quasi trium corporum, nulla compago iuncturae sicut tricorporem Geryonem fabulae ferunt ; sed quidquid animo tale occurrerit ut maius sit in tribus quam in singulis minusque in uno quam in duobus sine ulla dubitatione respuatur ; ita enim respuitur omne corporeum.

In spiritalibus autem omne mutabile quod occurrerit non putetur deus. Non enim paruae notitiae pars est cum de profundo isto in illam summitatem respiramus si antequam scire possimus quid sit deus, possumus iam scire quid non sit. Non

---

II. **8/9** Verg., aen. VI, 289 ; VIII, 202.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **25** uere — **34** esse *alt.* [*Ben., munim. IV, f. 8*]. **25** uere — **31** est [*coll., f. 40v-41*].

II. **1** Sic — **16** Non *alt.* [*Ben., munim. IV, f. 8-8v*]. **5** trinitas — ueritas, **13** In — **16** Non *alt.* [*coll., f. 41*]. **14** Non — **16** sit *alt.* *Prosp., sent.* LXI (*PL 51, 436*).

---

**25** °Sic] sicut *I*, (ut *eras.*) *V* **26** ibi *alt.*] *ita B N O F P μ*, *om. cett. codd.* **28** et — est *quart. om.* $T^{a}$ est *quart. om.* $A^{a}$ **29** esse *pr.*] *add.* et *P* hoc] *add.* est $A^{2}$ *K P μ* ergo *om. P* esse *alt. et tert*] est *C* **30** °ubi R **31** In] *praem.* II *A B C* **32** hoc *pr.*] illut *C*, illud $C^{2}$ aurum *om. S* °magis *I* **33** quam $S^{a}$ est illi *C* °illic $O^{3}$ *I*, ibi *T M* **34** aurum] uerum *S*.

II. *om.* *A B C T* **1** secundum] *praem.* III *T* **2** enim] uero *C* **3** magnanimis $N^{a}$ *O* **4** ueritas $T^{a}$ sicut *K μ* **5** °solus *om.* $I^{a}$ ueritas uerax $F^{a}$ **7** contractus *S F P T* amplexus *J* **8** °ulla *M* tricorporum $A^{a}$ **9** °famulae $V^{a}$ °animo] *praem.* in *I* °occurerit *T*, occurrit $R^{a}$ **10** uti *K* **11** respuitur] respuetur *T* **13** In *om. C* spiratalibus $T^{a}$ **14/16** Non — sit *alt.*] Excedit supereminentia deitatis non solum uisitati (usitati *c*) eloquii nostri sed etiam intelligentiae facultatem. Verius enim cogitatur deus quam dicitur, et uerius est quam cogitatur. Non parua (paruae *j*) autem notitiae pars est si antequam scire possimus quid sit deus, possumus (possimus *j*) scire quid non sit *Prosp.* **14** parua *F T* **15** illa summitate *J* **16** possimus] possumus $A^{a}$ *C S* possumus] possimus *S J T* °iam *om.* $L^{a}$

est enim certe nec terra nec caelum nec quasi terra et caelum, nec tale aliquid quale uidemus in caelo, nec quidquid tale non uidemus et est fortassis in caelo. Nec si augeas imaginatione cogitationis lucem solis quantum potes, siue quo sit maior siue quo sit clarior, millies tantum aut innumerabiliter, neque hoc est deus. Nec sicut cogitantur angeli mundi spiritus caelestia corpora inspirantes atque ad arbitrium quo seruiunt deo mutantes atque uersantes neque si omnes, cum sint *milia* PL 949
*millium,* in unum conlati unus fiant, nec tale aliquid deus est. Nec si eosdem spiritus sine corporibus cogites, quod quidem carnali cogitationi difficillimum est.

Ecce uide si potes, o anima praegrauata corpore *quod corrumpitur* et onusta terrenis cogitationibus multis et uariis, ecce uide si potes, deus ueritas est. Hoc enim scriptum est : *Quoniam deus lux est,* non quomodo isti oculi uident, sed quomodo uidet cor cum audit, ueritas est. Noli quaerere quid sit ueritas ; statim enim se opponent caligines imaginum corporalium et nubila phantasmatum et perturbabunt serenitatem quae primo ictu diluxit tibi cum dicerem, ueritas. Ecce in ipso primo ictu qua uelut coruscatione perstringeris cum dicitur ueritas mane si potes ; sed non potes. Relaberis in ista solita atque terrena. Quo tandem pondere, quaeso, relaberis nisi sordium contractarum cupiditatis uisco et peregrinationis erroribus ?

III. [III **4**] Ecce iterum uide si potes. Non amas certe nisi bo-

---

**24** *mutantes atque uersantes* (uel *uertentes* ; cf. app. crit., et supra, p. 98, 30 ; 130, 8.) : Cic., de or. III, XLV, 177. **24/25** Apoc. 5, 11. **28/29** Sap. 9, 15. **31** 1 Ioh. 1, 5. **32/33** Ioh. 18, 38. **38/40** cf. Plot., enn. I, 6(1), 8 (ed. Henry-Schwyzer, 1, p. 112 sq.) ; Hebr. 11, 13-16. **39** *uisco* : cf. Ambr., bon. mort., 2, 5 ; 5, 17 (CSEL 32-1, 706, 5 sq. ; 718, 5 sq.) ; Cic., rep. VI, IX (= somn. scip.), 3, 14.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **17** est — **40** erroribus [*Ben., munim. IV, f.* $8^v$]. **17** est — **25** est, **30** uide — **32** est *pr.* [*coll., 41-41*$^v$]. **22** Nec — **27** cst *Licin., p. 124, 1-6.*

III. **1** Ecce — **1/2** bonum [*Ben., munim. V, f.* $8^v$].

---

**18** uidimus *A* quidquid] quid $O^3$ *S*, si quid $S^2$ tale] *add.* quod $O^3$ **19** est] t *s. l.* $K^1$ fortasis $A^a$ **20** cogitationes (*corr. 1 m.*) *S* potest $S^a$ *K* quod $A^a$, (d *eras.*) *O* **21** quo sit] quasi $J^a$ °quod *I* $R^a$ millies] *praem.* aut $S^2$ **22** sicut] sic- *s. l.* $T^1$ **24** °uersantes] se uertentes *Licin.* neque] *ita* $B^2$ *N O S P*, ne quae $B^a$, nec *cett. codd. Licin.* μ **25** in unum *om.* *T* °collecti *M Licin.* unum *T* °fiunt *I* **26** cogitas *K* quidam *Licin. E* **27** cogitatione *A Licin. E* **28** o *om.* $N^a$ °corpore *om.* $R^a$ **31** Quoniam] quomodo $S^2$ **32** audis *B* $K^2$ μ **33** enim *om.* $F^a$ °se *om.* $V^a$ opponunt *T* caliginis $K^a$ imagnium] imagi//num *2 litt. eras.* *T* **34** perturbant $T^a$ **34/35** °senitatem $S^a$, serenitatum $V^a$ **35** qui (*corr. 1 m.*) *K* luxit $A^a$ °diceret *I* **36** °ictu *om.* $R^a$ quo *B F T* μ **37** dico *T* sed] si $A^a$ **38** quod (d *exp.*) *C* **39** °cupiditatis *om.* $R^a$ peregrinationibus $S^a$.

III.] *om. A B C*, IV *T* **1** °si *om.* $R^a$ ames $A^a$

num quia bona est terra altitudine montium et temperamento collium et planitie camporum, et bonum praedium amoenum ac fertile, et bona domus paribus membris disposita et ampla et lucida, et bona animalia animata corpora, et bonus aer modestus et salubris, et bonus cibus suauis atque aptus ualetudini, et bona ualetudo sine doloribus et lassitudine, et bona facies hominis dimensa pariliter et affecta hilariter et luculente colorata, et bonus animus amici consensionis dulcedine et amoris fide, et bonus uir iustus, et bonae diuitiae quia facile expediunt, et bonum caelum cum sole et luna et stellis suis, et boni angeli sancta obedientia, et bona locutio suauiter docens et congruenter mouens audientem, et bonum carmen canorum numeris et sententiis graue. Quid plura et plura ? Bonum hoc et bonum illud. Tolle hoc et illud, et uide ipsum bonum si potes ; ita deum uidebis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis uel quae commemoraui uel quae alia cernuntur siue cogitantur diceremus μ 868 aliud alio melius cum uere iudicamus nisi esset nobis impressa notio ipsius boni secundum quod et probaremus aliquid et aliud alii praeponeremus. Sic amandus est deus, non hoc et illud bonum, sed ipsum bonum ; quaerendum enim bonum animae, non cui superuolitet iudicando, sed cui haereat amando, et quid hoc nisi deus ? Non bonus animus aut bonus angelus aut bonum caelum, sed bonum bonum.

Sic enim forte facilius aduertitur quid uelim dicere. Cum enim audio uerbi gratia quod dicitur animus bonus, sicut duo uerba sunt ita ex eis uerbis duo quaedam intellego, aliud quo animus est, aliud quo bonus. Et quidem ut animus esset non egit ipse aliquid ; non enim iam erat qui ageret ut esset. Vt autem sit bonus animus uideo agendum esse uolun- PL 950

III. **14/21** cf. Aug., lib. arb. II, 16, 44 ; 17, 45 (PL 32, 1264 ; 1265).

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **2** quia — **31/32** uoluntate [*Ben., munim. V, f.* 8v-*9*].

**2** altitudinem $C^{a}$ temperamenta $A^{a}$ **3** colium $A^{a}$ planacie/ *1 litt. eras. A* et *alt. om. B N O* amoenim (*corr. 1 m.*) *T* **4** ac] et *A* dispositae $C^{a}$ **6** et *pr.*] ac *J* salubres $C^{a}$ **6/7** °ualetudine *C*, ualetudinis $I^{a}$ **7** lapsitudine $A^{a}$ **8** demensa $K^{a}$ affata $T^{a}$ luculenter $N^{2}$ *F K P*, luculenta et *T* **9** °consensionis] *add.* et *I* **12** boni] bona/ *1 litt. eras. A* °lucutio $S^{a}$, locatio $V^{a}$ **13** monens *B*, (n *pr. i. r.*) $N^{2}$, *K P μ* carmen] *add.* et *F* **14** °canorum] annorum *R* et plura *om. J* **15** Bonum *pr.*] *praem.* et *J* **16** °potest $R^{a}$ bonum bono *F* **17** bonum] num $S^{a}$ **18** alias *P* cogantur $A^{a}$ **18/19** aliud diceremus *T* **19** iudicamus] iudicaremus $S^{2}$, dicimus $T^{a}$ esset] esse/t *1 litt. eras. K* **20** quod] *add.* bonum *T* **21** alii] alio *N P* amundus $T^{a}$ est *om. A F K P* $T^{a}$ **22** illus $S^{a}$ bonum enim *F* **23** superuolet $A^{a}$ iudicando] *praem.* et *C*, *praem.* ad $C^{2}$ **26** enim *om.* $B^{a}$ quod *K* **29** quo *pr. et alt.*] quod *A* °Et quidem] equidem *O M* ut] quod *K* °animus *alt.*] animam $L^{a}$ **30** eget $K^{2}$ °qui] quod *μ* ageret] egeret $K^{2}$ **31** °aegendum $K^{2}$, agendo *I*

tate, non quia idipsum quo animus est non est aliquid boni (nam unde iam dicitur et uerissime dicitur corpore melior ?), sed ideo nondum dicitur bonus animus quia restat ei actio uoluntatis qua sit praestantior. Quam si neglexerit, iure culpatur recteque dicitur non bonus animus ; distat enim ab eo qui hoc agit, et quia ille laudabilis, profecto iste qui hoc non agit uituperabilis est. Cum uero agit hoc studio et fit bonus animus, nisi se ad aliquid conuertat quod ipse non est non potest hoc assequi. Quo se autem conuertit ut fiat bonus animus nisi ad bonum, cum hoc amat et appetit et adipiscitur ? Vnde se si rursus auertat fiatque non bonus, hoc ipso quod se auertit a bono, nisi maneat in se illud bonum unde se auertit, non est quo se iterum si uoluerit emendare conuertat.

[**5**] Quapropter nulla essent mutabilia bona nisi esset incommutabile bonum. Cum itaque audis bonum hoc et bonum illud quae possunt alias dici etiam non bona, si potueris sine illis quae participatione boni bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt (simul enim et ipsum intellegis, cum audis hoc aut illud bonum), si ergo potueris illis detractis per se ipsum perspicere bonum, perspexeris deum. Et si amore inhaeseris, continuo beatificaberis. Pudeat autem cum alia non amentur nisi quia bona sunt, eis inhaerendo non amare bonum ipsum unde bona sunt. Illud etiam quod animus tantum quia est animus, etiam nondum eo modo bonus quo se conuertit ad incommutabile bonum, sed, ut dixi, tantum animus cum ita nobis placet ut eum omni etiam luci corporeae cum bene intellegimus, praeferamus, non in se ipso nobis placet sed in illa arte qua factus est. Inde enim approbatur factus ubi uidetur fuisse faciendus. Haec est

---

**45/46.50/52** cf. Aug., lib. arb. II, 16, 44 ; 17, 45 (PL 32, 1264 ; 1265).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** **32** non *pr.* — **60** est [*Ben., munim. V, f. 9-9*v].

---

**32** °idipsum] ad ipsum *R* quod *S T* **33** °corpore] *add.* est $V^2$ **34** animus bonus *K* °quia] quoniam *μ* **35** °qua sit] quasi *M* prestatior *A* Quam] quem $A^a$ **37** profectio $C^a$ non hoc *F K* non *om.* $A^a$ **38** hoc agit *T* **39** se ad] sed $K^a$ ad *om.* $A^a$ **40** °conuertit] uertit *K*, conuertat *μ*, *add.* animus *T* faciat *K*, fit *T* **41** ad] *add.* incommutabile $O^3$ *T* amet $V^a$ **42** rursus si se *B F* si se *K* auertat] *praem.* malus $S^2$ fiat quo *S* non] *s. l.* $K^1$ °ipsum R $V^2$ quod] *ita A O S J K T*, quo $S^2$ $K^2$ *cett. codd. μ* **43** auertit *pr.*] a/uerit *1 litt. eras. A* nisi] si sic *S* illud] aliud *C* se *alt. om.* $N^a$ **44** quod (d *eras.*) *S* **45** essent] n *s. l.* $C^1$ bona mutabilia *F* motabilia $S^a$ **46** Cum] *praem.* III *A B C* **47** altas $K^a$ **48** participationis $S^a$ perspicere] re *s. l.* $P^1$, praespicere *K* **49** participatione] *add.* boni *T* **51** praespicere *K* **52** deum] *praem.* bonum *T* amore] amori eius (ri eius *i. r.*) $N^2$ beatificaueris $K^a$ $T^a$ **53** talia $O^3$ *K P* quia nisi $F^a$ **54** amore $S^a$ **55** quia] qua *S*, quo $S^2$ animus *alt.*] *i. mg.* $N^1$ **57** tantus $S^a$ **57/58** etiam omni *K* **58** °corporea *M* **59** qua] quia $K^a$ **60** ibi (*corr. 1 m.*) *A* °fuisse uidetur $V^a$

ueritas et simplex bonum ; non enim est aliud aliquid quam ipsum bonum ac per hoc etiam *summum bonum.* Non enim minui uel augeri bonum potest nisi quod ex alio bono bonum est.

Ad hoc se igitur animus conuertit ut bonus sit a quo habet ut animus sit. Tunc ergo uoluntas naturae congruit ut perficiatur in bono animus cum illud bonum diligitur conuersione uoluntatis unde est et illud quod non amittitur nec auersione uoluntatis. Auertendo enim se a summo bono amittit animus μ 869
ut sit bonus animus ; non autem amittit ut sit animus cum et hoc iam bonum sit corpore melius. Hoc ergo amittit uoluntas quod uoluntas adipiscitur ; iam enim erat animus qui conuerti ad id uellet a quo erat ; qui autem uellet esse antequam esset nondum erat. Et hoc est bonum nostrum ubi uidemus utrum esse debuerit aut debeat quidquid esse debuisse aut debere comprehendimus, et ubi uidemus esse non potuisse nisi esse debuisset quidquid etiam quomodo esse debuerit non comprehendimus. Hoc ergo bonum *non longe positum est ab unoquoque nostrum : In illo enim uiuimus et mouemur et sumus.*

IV. [IV **6**] Sed dilectione standum est ad illud et inhaerendum PL 951
illi ut praesente perfruamur a quo sumus, quo absente nec esse possemus. Cum *enim per fidem adhuc ambulamus non per speciem, nondum* utique *uidemus* deum sicut idem ait *facie ad faciem.* Quem tamen nisi iam nunc diligamus, numquam

---

**62** Cic., fin. bon. mal. III, 1, 2 ; e.a. ; cf. Aug., c. acad. III, XII, 27 (Strom. patr. et med. II, 61, 15/16) ; serm. dom. in monte I, 3, 10 ; retr. I, 1, 9 ; supra I, II, 7. **78/80** Act. 17, *27-28.

IV. **3/4** II Cor. 5, *7. **4** I Cor. 8, 2. **4/5** I Cor. 13, 12.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T (I L M R V).*
**Test. : 61** ueritas — **80** sumus [*Ben., munim. V, f. 9*v].
IV. **1** Sed — **5** numquam [*Ben., munim. V-VI, f. 9*v].

---

**61** est enim *P* est *om.* $A^{a}$ *C T* **62** °bonum *pr. om. M* ac — bonum *alt. om.* $T^{a}$ **65** °conuertit animus *T*, conuertitur animus *M* conuertat *F* **66** °animus ut *M* sit animus *T* **67** diligitur] *bis, alt. exp. A ; add.* diligitur autem *B ; praem.* diligetur *C ;* dirigitur *K* conuertione $C^{a}$ **68** °amittetur $V^{a}$ aduersione (d *eras.*) *S* **69** °uoluptatis *V* uertendo $K^{a}$ se enim *F* animus amittit *K* **70**° sit *alt.*] *praem.* non $A^{2}$ *L* **71** °hoc *om.* $R^{a}$ **72** animas (*?*) $C^{a}$ °qui] quid *L* **73** conuerti/ *1 litt. eras. T* **73/74** esse antequam *om. C* antequam esset *om. A O S J T* **74** esset] t *exp.* $C^{2}$ **75** uidimus $A^{a}$ **75/76** debuisset $C^{a}$ **76** esse uidemus *J* uidimus $C^{a}$ **77** °debuisse *L V* **78** Hoc] *praem.* IIII *F K.*

IV. *om. A B F K T* **1** °instandum $O^{3}$ *T ;* eundum *s. l.* $O^{3}$, *I* inhaerendum] *add.* est *K* **2** °praesente/ *1 litt. eras. O*, praesentem (m *eras.*) *V* **3** possemus] *ita A C N O T μ ;* possimus (i *ex* e *per ras.*) *B*, $T^{1}$ *;* possumus *cett. codd.* **4** sicuti *J* facie] faciem $C^{a}$ **5** °nisi iam] si *M* °nunc iam *A K T μ*, nunc non iam *M* °diligimus *M*

uidebimus. Sed quis diligit quod ignorat ? Sciri enim aliquid et non diligi potest ; diligi autem quod nescitur, quaero utrum possit quia si non potest, nemo diligit deum antequam sciat. Et quid est deum scire nisi eum mente conspicere firmeque percipere ? Non enim corpus est, ut carneis oculis inquiratur.

Sed et priusquam ualeamus conspicere atque percipere deum sicut conspici et percipi potest, quod mundis cordibus licet : *Beati* enim *mundicordes quia ipsi deum uidebunt,* nisi *per fidem* diligatur, non poterit cor mundari quo ad eum uidendum sit aptum et idoneum. Vbi sunt enim illa tria propter quae in animo aedificanda omnium diuinorum librorum machinamenta consurgunt, *fides, spes, caritas* nisi in animo credente quod nondum uidet et sperante atque amante quod credit ? Amatur ergo et quod ignoratur sed tamen creditur. Nimirum autem cauendum est ne credens animus id quod non uidet fingat sibi aliquid quod non est et speret diligatque quod falsum est. Quod si fit, non erit *caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta,* qui *finis praecepti est* sicut idem apostolus dicit.

[**7**] Necesse est autem cum aliqua corporalia lecta uel audita quae non uidimus credimus, fingat sibi animus aliquid in lineamentis formisque corporum sicut occurrerit cogitanti, quod aut uerum non sit aut etiam si uerum est, quod rarissime potest accidere, non hoc tamen fide ut teneamus quidquam prodest, sed ad aliud aliquid utile quod per hoc insinuatur. Quis enim legentium uel audientium quae scripsit apostolus Paulus uel quae de illo scripta sunt non fingat animo et ipsius apostoli faciem et omnium quorum ibi nomina commemoran-

---

**6/7** cf. VIII, VIII sqq. ; IX, III, 1/2 ; X, I, 2/3 ; XIII, IV, 10 ; V, 31/32 ; XX, 59/60. **14** Matth. 5, *8. **15** I Tim. 1, *4 ; Iudae 20-21. **18** I Cor. 13, 13. **23/24** I Tim. 1, 5.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. : 6** uidebimus — **25** dicit [*Ben., munim. VI, f. 9v-10*]. **9** deum — **10/11** inquiratur [*coll., f. 41v*].

---

**6** °scire $R^a$ aliquid] i *alt. superscr.* $N^2$ **8** °quia] i *s. l.* $R^1$, qum *M* **9** quid est] quidē *C* scire] *add.* firmeque percipere $N^a$ $O^a$ °eum] cum *M* °conspicere] prospicere *M* **9/10** firmeque percipere *om.* $N^a$ $O^a$ fermeque *C* **12** uoleamus $S^a$ **13** °quo *I* mundicordibus *C* μ **14** °mundicordes] s *eras. J M*, mundi corde *S K L V*, mundo corde *I* quia] quoniam *F J K* **15** quo ad] quod *S*, quod ad $S^2$ *P* **17** aedificando *T* °omnia $A^2$ $V^a$ **18** consurgent (*corr. 1 m.*) *T* **20** et] *s. l.* $P^1$ °quod] qui μ **22** dilegatque $C^a$ **24** ficta] *add.* sed *K* qui] quae $A^2$ *F* $J^2$ *T* μ, quia *S* finis] *praem.* hoc $S^2$ praecepti/ *1 litt. eras. C* **25** sicut] *add.* et *K* idem] ipse *A*, ipsae *C* **26** Necesse] *praem.* IIII *A B C* **27** uidimus] i *alt. i. r.* $P^1$, uidemus $A^a$ *B N O*, audimus *J* °aliquid animus μ **29** aut *pr.*] autem $A^a$ rarissime] me *s. l.* $J^1$ **30** °hac $V^a$ **31** ad *om. C S J K T* **32** °scribit (b *i. r.*) $B^2$, *N O*, scribsit *M* **34** omnium] horum *J*

tur ? Et cum in tanta hominum multitudine quibus illae litterae notae sunt alius aliter lineamenta figuramque illorum corporum cogitet, quis propinquius et similius cogitet utique incertum est. Neque ibi occupatur fides nostra qua facie corporis fuerint illi homines, sed tantum quia per dei gratiam ita uixerunt et ea gesserunt quae scriptura illa testatur. Hoc utile est credere et non desperandum et appetendum. Nam et ipsius facies dominicae carnis innumerabilium cogitationum diuersitate uariatur et fingitur, quae tamen una erat μ 870 quaecumque erat. Neque in fide nostra quam de domino Iesu Christo habemus illud salubre est quod sibi animus fingit longe fortasse aliter quam res habet, sed illud quod secundum speciem de homine cogitamus ; habemus enim quasi regulari- PL 952 ter infixam naturae humanae notitiam secundum quam quidquid tale aspicimus statim hominem esse cognoscimus uel hominis formam.

V. [V] Secundum hanc notitiam cogitatio nostra informatur cum credimus pro nobis deum hominem factum ad humilitatis exemplum et ad demonstrandam erga nos dilectionem dei. Hoc enim nobis prodest credere et firmum atque inconcussum corde retinere, humilitatem qua natus est deus ex femina et a mortalibus per tantas contumelias perductus ad mortem summum esse medicamentum quo superbiae nostrae sanaretur tumor et altum sacramentum quo peccati uinculum solueretur. Sic et uirtutem miraculorum et ipsius resurrectionis eius, quoniam nouimus quid sit omnipotentia, de omnipotente deo credimus et secundum species et genera rerum uel natura

---

v. **2/3** Phil. 2, 6-8. **2** Symb. Nicaen., 15. **5** Gal. 4, 4 ; Symb. Rom.-Mediol. II, 3.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**36** figuraque *C*, figurasque $C^{2}$, figuram quae (a *alt. eras.*) *K* **37** cogitet corporum *F* quis — utique] *i. r. et i. mg.* $N^{2}$ quis — similius *om.* $T^{a}$ cogitet *alt. om. T* **38** Neque] *add.* enim *B C* ibi *om. C* **39** fueri $B^{a}$, fuerunt *C* **40** et *om.* $N^{a}$ Hoc] *add.* et *F K μ* **41** et *alt.*] sed *i. r.* $N^{2}$, *P* **42** facies dominicae] *ita B N O*, domini facies *A C S J K T*, dominicae facies *F P μ* **42/43** cogitionum $K^{a}$ **46** res] *add.* se *A μ* ; *praem.* se *B C*, *i. r.* $N^{2}$, *F P* **48** °humanae naturae *μ* **48/49** °quid $R^{a}$ **50** hominis] s *s. l.* $J^{1}$, homines $C^{a}$.

v. *om. A B C J K* **1** notitiam hanc *P* °confortnatur *M* **3** demonstrandam] am *i. r.* $N^{2}$, demonstrandum *K P* **4** prodest nobis *S* prodest] prod/est *1 litt. eras. K* °inconuulsum *M* **5** °humilitate *I* **7** quo/ *1 litt. eras. K* sanaretur *om.* $J^{a}$ **8** sacramentum] *i. mg.* $J^{1}$ uinculo *S* **9** °ipsius et *μ* eius *om. J T* **10** omnipotenti (*corr. 1 m.*) *K*, *T* **11** °uel *om.* $V^{a}$

insita uel experientia collecta de factis huiuscemodi cogitamus ut *non ficta* sit fides nostra. Neque enim nouimus faciem uirginis Mariae ex qua ille a uiro intacta neque in ipso partu corrupta mirabiliter natus est ; nec quibus membrorum lineamentis fuerit Lazarus nec Bethaniam nec sepulcrum lapidemque illum quem remoueri iussit cum eum resuscitaret uidimus ; nec monumentum nouum excisum in petra unde ipse resurrexit ; nec montem Oliueti unde ascendit in caelum ; neque omnino scimus quicumque ista non uidimus an ita sint ut ea cogitamus ; immo uero probabilius existimamus ita non esse. Namque cum alicuius facies uel loci uel hominis uel cuiuslibet corporis eadem occurrerit oculis nostris quae occurrebat animo cum eam priusquam uideremus cogitabamus, non paruo miraculo mouemur ita raro et pene numquam accidit ; et tamen ea firmissime credimus quia secundum specialem generalemque notitiam quae certa nobis est cogitamus. *Credimus* enim *dominum Iesum Christum natum de uirgine* quae *Maria* uocabatur. Quid sit autem uirgo et quid sit nasci et quid sit nomen proprium non credimus sed prorsus nouimus. Vtrum autem illa facies Mariae fuerit quae occurrerit animo cum ista loquimur aut recordamur nec nouimus omnino nec credimus. Itaque hic salua fide licet dicere : 'Forte talem habebat faciem, forte non talem' ; 'Forte' autem 'de uirgine natus est Christus,' nemo salua fide christiana dixerit.

[8] Quamobrem quoniam trinitatis aeternitatem et aequalitatem et unitatem quantum datur intellegere cupimus, prius autem quam intellegamus credere debemus uigilandumque nobis est ne ficta sit fides nostra. Eadem quippe trinitate fruendum est ut beate uiuamus ; si autem falsum

---

**15/18** Ioh. 11, 1-44. **18/19** Matth. 27, 57 sqq. ; Marc. 15, 42 sqq. ; Luc. 23, 50 sqq. ; Ioh. 19, 38 sqq. **19** Act. 1, 9-12. **28/29** Symb. Afric., 1-3. **39** Is. 7, *9. **40** 1 Tim. 1, 5. **41** cf. Aug., beat. uit. IV, 34 (Strom. patr. et med. II, 94, 34/35).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. : 37** Quamobrem — **41** falsum [*Ben., munim. VI, f. 10*].

---

**13** sit ficta *P* **14** a uiro] auro (*corr. 1 m.*) *S* **16** fuerit *om.* *K*[a] bethania *C N O S* **17** remori *S*[a] resuscitare *C*[a] **18/19** nec — caelum] *i. mg.* *P*[1] **19** surrexit *J* oliuiti *C*[a] **20** uidemus *S*[a] **21** ea] /// *3 litt. eras.* *J* cogitemus *S*[a] inmo *K* estimamus *S* **21/22** °non esse ita *μ* **22** nam *N O F* hominis] i *alt. ex* e *per ras.* *K* **24** °cogitamus R **25** ita] tam *S*[2] **25/26** accedit *K* **26** et *om.* *K* quia] quae *S*[2] **26/27** specialem] *ita* *A*[2] *C S P μ*, speciem *cett. codd.* **28** dominum] *add.* nostrum *A* **29** °maria uirgine quae *L*[a] uocatur *F K* et] aut *F K* **30** et] aut *F* **32** occurrerit] *ita* *N O μ*, occurit *C*, occurrit *cett. codd.* **33** nec] ne *A*[a] credimus] c *s. l.* *T*[1] his *K* **37** Quamobrem] *praem.* v *A B C* °trinitas *I*[a] et *om.* *S* **39/40** uigilandumque] que *eras.* *N*, uilandumque *T*[a], *add.* deo *S*[2] **41** °trinitatem *I*[a] *M*

de illa crediderimus, inanis erit spes et non casta caritas. Quomodo igitur eam trinitatem quam non nouimus credendo diligimus ? An secundum specialem generalemue notitiam secundum quam diligimus apostolum Paulum ? Qui etiam si non ea facie fuit quae nobis occurrit de illo cogitantibus, et (μ 871) hoc penitus ignoramus, nouimus tamen quid sit homo. Vt (PL 953) enim longe non eamus, hoc sumus, et illum hoc fuisse et animam eius corpori copulatam mortaliter uixisse manifestum est. Hoc ergo de illo credimus quod inuenimus in nobis iuxta speciem uel genus quo humana omnis natura pariter continetur.

Quid igitur de illa excellentia trinitatis siue specialiter siue generaliter nouimus quasi multae sint tales trinitates quarum aliquas experti sumus ut per regulam similitudinis impressam uel specialem uel generalem notitiam illam quoque talem esse credamus, atque ita rem quam credimus et nondum nouimus ex parilitate rei quam nouimus diligamus ? Quod utique non ita est. An quemadmodum diligimus in domino Iesu Christo quod *resurrexit a mortuis,* quamuis inde neminem umquam resurrexisse uiderimus, ita trinitatem quam non uidemus et qualem nullam umquam uidimus, possumus credendo diligere ? Sed quid sit uiuere et quid sit mori utique scimus quia et uiuimus et mortuos ac morientes aliquando uidimus atque experti sumus. Quid est autem aliud resurgere nisi reuiuiscere, id est *ex morte ad uitam* redire ? Cum ergo dicimus et credimus esse trinitatem, nouimus quid sit trinitas quia nouimus quid sint tria ; sed hoc non diligimus. Nam id ubi uolumus facile habemus, ut alia omittam uel micando digitis tribus. An uero diligimus non quod omnis trinitas sed

---

**42** 1 Cor. 15, 14.17 ; 1 Tim. 1, 5. **60** Symb. Rom.-Mediol. II, 5 ; III, 5. **66** Ioh. 5, *24.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** **42** de — caritas [*Ben., munim. VI, f. 10*].

---

**42** credideremus $C^{a}$ °non *om.* $R^{a}$ **43** eam] eadem *T*, eandem $T^{2}$ °non *om.* $M^{a}$ **44** dilimus $T^{a}$ °speciem *L* **46** °facies *I* **47** ignorantibus *T* tamen] autem *K* °homo *om.* $R^{a}$ **49** corporis (s *eras.*) *O* **50** nobis] *add.* credimus *O* iuxa $S^{a}$ **51** quod (d *eras.*) *O K T, S* **51/52** continet *S* **55** simus (i *ex* u *per ras.*) *B*, $S^{2}$ *T* **56** °expressam $I^{a}$ °illum *I* **57** itam *C*, istam $C^{2}$ **58** parelitate $C^{a}$ **59** Quod — ita] quae utique nota $A^{a}$ °est ita *I*, est (ita *om.*) $V^{a}$ quemadmodum] quem *om.* $K^{a}$ °diligamus $V^{a}$ **60** xp̄u xp̄o *K* **61** °uideremus $V^{2}$ **62** nullam umquam] numquam *T* uidemus] e *i. r.* $N^{2}$, uidimus *O* **63** °uiuere et quid sit mori] mori et quid sit uiuere *μ* et] aut *F K* **64** //scimus *2 litt. eras. S* uiuimus] uiuos $B^{a}$ *O* **65** °atque] et *μ* °quod $M^{a}$ **67** dimus $A^{a}$ et credimus *om. C* **67/68** quid — nouimus] *i. mg.* $K^{1}$ **68** quia] i *s. l.* $T^{1}$ sit *N K* non hoc *A B C F P μ* **69** ut] *praem.* et $N^{2}$ aliam *K* micando] imitando *F* **70** digitis] diligitis (li *eras.*) *A* An] at *i. r.* $N^{2}$

quod trinitas deus ? Hoc ergo diligimus in trinitate, quod deus est. Sed deum nullum alium uidimus aut nouimus *quia unus est deus*, ille solus quem nondum uidimus et credendo diligimus. Sed ex qua rerum notarum similitudine uel comparatione credamus quo etiam nondum notum deum diligamus, hoc quaeritur.

VI. [VI **9**] Redi ergo mecum et consideremus cur diligamus apostolum. Numquidnam propter humanam speciem quam notissimam habemus eo quod credimus eum hominem fuisse ? Non utique ; alioquin nunc non est quem diligamus quandoquidem homo ille iam non est ; anima enim eius a corpore separata est. Sed id quod in illo amamus etiam nunc uiuere credimus ; amamus enim animum iustum. Ex qua ergo generali aut speciali regula nisi quia scimus et quid sit animus et quid sit iustus ? Et animus quidem quid sit non incongrue nos dicimus ideo nosse quia et nos habemus animum ; neque enim umquam oculis uidimus et ex similitudine uisorum plurium notionem generalem specialemue percepimus, sed potius, ut dixi, quia et nos habemus. Quid enim tam intime scitur seque ipsum esse sentit quam id quo etiam cetera sentiuntur, id est ipse animus ? Nam et motus corporum quibus praeter nos alios uiuere sentimus ex nostra similitudine agnoscimus quia et nos ita mouemus corpus uiuendo sicut illa corpora moueri aduertimus. Neque enim cum corpus uiuum mouetur aperitur ulla uia oculis nostris ad uidendum animum, rem quae oculis uideri non potest ; sed illi moli

---

**72/73** Rom. 3, *30 ; uide Symb. 'Quicumque,' 16. **73** Ioh. 1, 18. **75** Act. 17, 23.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : VI. **1** Redi — **7** credimus [*Dungal.*, *respons.* (*PL 105, 498*)].

---

**71** ergo *om.* *J* dilimus $T^{a}$ **73** ille solus] -le solus *s. l.* $S^{1}$ uidemus (e *superscr.*) $N^{2}$, *T* **73/74** dilegimus $C^{a}$ **74** qua ex $F^{a}$ **74** nostrarum *i. r.* (uel notarum *i. mg. 2 m.*) $N^{2}$, $O^{a}$ *S* **75** °quo] qua $A^{2}$ *L* ; et quod $N^{2}$, quomodo $S^{2}$, quod *F J P* hoc] *s. l.* $K^{1}$.

VI. *om.* *A B C* **1** diligimus *S T* **2** apostolom $C^{a}$ **3** credimus] c//dimus *2 litt. eras.* $C^{a}$ **4** °alioquin nunc non] an alioquin nunc (an *exp.*) *I* **5** a corpore] *s. l.* $K^{1}$ **6** seperata *K* amamus] ama//mus *2 litt. eras.* *T* nunc] *s. l.* $S^{1}$ **6/7** etiam — amamus] *i. mg.* $K^{1}$ **8** °simus $R^{a}$ **9** iustus] *add.* animus *J* incongrue] in *s. l.* $J^{1}$ **9/10** incongrue nos] incongruendos $C^{a}$ **11** enim] *add.* quia *J* **11/12** plurimum *K T*, plurimorum *P* **12** percipimus $A^{a}$ *C K* **13** °intima $V^{2}$ **14** id *om.* *C* quod (d *eras.*) *N K* **17** uiuendo] o *s. l.* $K^{1}$ sicut] *add.* et $A^{2}$ **18** auertimus $P^{a}$ **19** uiuum *om.* $J^{a}$ a $A^{a}$

aliquid inesse sentimus quale nobis inest ad mouendam similiter molem nostram, quod est uita et anima. Neque quasi PL 954 humanae prudentiae rationisque proprium est. Et bestiae quippe sentiunt uiuere non tantum se ipsas sed etiam inuicem atque alterutrum et nos ipsos, nec animas nostras uident sed μ 872 ex motibus corporis idque statim et facillime quadam conspiratione naturali. Animum igitur cuiuslibet ex nostro nouimus, et ex nostro credimus quem non nouimus. Non enim tantum sentimus animum, sed etiam scire possumus quid sit animus consideratione nostri ; habemus enim animum.

Sed quid sit iustus unde nouimus ? Dixeramus enim apostolum nos non alia causa diligere nisi quod sit iustus animus. Nouimus ergo et quid sit iustus sicut quid sit animus. Sed quid sit animus, ut dictum est, nouimus ex nobis ; inest enim animus nobis. Quid autem sit iustus unde nouimus si iusti non sumus ? Quod si nemo nouit quid sit iustus nisi qui iustus est, nemo diligit iustum nisi iustus ; non enim potest diligere quem iustum esse credit ob hoc ipsum quia iustum esse credit si quid sit iustus ignorat secundum quod superius demonstrauimus neminem diligere quod credit et non uidet nisi ex aliqua regula notitiae generalis siue specialis. Ac per hoc si non diligit iustum nisi iustus, quomodo uolet quisque iustus esse qui nondum est ? Non enim uult quisquam esse quod non diligit. Vt autem sit iustus qui nondum est uolet utique iustus esse ; ut autem uelit diligit iustum. Diligit ergo iustum et qui nondum iustus est. Diligere autem iustum non potest si quid sit iustus ignorat. Proinde nouit quid sit iustus etiam qui nondum est. Vbi ergo nouit ? Num oculis uidit aut ullum corpus iustum uelut album aut nigrum aut quadrum aut rotundum ? Quis hoc dixerit ? At oculis non uidit nisi corpora ; iustus autem in homine non est nisi animus, et cum

---

**Codd. :** *A B C*    *N O S*    *F J K P T*    (*I L M R V*).

---

**21** °inesse *om.* $M^{a}$   mouendum $B^{a}$ *O J P*   **22** Neque] *add.* hoc $N^{2}$, *add.* id $S^{2}$, *add.* enim *J*   °quasi] enim uita *T*, *add.* uita *M*   **23** °humanae] *add.* et *M*   **24** °inuicem] *praem.* se *μ*   **26/27** inspiratione $S^{2}$   **27** cuiuslibet] *add.* et $O^{3}$ *K μ*   **28** et *om.* *J*   **31** sed] seq $S^{a}$   °sit *om.* $R^{a}$   **32** nos apostolum *A B C T μ*   non nos *N*   °sit *om.* $R^{a}$   **33** Nouimus — animus *om.* $B^{a}$   et *om.* *T*   quid *pr.*] quod $S^{a}$   sicut] *add.* et *K μ*   **34** ut *om.* $N^{a}$   **35** iustus sit *S*   **36** nemo] *bis, pr. exp.* *C*   **38** dilegerae (a *exp.*) *C*   credit] i *ex* e *per ras.* *K*   **38/39** ob — credit *om.* $A^{a}$ *C*   **40** dilegerae (a *exp.*) *C*   **41** siue] *om.* *N*, uel $N^{2}$   **42** ualet $A^{a}$   **44** quod] quid (*corr. 1 m.*) *K*   non] nondum *A C F*   autem *om.* *S*   qui] quod $S^{a}$   **45** Diligit *alt.*] gi *s. l.* $K^{1}$   ergo] *bis, pr. eras.* *T*   **46** dilegere *C*   **47** si] quic (c *eras.*) *C*, qui *μ*   °sit *pr. om.* $L^{a}$ $R^{a}$   °quid *alt.*] qui $M^{a}$   **48** nondum] *add.* iustus *J*   °est] *add.* iustus R   num// *2 litt. eras.* *C*   uidet *A*   °aut] *del.* $O^{3}$, an *μ*   **49** ullum] u *pr. i. r.* $O^{2}$ ; illum $A^{a}$ *C* ; illud *B*, (d *i. r.*) $N^{2}$   corpus] *add.* esse $S^{2}$   quadratum *T*   **50** rutundum *K*   °At] aut *N K*, *om.* *M*   uidet *A*, uidentur *T*   **51** iustum $N^{2}$

homo iustus dicitur ex animo dicitur non ex corpore. Est enim quaedam pulchritudo animi iustitia qua pulchri sunt homines plerique etiam qui corpore distorti atque deformes sunt. Sicut autem animus non uidetur oculis ita nec pulchritudo eius. Vbi ergo nouit quid sit iustus qui nondum est atque ut sit diligit iustum ? An signa quaedam per motum corporis emicant quibus ille aut ille homo esse iustus apparet ? Sed unde nouit illa signa esse animi iusti nesciens quid omnino sit iustus ? Nouit ergo.

Sed ubi nouimus quid sit iustus etiam cum iusti nondum sumus ? Si extra quam nos nouimus, in corpore aliquo nouimus. Sed non est ista res corporis. In nobis igitur nouimus quid sit iustus. Non enim alibi hoc inuenio cum quaero ut hoc eloquar nisi apud me ipsum ; et si interrogem alium quid sit iustus, apud se ipsum quaerit quid respondeat ; et quisquis hinc uerum respondere potuit apud se ipsum quid responderet inuenit. Et Carthaginem quidem cum eloqui uolo apud me ipsum quaero ut eloquar, et apud me ipsum inuenio phantasiam Carthaginis. Sed eam per corpus accepi, id est per corporis sensum quoniam praesens in ea corpore fui et eam uidi PL 955
atque sensi memoriaque retinui ut apud me inuenirem de illa uerbum cum eam uellem dicere. Ipsa enim phantasia eius in memoria mea uerbum eius, non sonus iste trisyllabus cum Carthago nominatur uel etiam tacite nomen ipsum per spatia temporum cogitatur, sed illud quod in animo meo cerno cum hoc trisyllabum uoce profero uel antequam proferam. Sic et Alexandriam cum eloqui uolo quam numquam uidi praesto est apud me phantasma eius. Cum enim a multis audissem μ 873
et credidissem magnam esse illam urbem sicut mihi narrari potuit, finxi animo imaginem eius quam potui, et hoc est apud me uerbum eius cum eam uolo dicere antequam uoce

---

**69/70.79** cf. Porphyr., sent., 17 ; Plot., enn. IV, 3 (27), 29, 22-27 ; 30, 3.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**52** Est] ets *T* **54** corpore] *add.* etiam *del. P* °atque] aut *I* diformes $A^a$, deforme $T^a$ **54/55** Sicut — eius *om.* $A^a$ **56** iustus *om. K* **57** An] *praem.* vi *A B C* **58** esse iustus] iustus (esse *om.*) *M*, iustus esse $M^2$ appareat *T* **59** quod *T* **61** °qui $R^2$ **62** simus (i *ex* u *per ras.*) *J* quam] *exp.* $A^2$, *om. J T* μ, *eras. P* aliquo] *add.* nos *eras.* $P^2$ **63** est *om.* $P^a$ **64** °hoc *pr.*] haec *M* **65** loquar *J* $K^a$ **66** quid] qui $C^a$ **67** uerum] uiuere (ui *eras.*) *T* responderet] responderit $T^a$ **68** cum *om.* $K^a$ apud] pud *s. l.* $P^1$ **69** ipsum — me *om.* $J^a$ loquar $T^a$ **69/70** phantasia *K* **70** Sed] *add.* ita *T* accipi $C^a$ **72** °memoriaque] que *i. r. et s. l.* $O^3$, memoriamque *I* °retinui] retractaui *i. r.* $M^3$, retenui $V^a$ **74** trissyllabus $C^2$ **75** °etiam] *add.* cum $A^2$ *L* **76** quod *om.* $A^a$ *C* **77** antequam] *add.* uoce *T* proferam] profero (*corr. 1 m.*) *B*, *K* **79** phantasia *T* **80** crededissem $C^a$ °magnam] *praem.* et $R^a$ **81** °fixi $L^a$ °animo] *praem.* in *P*, *add.* meo μ **82** ea *K* dicere uolo $S^a$

quinque syllabas proferam, quod nomen eius fere omnibus notum est. Quam tamen imaginem si ex animo meo proferre possem ad oculos hominum qui Alexandriam nouerunt, profecto aut omnes dicerent : 'Non est ipsa,' aut si dicerent : 'Ipsa est,' multum mirarer atque ipsam intuens in animo meo, id est imaginem quasi picturam eius, ipsam tamen esse nescirem sed eis crederem qui uisam tenerent. Non autem ita quaero quid sit iustus, nec ita inuenio nec ita intueor cum id eloquor, nec ita probor cum audior, nec ita probo cum audio quasi tale aliquid oculis uiderim aut ullo corporis sensu didicerim aut ab eis qui ita didicissent audierim. Cum enim dico et sciens dico : 'Iustus est animus qui scientia atque ratione in uita ac moribus *sua cuique distribuit,*' non aliquam rem absentem cogito sicut Carthaginem aut fingo ut possum sicut Alexandriam, siue ita sit siue non ita ; sed praesens quiddam cerno et cerno apud me etsi non sum ipse quod cerno, et multi si audiant, approbabunt. Et quisquis me audit atque scienter approbat apud se et ipse hoc idem cernit etiamsi non sit et ipse quod cernit. Iustus uero cum id dicit id quod ipse est cernit et dicit. Et ubi etiam ipse cernit nisi apud se ipsum ? Sed hoc mirum non est ; ubi enim se ipsum cerneret nisi apud se ipsum ?

Illud mirabile ut apud se animus uideat quod alibi nusquam uidit, et uerum uideat, et ipsum uerum iustum animum uideat, et sit ipse animus et non sit iustus animus quem apud se ipsum uidet. Num est alius animus iustus in animo nondum iusto ? Aut si non est, quem ibi uidet cum uidet et dicit quid sit animus iustus, nec alibi quam in se uidet, cum ipse non sit

---

vi. **94/95** cf. Ambr., off. I, xxiv, 115 (PL 16, 57) : ... *iustitiam quae suum cuique distribuit* ; Cic., inu. II, liii, 160 : *Iustitia est habitus animi, communi utilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem* ; cf. infra, lin. 117/120.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**83** eius *om.* *A*[a] **84** Quam] quanta *K* **85** possim *A*[a] **86** °aut si] ausi *T*[a], aut (si *om.*) L **87** est *om.* *C* °ipsam — meo] intuens in animo meo ipsam μ ipsa *K* **88** imaginem] *add.* et *S*[2] **89** ita autem *F* **90/91** °idem loquor R[a] **91** loquor *C J* audior] audio *K*[a] **92** quasi] quas *K*[a] **93** Cum] *praem.* vii *A B C* **97** ita *alt.*] *add.* sit *C* quidam *C*, quidem *C*[2] **98** sum ipse] est ipsum *K* et *alt.*] *add.* si *eras.* *T* **99** °audiunt *I* audit atque] audiat quę *A*[a] **100** °ipsi R **102** Et *alt. om.* *B*[a] etiam] et *s. l.* *P*[1] cernit *alt.*] cernet *C* semetipsum *T*[a] **103/104** Sed — ipsum *om.* *T* **103** ipsum *om.* *A*[a] *C* μ **105** mirabile] *add.* est *A B N F J P* μ ut] et *T* **106** iustus animus *A*[2] *S* **107** et *alt.*] sed *S*[2] **108** Num] non *C J* est] *add.* et *T* **109** uidet *pr.*] uidit *C* cum — dicit] et dicit cum uidet *T* **110** quem *C*[a] °in se] *praem.* ipse *A*[2] L, ipse O[a] °se] *add.* ipso *A*[2] L μ cum// *2 litt. eras.* *T*

animus iustus ? An illud quod uidet ueritas est interior praesens animo qui eam ualet intueri ? Neque omnes ualent, et qui intueri ualent hoc etiam quod intuentur non omnes sunt, hoc est non sunt etiam ipsi iusti animi sicut possunt uidere ac dicere quid sit iustus animus. Quod unde esse poterunt nisi inhaerendo eidem ipsi formae quam intuentur ut inde formentur et sint iusti animi, non tantum cernentes et dicentes iustum esse animum 'qui scientia atque ratione in uita ac moribus *sua cuique distribuit,*' sed etiam ut ipsi iuste uiuant iusteque morati sint sua cuique distribuendo *ut nemini quidquam debeant nisi ut inuicem diligant* ? Et unde inhaeretur illi formae nisi amando ? Cur ergo alium diligimus quem credimus PL 956 iustum et non diligimus ipsam formam ubi uidemus quid sit iustus animus ut et nos iusti esse possimus ? An uero nisi et istam diligeremus nullo modo eum diligeremus quem ex ista diligimus, sed dum iusti non sumus minus eam diligimus quam ut iusti esse ualeamus ? Homo ergo qui creditur iustus ex ea forma et ueritate diligitur quam cernit et intellegit apud se ille qui diligit ; ipsa uero forma et ueritas non est quomodo aliunde diligatur. Neque enim inuenimus aliquid tale praeter ipsam ut eam cum incognita est credendo diligamus ex eo quod iam tale aliquid nouimus. Quidquid enim tale aspexeris $\mu$ 874 ipsa est, et non est quidquam tale quoniam sola ipsa talis est qualis ipsa est. Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt aut ut iusti sint amare debet. Sic enim et se ipsum amare debet aut quia iustus est aut ut iustus sit ; sic enim diligit *proximum tamquam se ipsum* sine ullo periculo. Qui enim aliter se diligit iniuste se diligit quoniam se ad hoc diligit ut sit

---

**117/120** VIII, vi, 94/95 ; cf. Ambr., off. I, xxiv, 115 ; Cic., inu. II, liii, 160. **120/121** Rom. 13, *8. **121** Ioh. 13, 34. **136/137** Marc. 12, 33.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** **134** Qui — **138** sit *Eug., p. 1084, 25-1085, 3.*

---

**111** °quo *M* °interior *om.* $I^{a}$ **112** et *om.* *K* **114** ipsius $S^{a}$ possint *K* **115** potuerunt *C J*, poterint $T^{2}$ **116** °eidem] ei *C*, idem *I* °ipse $R^{a}$ **116/117** formentur] expriment (?) $S^{2}$ **117** animi] mi *s. l.* $K^{1}$ et dicentes *om.* $B^{a}$ **118** scientiam *J* rationem *J* in] *i. r.* $O^{1}$ **119** ut] aut *N* ipsi] i *ex* e *per ras.* (?) *O*, ipse $C^{a}$ **120** ut] et *T* **121** °debeat $R^{a}$ inhaerent *J* **122** alium] *m i. r.* $O^{1}$ diligimus] amamus *P* **124** °animus iustus *I* possiemus (e exp.) *C*, possemus $K^{a}$ An] at *N* **125** diligeremus *pr.*] diligerimus *O* $S^{a}$ °diligeremus *alt.*] diligerimus *I* **125/126** °diligimus ex ista $\mu$ **127** °ut] *om.* $A^{a}$, aut $L^{a}$ **130** °diligitur $V^{a}$ **131** credendo] redendo *C*, sed dendo $C^{2}$ **133** quidquid $A^{a}$ *C K* talis] i *ex* e *per ras.* *K* **134** qualis] i *ex* e *per ras.* *K* **135** °ut *om.* $L^{a}$ $M^{a}$ amari $S^{a}$ debent $S^{a}$, debebit *T* Sic — se] *i. mg.* $K^{1}$ semetipsum *C* $\mu$ **136** °ut] *om.* $S^{a}$ $L^{a}$ $V^{a}$, quia *Eug.* *V* **138** quoniam — diligit *tert. om.* *N* ad hoc se *T*

iniustus, ad hoc ergo ut sit malus, ac per hoc iam non se diligit : *Qui* enim *diligit iniquitatem odit animam suam.*

VII. [VII **10**] Quapropter non est praecipue uidendum in hac quaestione quae de trinitate nobis est et de cognoscendo deo nisi quid sit uera dilectio, immo uero quid sit dilectio. Ea quippe dilectio dicenda quae uera est, alioquin cupiditas est ; atque ita cupidi abusiue dicuntur diligere quemadmodum cupere abusiue dicuntur qui diligunt. Haec est autem uera dilectio *ut* inhaerentes ueritati *iuste uiuamus,* et ideo contemnamus omnia mortalia prae amore hominum quo eos uolumus iuste uiuere. Ita enim et mori pro fratribus utiliter parati esse poterimus, quod nos exemplo suo dominus Iesus Christus docuit. Cum enim duo praecepta sint *in quibus tota lex pendet et prophetae, dilectio dei* et *dilectio proximi,* non immerito plerumque scriptura pro utroque unum ponit. Siue tantum dei sicuti est illud : *Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,* et iterum : *Quisquis autem diligit deum hic cognitus est ab illo,* et illud : *Quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis,* et alia multa quia et qui diligit deum, consequens est ut faciat quod praecepit deus et in tantum diligit in quantum facit ; consequens ergo est ut et proximum diligat quia hoc praecepit deus. Siue tantum proximi dilectionem scriptura commemorat sicuti est illud : *Inuicem onera uestra portate et sic adimplebitis legem Christi,* et illud : *Omnis enim*

---

**140** Ps. 10, 6.

VII. **7** Tit. 2, 12. **11/12** Matth. 22, *40. **12** Eccli. 1, 14. Rom. 13, 10. **14/15** Rom. 8, 28. **15/16** 1 Cor. 8, *3. **16/18** Rom. 5, *5. **20/21** Leu. 19, 18 ; Matth. 5, 43 ; 19, 19 ; 22, 39 ; Marc. 12, 31.33 ; Luc. 10, 27 ; Ioh. 13, 14 ; Rom. 13, 9 ; Gal. 5, 14 ; Iac. 2, 8. **22/23** Gal. 6, *2. **23/25** Gal. 5, *14.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **139** iniustus — **140** suam *Eug., p. 1085, 3-5.*

VII. **1** Quapropter — **23** enim *Eug., p. 1085, 6-1086, 5.* **1** praecipue — **23** enim [*Ben., munim. VI, f. 10*].

---

**139** sit] si $C^a$ °se non $V^a$.

VII.] *om. A B C F*, VI *J K* **1** °in] ad. *Eug. V* **2** et] ut $K^a$ **3** sit *pr.*] *s. l.* $T^1$ immo — dilectio *alt. om.* $B^a$ Ea] *add.* est $S^2$ **4** °dicenda] *s. l.* $P^1$, *add.* est $N^2$ *R* μ **5** °dicuntur] *add.* qui *Eug. V* **6** cupire $A^a$ diligunt qui dicuntur $F^a$ Haec] *praem.* VII *F* **7** ideo] o *s. l.* $P^1$ **8** mortalia] temporalia $B^2$ °quod (d *eras.*) *M* **10/11** exemplo — docuit] *ita B N O Eug.* (*M Q V*), dominus iesus christus exemplo suo (sui *A*) docuit $A^2$ *C F J K P T* μ, exemplo suo docuit dominus iesus christus *S* **12** °dilectio *alt. om.* $L^a$ **13** °pro *om. M* posuit *P* **14** Scimus] *add.* enim *F K* °quoniam] quia *Eug.* (*M Q V*) **16** diligit] *bis, alt. del. A* °deum *om. R* °est *om.* $M^a$ illo] eo *A C F* **18** et *alt. om. F* qui] qui/ *1 litt. eras. A* **19** quae *F J* °praecipit *Eug. V* **20** °est ergo *L* °et] te *Eug. V* **21** praecipit *A Eug.* (*M Q V* **22** sicut *A C P* μ est] *s. l.* $T^1$ **23** omnes $C^a$

*lex in uno sermone impletur, in eo quod scriptum est : Diliges proximum tuum tamquam te ipsum,* et in euangelio : *Omnia quaecumque uultis ut faciant uobis homines bona, haec et uos facite illis ; haec est enim lex et prophetae,* et pleraque alia PL 957 reperimus in litteris sanctis in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem praecipi uidetur et taceri de dilectione dei cum in utroque praecepto lex pendeat et prophetae, sed et hoc ideo quia et qui proximum diligit consequens est ut ipsam praecipue dilectionem diligat. *Deus* autem *dilectio est, et qui manet in dilectione in deo manet.* Consequens ergo est ut praecipue deum diligat.

[**11**] Quapropter qui quaerunt deum per istas potestates quae mundo praesunt uel partibus mundi auferuntur ab eo longeque iactantur non interuallis locorum sed diuersitate affectuum ; exterius enim conantur ire et interiora sua deserunt quibus interior est deus. Itaque etiamsi aliquam sanctam caelitem potestatem uel audierint uel utcumque cogitauerint, facta magis eius appetunt quae humana miratur infirmitas ; non imitantur pietatem qua diuina requies comparatur. Malunt enim superbe hoc posse quod angelus quam deuote hoc esse quod angelus. Non enim sanctus quisquam potestate sua gaudet sed eius a quo habet posse quidquid congruenter μ 875 potest, et nouit potentius esse coniungi omnipotenti pia uoluntate quam propria uoluntate posse quod contremescant qui

---

**25/27** Matth. 7, *12. **30** Matth. 22, 40. **32** 1 Ioh. 4, *8.*16. **33** 1 Ioh. 4, *16. **35/38** cf. Plot., enn. I, 6(1), 8 (ed. Henry-Schwyzer, 1, p. 112 sq.) ; Porph., sent. 40, 5-6 (uide J. Pépin, "Une nouvelle source de Saint Augustin : Le ζήτημα de Porphyre sur l'union de l'âme et du corps", Revue des Études Anciennes, LXVI, 1-2, 1964, p. 103-104). **35** Act. 17, 27.

---

**Codd. : 45** habet — IX, **9** laboribus *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. : 24** lex — **47** qui *Eug., p. 1086, 5-1087, 4.* **24** lex — **39** deus [*Ben., munim. VI, f. 10-10v*].

---

**24** completur *P* diligis *P* **25** euangelio] an *s. l.* $T^1$ **26** bona haec] *ita B N O K Eug. (M Q V), om. A C S T,* haec *F,* bona *J P,* ita *μ* uos] *add.* haec *P* **27** enim est *μ* talia *T* **28** litteris sanctis] scripturis $B^2$ **29** °taceri *om. Eug. V* de dilectione] dilectio *B C,* dilectione $K^a$, ad dilectionem *Eug. V* dei *om.* $S^a$ **30** et *alt. om. T* **31** ideo] uideo *T* ut] *ita A C O S T Eug. (M Q V), add.* et $O^3$ $T^2$ *cett. cod. μ* **32** Deus autem *om.* $T^a$ **33** est ergo *P* **34** ut// *2 litt. eras. P* **35** Quapropter] *praem.* VIII *A B C* **36** praesunt] *add.* uel praesunt *del. K* **37** interuallis] in *s. l.* $J^1$ **37/38** sed — affectuum] *bis, alt. eras. T* **38** °conatur *Eug. V* **38/39** °serunt *Eug. V* **39** si etiam $F^a$ *J* **40** caelitem] *ita i. mg.* $B^2$, *C N O K Eug. (M Q V) ;* caelitus *s. l.* $B^2$ *;* caelestem $B^a$ *cett. codd. μ* audierunt *A* utconque $A^a$ cogitauerunt $A^a$, cognouerint $B^a$ **41** °appetent *Eug. V* **42** imittantur (t *alt. del.*) *A* pietate *C* **43** etenim *K* superbi *J P* angelus] *praem.* an *eras. T* **45** gaudet] a *s. l.* $C^1$ **47** uoluntate] *praem.* potestate et *B μ, praem.* potestate *C,* potestate *T* contremiscant *A B,* i *i. r.* $N^2$ $P^1$, $O^3$ $S^2$ *F μ*

talia non possunt. Itaque ipse dominus Iesus Christus talia faciens ut mirantes doceret ampliora et temporalibus insolitis intentos atque suspensos ad aeterna atque interiora conuerteret : *Venite*, inquit, *ad me qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam ; tollite iugum meum super uos.* Et non dixit : 'Discite a me quia triduanos mortuos suscito,' sed ait : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde.* Potentior est enim et tutior solidissima humilitas quam uentosissima celsitudo. Et ideo sequitur dicens : *Et inuenietis requiem animabus uestris. Dilectio* enim *non inflatur,* et *deus dilectio est, et fideles in dilectione adquiescunt illi* reuocati ab strepitu qui foris est ad gaudia silentia. Ecce, *deus dilectio est.* Vtquid imus et currimus in sublimia caelorum et ima terrarum quaerentes eum qui est apud nos si nos esse uelimus apud eum ?

VIII. [VIII **12**] Nemo dicat : 'Non noui quod diligam.' Diligat fratrem et diligat eandem dilectionem ; magis enim nouit dilectionem qua diligit quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorem deum habere quam fratrem, plane notiorem quia praesentiorem, notiorem quia interiorem, notiorem quia certiorem. Amplectere dilectionem deum et dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio quae omnes bonos angelos et

---

**51/52** Matth. 11, *28-29. **53/54** Matth. 11, 29. **56/57** Matth. 11, 29. **57** 1 Cor. 13, *4. 1 Ioh. 4, *8.*16. **58** Sap. 3, 9. **59** 1 Ioh. 4, *8.*16. **60/61** Ps. 138, 8 ; Am. 9, 2.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **48** talia — **62** eum *Eug., p. 1087, 5-20.* **59** Ecce — **62** eum [*Ben., munim. VI, f. 10*v].

VIII. **1** Nemo — **7** et *Eug., p. 1087, 25-1088, 5 ;* [*Ben., munim. VI, f. 10*v].

---

**48** talia *alt.*] alia $C^a$ **49** faciens] n *s. l.* $C^1$ ampliara $T^a$ **50** °suspensus *Eug. M* °aeterna] interna *Eug. M* interiora] inter iura *C*, interna $C^2$ **51** ad me inquit *F K* qui] *praem.* omnes *S F J T* $\mu$ laborantis (n *eras.*) *C*, latis $J^a$ °et onerati estis *om. Eug. M* honorati *C J*, honerati $C^2$ °ego *om.* $\mu$ **52** °reficiam uos *L* $\mu$ tollente $C^a$ dixit] *ita A B N O Eug.* (*M Q*), ait *cett. codd.* $\mu$ **53/54** quia — me *om.* $T^a$ **53** quia triduanos] *ita* $B^2$, quia quatriduanos $B^a$ $\mu$, quatriduanos (*uel* quadriduanos) *cett. codd. Eug.* (*M Q V*) suscito] *ita B* $\mu$, suscitare *cett. codd. Eug.* (*M Q V*) **54** Discite] disci//te *2 litt. eras. J* quia] quoniam *J K P* °est *om. M* **55** °tutior] iustior *Eug.* (*M Q V*) **56** inuenietis] tis *i. r.* $N^2$ **57** inflat *C* **58** fidelis $C^a$ $K^a$ °adquiescent $\mu$ °a $\mu$ **59** gaudii *B* Ecce] *praem.* VIII *T* °Vtquid] et quid *Eug. M* **60** cur imus $B^2$ ima] *praem.* in *F* **61** uelimus esse *C* $\mu$.

VIII] *om. B C K T*, VII *J* **1** quod] *ita O Eug.* (*M Q*) ; quid (i *i. r.*) $N^2$, *cett. codd.* $\mu$ **2** diliget (e *i. r.*) $N^2$, *F K* $P^2$ ; diligit *P* $T^2$ eandem] *add.* qua diligit $S^2$ **3** iam] etiam (et *eras.*) *C* **4** potes *P* **5** °quia *pr.*] qua $L^a$ praesentiorem — quia *alt. om.* $T^a$ **6** dilectionem] m *eras. S*, dilelectionem $J^a$ dilectione] dilectionem (m *eras.*) *N*, *S* **7** ipse (e *i. r.*) $N^2$ °bonos omnes *Eug. M*

omnes dei seruos consociat uinculo sanctitatis, nosque et illos coniungit inuicem nobis et subiungit sibi. Quanto igitur saniores sumus a tumore superbiae tanto sumus dilectione PL 958 pleniores. Et quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione ?

'At enim caritatem uideo, et quantum possum eam mente conspicio, et credo scripturae dicenti : *Quoniam deus caritas est, et qui manet in caritate in deo manet.* Sed cum eam uideo non in ea uideo trinitatem.' Immo uero uides trinitatem si caritatem uides. Sed commonebo si potero ut uidere te uideas ; adsit tantum ipsa ut moueamur caritate ad aliquod bonum. Quia cum diligimus caritatem, aliquid diligentem diligimus propter hoc ipsum quia diligit aliquid. Ergo quid diligit caritas ut possit etiam ipsa caritas diligi ? Caritas enim non est quae nihil diligit. Si autem se ipsam diligit, diligat aliquid oportet ut caritate se diligat. Sicut enim uerbum indicat aliquid, indicat etiam se ipsum, sed non se uerbum indicat nisi se aliquid indicare indicet ; sic et caritas diligit quidem se, sed nisi se aliquid diligentem diligat non caritate se diligit. Quid ergo diligit caritas nisi quod caritate diligimus ? Id autem ut a proximo prouehamur frater est. Dilectionem autem fraternam quantum commendet Iohannes apostolus attendamus : *Qui diligit,* inquit, *fratrem suum in lumine manet, et scandalum in eo non est.* Manifestum est quod iustitiae perfectionem in fratris dilectione posuerit ; nam in quo scandalum non est utique perfectus est. Et tamen uidetur dilectionem dei tacuisse. Quod numquam faceret nisi quia in ipsa

---

VIII. **13/14** I Ioh. 4, 8. **14** I Ioh. 4, 16. **29/30.31/32** I Ioh. 2, 10.

---

**Codd. :** *B C ; def. A N O S F J K P T (I L M R V).*
**Test. :** **8** omnes — **33** ipsa *Eug., p. 1088, 5-1089, 4 ; [Ben., munim. VI, f. 10*$^{v}$].

---

**9** °et *om. Eug. M* **10/11** °pleniores dilectione *M* **11** dilectione plenus est *S* **12** caritatem] *add.* caritate *T* mente/ *1 litt. eras. K* **13** cedo $B^{a}$ $N^{a}$ $O^{a}$ $S^{a}$ *F* $K^{a}$, caedo *J* **14** °manet *alt.*] *add.* dicas forsitan $O^{3}$ *I* eam] *ita B N O S Eug. (M Q V)*, illam *cett. codd.* μ **15** °ea] eam (m *eras.*) *O V, J M* ; illa *K* ; illam *I* **15/16** Immo — uides] si caritatem uides, immo uero uides trinitatem *S* **15** uides] *praem.* si $N^{2}$, uideo *T* si *om. N* **16** uideo *T* Sed] et $S^{2}$ **17** assit *C* $N^{2}$ ipsam $C^{a}$ moueatur $K^{a}$ caritas *C* ad aliquod] adliquod *J* °aliquid *R* $V^{a}$ **19** quid] quod *T* **20** caritas *pr.*] *add.* est *T* etiam possit *P* °caritas ipsa $V^{a}$ **21** diligit nihil $T^{a}$ °se *om.* $V^{a}$ °ipsum *T*, ipsa *Eug. M* diligat] diligit *T* **22** caritatem *B C K* μ **23** aliquid indicat *om. C* °se ipsum] se *L*, *om.* $V^{a}$ °se *alt.*] *eras. C*, *om. L* **24** °indicat] *add.* etiam se ipsum *C*, *add.* se ipsum *L* **25** caritatem *B C K* μ **26** se] sed (d *eras.*) *S* diligit *pr.*] diligat (*corr. 1 m.*) *T* **27** a] *om. T Eug. (M Q)*, ad $K^{2}$ proximum $K^{2}$ prouehamur] probemus *J T* **28** commendat *C F T* apostolus iohannes *S* iohannis (*corr. 1 m.*) *K* **30** non] /// *3 litt. eras.* $T^{a}$ **30/31** °perfectione *Eug. M* **31** °in fratris dilectione *om. Eug. M* dilectionem *N* **32/33** de dilectione *J P* **33** °nisi *om. Eug. M* in *om. K* **33/34** °ipsam fraternam dilectionem *Eug. M*

fraterna dilectione uult intellegi deum. Apertissime enim in μ 876 eadem epistula paulo post ita dicit : *Dilectissimi, diligamus inuicem quia dilectio ex deo est, et omnis qui diligit ex deo natus est et cognouit deum. Qui non diligit non cognouit deum quia deus dilectio est.* Ista contextio satis aperteque declarat eandem ipsam fraternam dilectionem (nam fraterna dilectio est qua diligimus inuicem) non solum *ex deo* sed etiam *deum* esse tanta auctoritate praedicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de deo diligimus fratrem ; nec fieri potest ut eandem dilectionem non praecipue diligamus qua fratrem diligimus. Vnde colligitur duo illa praecepta non posse sine inuicem. *Quoniam* quippe *deus dilectio est,* deum certe diligit qui diligit dilectionem ; dilectionem autem necesse est diligat qui diligit fratrem. Et ideo quod paulo post ait : *Non potest deum diligere quem non uidet qui fratrem quem uidet non diligit,* quia haec illi causa est non uidendi deum quod *non diligit fratrem. Qui enim non diligit fratrem* non est in dilectione, et qui non est in dilectione non est in deo *quia deus dilectio est.* Porro qui non est in deo non est in lumine *quia deus lumen est, et tenebrae in eo non sunt ullae.* Qui ergo non est in lumine quid mirum si non uidet lumen, id est non uidet deum quia *in tenebris est* ? Fratrem autem uidet humano uisu quo uideri deus non potest. Sed si eum quem uidet humano uisu spiritali caritate diligeret, uideret deum qui est ipsa caritas uisu interiore quo uideri PL 959 potest. Itaque *qui fratrem quem uidet non diligit, deum, quem* propterea *non uidet quia deus dilectio est* qua caret qui fratrem non diligit, quomodo *potest diligere* ? Nec illa iam quaestio

---

**35/38** 1 Ioh. 4, *7-8. **40** 1 Ioh. 4, 7. 1 Ioh. 4, 8.16. **45** 1 Ioh. 4, *8.*16. **47/48** 1 Ioh. 4, *20. **49.49/50** 1 Ioh. 4, 20. **50/51** 1 Ioh. 4, 16. **51** 1 Ioh. 4, *8.*16. **52/53** 1 Ioh. 1, 5. **53** 1 Ioh. 1, 9. **54** 1 Ioh. 1, 9.11. **58/60** 1 Ioh. 4, *20. **59** 1 Ioh. 4, *8, *16.

---

**Codd. :** *B C ; def. A N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test. : 34** fraterna — **60** quaestio *Eug., p. 1089, 4-1090, 5.* **34** fraterna — **60** diligere [*Ben., munim. VI, f. 10*$^{v}$*-11*].

---

**35** °epistulam *Eug. M* ita *om. K* Dilectissimi] *praem.* VII *K* **36** omnis] oms̄ *C* **37** °cognouit *pr.*] cognoscit *μ* **38** °contexio *I* aperteque] aperta est quae *J* **39** °qua] qui *T*, qum *M*, quum $M^2$, quia *Eug. M* **40** inuicem] *add.* et quam $N^2$ *F P T*, *add.* et quod *J* °esse] *add.* quam *L* **41** tanta] *add.* uidemus *i. mg.* $N^2$, *J T* °Cum] quia *I* **42** °de — fratrem *om. Eug. M* nec fieri] et fieri non *T* **44** colliguntur *K* praecepta] *add.* esse $S^2$ °posse] *add.* esse *J T R μ*, *praem.* esse $V^2$ *Eug. M* °sine] diuidi ab *L* **45** deus] dei $K^a$ certe] quippe *T* **46** °est] *add.* ut *μ* diligit] ligit *T* **47** ideo] *add.* est $O^3$ quod] *eras.* (?) *B*, *om. F* $K^a$ *T* **48** qui] *add.* non *T* fratrem] *add.* suum *T* uidet *alt.*] uidit $C^a$ non *om. T* **49** illa *S Eug.* (*M Q*) **51** °deus *om.* $R^a$ **52** tenebrae] e *alt. s. l.* $J^1$ **54** °quia] qui *Eug. M* **55** °autem] *add.* non *exp. I* **56** eum *om. K* homano $C^a$ spiritale $C^a$, spi/ritali *1 litt. eras. T* **57** uideret] *add.* et *F* uisu/ *1 litt. eras. T* °quo] quod $L^a$ **59** quia — caret *om.* $T^a$ **60** quomodo] *add.* deum *K* dilegerae *C*

moueat quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum deo. Fratri enim quantum nobis ipsis ; nos autem ipsos tanto magis diligimus quanto magis diligimus deum.

IX. Ex una igitur eademque caritate deum proximumque diligimus, sed deum propter deum, nos autem *et proximum propter deum*. [IX 13] Quid enim est, quaeso, quod exardescimus cum audimus et legimus : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nullam in quoquam dantes offensionem ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus commendantes nosmetipsos ut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in iactationibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiae dextra et sinistra, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et ueraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce uiuimus, ut coerciti et non mortificati, ut tristes semper autem gaudentes, sicut egeni multos autem ditantes, tamquam nihil habentes et omnia possidentes* ?

Quid est quod accendimur in dilectione Pauli apostoli cum ista legimus nisi quod credimus eum ita uixisse ? Viuendum tamen sic esse dei ministris non de aliquibus au-

---

IX. **2/3** *et proximum propter deum* : cf. Aug., doctr. christ. III, 10, 16. **4/17** II Cor. 6, *2-10.

---

**Codd.** : *usque ad* IX, **9** laboribus *def.* *A* ; *B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **61** moueat — **63** deum *Eug.*, *p. 1090, 5-8.*

IX. **1** Ex — **20/21** auditum *Eug.*, *p. 1090, 14-1901, 14.* **1** una — **3** deum [*Ben.*, *munim. VI, f. 11*].

---

**61** caritatis fratri *C* μ °caritatis] s *eras. Eug. M*, caritati *Eug. Q* °fratribus *T*, fratris *Eug.* (*M Q*) **62** Fratri] *praem.* incomparabiliter plus quam nobis deo (deo *om. T*) *B C T* μ enim] autem *B C* μ °quantam *Eug. M* **63** °tanto] quanto *Eug. M* °quantum *M.*

IX. *om. B C J K T* **1** eademque] ea/demque *1 litt. eras. K* **2** propter] per $S^{2}$ proximos *T* **2/3** °nos — deum *om. Eug.* $M^{a}$ **3** Quid] *praem.* VIIII *C T*, *praem.* VIII *J K* **4** audiuimus (ui *eras.*) *N* °legimus] diligimus *Eug.* $M^{a}$ **6** nostrum *om. C* $K^{a}$ **8** necessitatibus] n *s. l.* $C^{1}$ **9** iactationibus] *ita A N O Eug. M*, iactionibus *Eug. Q*, seditionibus *cett. codd.* μ **10** castitate] *add.* in necessitate *T* **11** uerbo] uer/bo *1 litt. eras. K* **12** °dextra et sinistra] *ita C I*, a dextris et sinistris *B O S K P L M V Eug.* (*M Q*), a dextris et a sinistris *N F J T* μ, a dextra et sinistra *R* **13** bonam] am *i. r.* $N^{2}$ **14** quid *C* ignoramus (s *i. r.*) $N^{2}$ °et *alt. om. Eug.* $M^{a}$ **15** ut *pr.*] et *N* tristis (*corr. 1 m.*) *K* **16** gaudes *Eug. M* °egentes *L* **18** est] *add.* enim *F K* °quod *om. Eug. M* accendimur] n *s. l.* $C^{1}$ dilectionem *A C S K T* μ **20** domini *F* °ministros *Eug. M* **20/21** auditu aliquibus *P* °auditum] m *eras. N*, audi $J^{a}$

ditum credimus sed intus apud nos, uel potius supra nos in μ 877 ipsa ueritate conspicimus. Illum ergo quem sic uixisse credimus ex hoc quod uidemus diligimus, et nisi hanc formam quam semper stabilem atque incommutabilem cernimus praecipue diligeremus, non ideo diligeremus illum quia eius PL 960 uitam cum in carne uiueret huic formae coaptatam et congruentem fuisse fide retinemus. Sed nescio quomodo amplius et in ipsius formae caritatem excitamur per fidem qua credimus uixisse sic aliquem, et spem qua nos quoque ita posse uiuere qui homines sumus ex eo quod aliqui homines ita uixerunt minime desperamus ut hoc et desideremus ardentius et fidentius precemur. Ita et ipsorum uitam facit a nobis diligi formae illius dilectio secundum quam uixisse creduntur, et illorum uita credita in eandem formam flagrantiorem excitat caritatem ut quanto flagrantius diligimus deum, tanto certius sereniusque uideamus quia in deo conspicimus incommutabilem formam iustitiae secundum quam hominem uiuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem et ad dilectionem dei, non tamquam omnino incogniti aut omnino non dilecti, sed quo cognoscatur manifestius et quo firmius diligatur. μ 878

x. [X **14**] Quid est autem dilectio uel caritas quam tantopere scriptura diuina laudat et praedicat nisi amor boni ? Amor autem alicuius amantis est, et amore aliquid amatur. Ecce tria sunt, amans et quod amatur et amor. Quid est ergo amor nisi quaedam uita duo aliqua copulans uel copulari appetens,

---

**21** *intus apud nos uel potius supra nos* : cf. Aug., conf. III, vi, 11 : *interior intimo meo et superior summo meo.*

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **21** credimus — **40** diligatur *Eug., p. 1091, 14-1092, 5.* **35** ut — **40** diligatur [*Ben., munim. VI, f. 11*].

x. **1** Quid — **5** appetens *Eug., p. 1092, 9-13 ;* [*Ben., munim. VI, f. 11*].

---

**21** apud *om.* $S$ **22** sic *om.* $N^{a}$ **22/23** °credimus *om.* $R^{a}$ **24** °inmotabilem $V^{a}$ °cernimus] credimus *M* **25** diligeremus *pr.*] diligerimus *K* non — diligeremus *alt. om.* $K^{a}$ °diligeremus *alt.*] diligerimus *I* illum] eum *K* **26** coaptatam] tam *i. r.* $N^{2}$, coapta *P* **27** °fuisse] *add.* credimus et *Eug. M* °fide retinemus] haeremus *Eug. M*, inhaeremus *Eug.* $M^{2}$, fide retineremus *Eug. Q* fine *C* **28** °caritate *M* **28/29** crededimus (di *alt. exp.*) *A* **29** sic uixisse *F* spem] *praem.* per $S^{2}$ quo *B* **30** qui] quia *T* summus (m *pr. exp.*) *C* °ex] lex *Eug. M* quod] quo $A^{a}$ aliquid (d *eras.*) *T*, *Eug.* (*M Q*) **31** °disperamus *I M Eug. M* ut] *praem.* si *K*, et *T* et] ut *T* °desideremur *Eug. M* **32** deprecemur *F P* °ipsam *Eug.* (*M Q*) °a *om. Eug.* (*M Q*) diligi/ *1 litt. eras. T* **34** °eorum *I* **35** quantos (s *exp.*) *T* flagrantius] r *s. l.* $T^{1}$ **37** hominem] ho/minem *1 litt. eras. C* **38** °indicamus *I* **40** quo *pr.*] quod *C*, *om.* $S^{a}$ et *om. C* quo *alt.*] eo $S^{2}$.

x. *om.* *A B C J K* **1** in dilectione $S^{2}$ uel] *del.* $S^{2}$ tanto per *C* $K^{a}$, tanto per se *S* **4** quod] d *s. l.* $T^{1}$ °Quid est] et quid *Eug. M* **5** copulari] *ita B O Eug.* (*M Q*), copulare *cett. codd.* *μ*

amantem scilicet et quod amatur ? Et hoc etiam in extremis carnalibusque amoribus ita est. Sed ut aliquid purius et liquidius hauriamus calcata carne ascendamus ad animum. Quid amat animus in amico nisi animum ? Et illic igitur tria sunt, amans et quod amatur et amor.

Restat etiam hinc ascendere et superius ista quaerere quantum homini datur. Sed hic paululum requiescat intentio non ut se iam existimet inuenisse quod quaerit, sed sicut solet inueniri locus ubi quaerendum est aliquid. Nondum illud inuentum est, sed iam inuentum est ubi quaeratur. Ita hoc dixisse suffecerit ut tamquam ab articulo alicuius exordii cetera contexamus.

---

x. **11** Matth. 7, 7 ; Luc. 11, 9 ; 14, 10. **11/12** 1 Par. 16, 11 ; Ps. 68, 33 ; 104, 4. **13/14** 1 Cor. 8, 2. **15** Act. 17, 27.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **6** amantem — **17** contexamus [*Ben., munim. VI, f. 11-11*[v]]. **6** amantem — **10** amor *Eug., p. 1092, 13-18.*

---

**6** °externis *A*[2] *L* *μ* **7** ut] et *C* **8** calcata] a *tert. i. r.* *N*[2] ad] in *C* **10** amore (e *del.*) *S* **11** stat *S*[a] ista] ea *T* **12** hinc *B N O P* paulolum *S* **13** °non — iam] nec iam se *M* iam *om.* *T* solet] *add.* et *S*[a] **14** ubi] *add.* iam *J* °requirendum *L*[a] aliquid] *add.* et *T* **14/15** Nondum — quaeratur *om.* *A*[a] **15** est *pr.*] *add.* quod quaerebatur *T* iam] etiam *T* °est *alt. om.* *I* **16** suffecerit] e *pr. i. r.* *O*[1], sufficeret *A*[a], *C*[a], sufficerit *J K* ut *om.* *S* **17** cetera] *praem.* et *P* contexamus] *add.* amen *S J.*

# LIBER IX

I. [I 1] Trinitatem certe quaerimus, non quamlibet sed illam μ 877
trinitatem quae deus est, uerusque ac summus et solus deus. PL 959
Exspecta ergo, quisquis haec audis ; adhuc enim quaerimus,
et talia quaerentem nemo iuste reprehendit si tamen in fide
firmissimus quaerat quod aut nosse aut eloqui difficillimum
est. Affirmantem uero cito iusteque reprehendit quisquis meli-
us uel uidet uel docet. *Quaerite,* inquit, *dominum, et uiuet anima
uestra.* Et ne quisquam se tamquam apprehendisse temere
gaudeat : *Quaerite,* inquit, *faciem eius semper.* Et apostolus :
*Si quis se,* inquit, *putat aliquid scire, nondum scit quemadmo-* PL 960
*dum scire oporteat. Quisquis autem diligit deum, hic cognitus
est ab illo.* Nec sic quidem dixit, 'cognouit illum,' quae pericu-
losa praesumptio est, sed, *cognitus est ab illo.* Sic et alibi cum
dixisset : *Nunc autem cognoscentes deum,* statim corrigens,
*immo cogniti,* inquit, *a deo.* Maximeque illo loco : *Fratres,*
inquit, *ego me ipsum non arbitror apprehendisse ; unum autem,
quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus secundum
intentionem sequor ad palmam supernae uocationis dei in
Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus.* Perfectionem
in hac uita dicit non aliud quam *ea quae retro sunt* obliuisci
et *in ea quae ante sunt* extendi secundum intentionem. Tutis- PL 961
sima est enim quaerentis intentio donec apprehendatur illud
quo tendimus et quo extendimur. Sed ea recta intentio est
quae proficiscitur a fide. Certa enim fides utcumque inchoat

---

I. **7** I Par. 16, 11 ; Ps. 104, 4 ; 68, *33. **7/8** Ps. 68, 33. **9** I Par. 16, 11 ; Ps. 104, 4. **10/12** I Cor. 8, *2-3. **13** I Cor. 8, *3. **14/15** Gal. 4, *9. **15/19** Phil. 3, *13-15. **20/21** Phil. 3, *13. **21** *extendi secundum intentionem* : cf. Plot., enn. III, 7 (45), 11 (ed. Henry-Schwyzer, I, p. 386 sq.).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** I. **1** Trinitatem — **24** inchoat [*Ben., munim. VII, f. 11v*].

---

°I.] PROEM. *T*, *praem.* In hoc libro nono ad imaginem dei quod est homo secundum mentem peruenit disputatio, et in ea quaedam trinitas inuenitur, id est mens et notitia qua se nouit et amor quo se notitamque suam diligit, et haec tria aequalia inter se et unius ostenduntur esse substantiae (*XV*, III, *71-75*). Incipit textus *I*
**1** certe] *s. l.* $K^{1}$ qualemlibet *S* **2** °est *om.* $R^{a}$ °uerus *M* **3** ad hoc $S^{a}$ **4** talia] alia *J* reprehendat (at *i. r.*) $N^{2}$, *F* **5** diffillimum $C^{a}$ **6** iusteque] que *eras. B* **7/8** uel *alt.* — uestra *om. T* **7** dominum] *ita K*, in deum *A*, deum $A^{2}$ *cett. codd.* μ uiuit $C^{a}$ **8** quiquam $C^{a}$ se] sed $C^{a}$ tamquam *om. T* **9** °inquit] ait *T*, *add.* deum R **10** Si] *s. l.* $K^{1}$ °se *om.* $I^{a}$ putat inquit *T* **11** quis $R^{a}$ **12** Nec] *c eras. P*, ne $A^{a}$ *C*, non *T* sic *om. T* **13** illo] eo *A* **14** conguscentes *C* **15** cogniti] *add.* estis *T* °maxime quae $R^{a}$ **18** °palpam *I* **19** quod quod $A^{a}$ $K^{a}$, quod quot $C^{a}$ **20** hanc $S^{a}$ uitam (m *eras.*) *S* **20/21** retro — quae *om.* $T^{a}$ **20** quae *om. M* **23** quo *alt.*] qua *T* **24** proficitur $A^{a}$, proficimur *J*, proficiscimur $J^{2}$

cognitionem ; cognitio uero certa non perficietur nisi post hanc uitam cum uidebimus *facie ad faciem*. Hoc ergo sapiamus ut nouerimus tutiorem esse affectum uera quaerendi quam incognita pro cognitis praesumendi. Sic ergo quaeramus tanquam inuenturi, et sic inueniamus tamquam quaesituri. *Cum enim consummauerit homo, tunc incipit.* μ 878

De credendis nulla infidelitate dubitemus, de intellegendis nulla temeritate affirmemus ; in illis auctoritas tenenda est, in his ueritas exquirenda. Quod ergo ad istam quaestionem attinet credamus *patrem et filium et spiritum sanctum* esse *unum deum*, uniuersae creaturae conditorem atque rectorem ; nec patrem esse filium nec spiritum sanctum uel patrem esse uel filium, sed trinitatem relatarum ad inuicem personarum et unitatem aequalis essentiae. Quaeramus hoc autem intellegere ab eo ipso quem intellegere uolumus auxilium precantes, et quantum tribuitur quod intellegimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus, nihil tamen dicamus indignum. Vt si quid uerbi gratia de patre dicimus quod patri proprie non conueniat, aut filio conueniat aut spiritui sancto aut ipsi trinitati ; et si quid de filio quod filio proprie non congruat, saltem congruat patri aut spiritui sancto aut trinitati ; item si quid de spiritu sancto quod proprietatem spiritus sancti non doceat, non tamen alienum sit a patre aut a filio aut ab uno deo ipsa trinitate, ueluti

---

**26** 1 Cor. 13, 12. **29/30** Eccli. 18, *6. **34/35** Symb. Nicaen., 2.5.18.1. **35** *conditorem* : cf. Pelag., libell. fid. ad Inn. (Clauis 731) ; Tert., symb., 3 (ed. Hahn, § 44) ; Ps.-Ambr., exhort. ad neoph. (Clauis 178) ; Aug., fid. et symb., IV, 5 ; mor. eccl. cath. II, VII, 9 ; supra VII, VI, 120/121. **36/38** cf. Euseb. Vercell., trin. I, 52 (CC 9, 15).

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **25** cognitionem — **49** ueluti [*Ben., munim. VII, f. 11v-12*].

---

**25** °cognitio *om.* *M* uera $A^{a}$ perficitur *T* post] potest (te *eras.*) *C* **26** °cum] qua $A^{a}$ *B C*, quam *R* uiderimus *T* **27** °esse *om.* $I^{a}$ effectum *S* **28** °praesumendo *C*, praesumende *M* Sic] si $A^{a}$ **33** exquirenda] *add.* est *P* Quod] *praem.* I *T* istam] stam $C^{a}$ **35** °sanctum *om.* $L^{a}$ unum deum esse *B N O* **36** atque rectorem *om.* $T^{a}$ nec *pr.*] non *P* filium] *add.* nec filium esse patrem *i. r.* $N^{2}$, $S^{2}$ *F P* ; *add.* nec filium patrem esse *T* **37** °uel *alt.* *om.* $R^{a}$ relatiarum (i *eras.*) *C* **38/39** hoc autem intelligere quaeramus *K* hoc autem quaeramus *F* μ **39** autem hoc *B T* hoc *om.* $P^{a}$ **40** tribuit *K* μ **41** so licitudinis *C* pietatis] *add.* cupientes *B* $C^{2}$ *T* μ, *add.* cupientis *C* **42** °si] *add.* in *M* **42/43** °indignum dicamus μ **43** Vt *om.* *K* si quid] sicut *J* **45** spiritu *S* **46** °congruat *pr.*] conueniat *T*, dicitur *M* patri saltim (saltem *2 m.*) congruat *T* saltim $A^{a}$ *J*, tale *S* **47** aut trinitati] autrinitati $A^{a}$, aut tati (*corr. i. mg. 1 m.*) *K* trinitati] *praem.* ipsi *F* spiritui $C^{a}$ **48** proprietatem] proprie/ta/taten *2 litt. eras.* $C^{a}$ deceat $A^{2}$ μ **49** aut *pr.*] et *T* a filio] filio (f *i. r.*) $N^{2}$, filio a $F^{a}$ a *alt.*] *eras.* *B*, *om.* *O* °aut *alt.*] ut *I* ab] *s. l.* $K^{1}$ ipsa] in ea *C*

nunc cupimus uidere utrum illa excellentissima caritas proprie μ 879 spiritus sanctus sit. Quod si non est, aut pater est caritas aut filius aut ipsa trinitas quoniam resistere non possumus certissimae fidei et ualidissimae auctoritati scripturae dicentis : *Deus caritas est.* Non tamen debemus deuiare sacrilego errore ut aliquid de trinitate dicamus quod non *creatori* sed *creaturae potius* conueniat aut inani cogitatione fingatur.

[II **2**] *Quae cum ita sint* attendamus ista tria quae inuenisse nobis uidemur. Nondum de supernis loquimur, nondum de deo patre et filio et spiritu sancto, sed de hac impari imagine attamen imagine, id est homine ; familiarius enim eam et facilius fortassis intuetur nostrae mentis infirmitas.

II. Ecce ego qui hoc quaero cum aliquid amo tria sunt, ego et quod amo et ipse amor. Non enim amo amorem nisi amantem amem, nam non est amor ubi nihil amatur. Tria ergo sunt, amans et quod amatur et amor. Quid si non amem nisi me ipsum, nonne duo erunt, quod amo et amor ? Amans enim et quod amatur hoc idem est quando se ipse amat, sicut amare et amari eodem modo idipsum est cum se quisque amat. PL 962 Eadem quippe res bis dicitur cum dicitur, amat se, et, amatur a se. Tunc non est aliud atque aliud amare et amari, sicut non est alius atque alius amans et amatus. At uero amor et quod amatur etiam sic duo sunt. Non enim quisquis se amat amor est nisi cum amatur ipse amor. Aliud est autem amare se, aliud amare amorem suum. Non enim amatur amor nisi iam aliquid amans quia ubi nihil amatur, nullus est amor. Duo ergo sunt cum se quisque amat, amor et quod amatur ; tunc enim amans et quod amatur unum est. Vnde uidetur non esse consequens ut ubicumque amor fuerit iam tria intellegantur.

---

**54** I Ioh. 4, 8.16. **55/56** Rom. 1, 25. **57** Cic., catil. I, v, 10.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **50** nunc — **61** infirmitas [*Ben., munim. VII, f. 12*].

II. **1** Ecce — **17** intellegantur [*Ben., munim. VII, f. 12*].

---

**50** propie $T^a$ **52/53** certissime *C* **54** est *om.* $S^a$ sacriligo $C^a$ **55** non] *s. l.* $P^1$ creatori] creari $S^a$ **57** Quae] *praem.* II *A B C* ipsa *P* **58** Nondum *pr.*] *add.* enim $S^2$ de *om.* $A^a$ supernis] n *s. l.* $T^1$ **59** imperi *C*, interim $C^2$ **59/60** imagine attamen] *exp.* $C^2$ **60** attamen imagine *om.* *J* **61** °mentis nostrae *μ*.

II. *om.* *A B C* **1** °haec $A^2$ *L* **4** Quid] quod *F J P* **8** bis *om.* *S* **9** Tunc] *add.* enim *J μ* atque aliud *om.* *S* **11** enim] *add.* cum *B μ* **11/12** amor est] amore *T* **12** est autem] autem *S*, autem est $S^2$ **13** °aliud] *add.* est *μ* °amor *om.* $R^a$ **14** °est *om.* *M* **16** amans] amat *C*

Auferamus enim ab hac consideratione cetera quae multa sunt quibus homo constat, atque ut haec quae nunc requirimus quantum in his rebus possumus liquido reperiamus, de sola mente tractemus. Mens igitur cum amat se ipsam duo quaedam ostendit, mentem et amorem. Quid est autem amare se nisi praesto sibi esse uelle ad fruendum se ? Et cum tantum se uult esse quantum est, par menti uoluntas est et amanti amor aequalis. Et si aliqua substantia est amor, non est utique corpus sed spiritus, nec mens corpus sed spiritus est. Neque tamen amor et mens duo spiritus sed unus spiritus, nec essentiae duae sed una ; et tamen duo quaedam unum sunt, amans et amor, siue sic dicas, quod amatur et amor. Et haec quidem duo relatiue ad inuicem dicuntur. Amans quippe ad amorem refertur et amor ad amantem ; amans enim aliquo amore amat, et amor alicuius amantis est. Mens uero et spiritus non relatiue dicuntur sed essentiam demonstrant. Non enim quia mens et spiritus alicuius hominis est, ideo mens et spiritus est. Retracto enim eo quod homo est, quod adiuncto corpore dicitur, retracto ergo corpore mens et spiritus manet. Retracto autem amante nullus est amor, et retracto amore nullus est amans. Ideoque quantum ad inuicem referuntur duo sunt ; quod autem ad se ipsa dicuntur, et singula spiritus et simul utrumque unus spiritus, et singula mens et simul utrumque una mens. Vbi ergo trinitas ? Attendamus quantum possumus μ 880
et inuocemus lucem sempiternam ut inluminet tenebras nostras et uideamus in nobis quantum sinimur *imaginem dei.*

III. [III **3**] Mens enim amare se ipsam non potest nisi etiam

---

II. **18/19** *cetera quae multa sunt quibus homo constat* : cf. Aug., fid. et symb., x, 23 : *et quoniam tria sunt quibus homo constat ...* **42/43** II Reg. 22, 29 ; Ps. 17, 29 ; Ioh. 1, 9 ; I Cor. 4, 5. **43** Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1.

III. **1/2** cf. VIII, IV, 6/7 ; VIII sqq. ; X, I, 2/3 ; XIII, IV, 10 ; V, 31/32 ; XX, 59/60.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R* ; III, **2** Aut — *X*, x, **12** et *alt. def. V* ; *legitur E*).

**Test.** : **18** Auferamus — **43** dei [*Ben., munim. VII, f. 12-12v*].

III. **1** Mens — etiam [*Ben., munim. VII, f. 12v*].

---

**18** haec (e *exp.*) *C* cętara *T*[a] **20** repperimus *C*[a] **21** Mens] *praem.* III *A B C* duo *om.* *J*[a] **22** autem] *om. S*, enim *S*[2] **23** se *pr om.* *A*[a] °sibi praesto μ esse] es *i. mg.* *K*[1] **23/24** se tantum *J* **24** amanti] *add.* uoluntas est et amanti *S* **25** amor *pr.*] amorae *C*[a] aliqua/ *1 litt. eras.* *O* **26** °est *om.* *I* **29** siue — amor *alt. om.* *T* sic] si *P* amatur] ama/tur *1 litt. eras.* *K* **33** °dicuntur *om.* R[a] **34** est alicuius hominis *J* **35** quod *alt.*] quid *J* **36** diciturretracto *K*[a] °ergo] enim *C*, *add.* enim *I* manent *T* **37** autem] enim *A*[a] *F* amor] *add.* et retracto amore mens et spiritus manet *F* **39** ipsum *T*.

III. *om.* *A B C O*[a] *S J P T*

nouerit se. Nam quomodo amat quod nescit ? Aut si quisquam dicit ex notitia generali uel speciali mentem credere se esse talem quales alias experta est et ideo amare semetipsam, insipientissime loquitur. Vnde enim mens aliquam mentem nouit si se non nouit ? Neque enim ut oculus corporis uidet alios oculos et se non uidet, ita mens nouit alias mentes et ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora uidemus quia radios, qui per eos emicant et quidquid cernimus tangunt, refringere ac retorquere in ipsos non possumus nisi cum specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeque PL 963
disseritur donec apertissime demonstretur uel ita se rem habere uel non ita. Sed quoquo modo se habeat uis qua per oculos cernimus, ipsam certe uim, siue sint radii siue aliud aliquid, oculis cernere non ualemus ; sed mente quaerimus, et si fieri potest etiam hoc mente comprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit sic incorporearum per semetipsam. Ergo et se ipsam per se ipsam nouit quoniam est incorporea. Nam si non se nouit, non se amat.

---

**5/19** cf. Porph., sent. 43, 2-4 (uide J. Pépin, a.c., p. 105-106). **6/8** cf. Cic., tusc. I, XXVII, 67. **7/8** *ita mens nouit alias mentes et ignorat semetipsam* : Plot., enn. V, 3 (49), 1 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 298 sq., 17/19) : *ἀλλὰ μηδὲ νοῦ τῇ φύσει διδόναι παντάπασιν ἄτοπον, εἰ τῶν μὲν ἄλλων γνῶσιν ἔχει, ἑαυτοῦ δὲ μὴ ἐν γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καταστήσεται.* **8/10** *Per oculos ... tangunt* : Plato, tim., 45b-d : *πρῶτον μὲν φωσφόρα ξυνετεκτήσαντο ὄμματα ... τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμων ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν ... ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη ... ᾗ δὴ ὁρᾷν φαμέν* ; cf. Aug., gen. ad litt. IV, 34 (CSEL 28-1, 135, 15/16) ; XII, 16 (CSEL 28-1, 401, 13/15). **10/11** *refringere ac retorquere ... intuemur* : Plato, tim., 46a : *τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδελοποιίαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ και λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν· ... πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται.* **11/13** *Quod ... ita se rem habere uel non ita* : cf. Arist., sens. 431b ; Plot., enn. IV, 5 (29), 2 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 154-158). **16/17** cf. XII, 11, 74/75.117.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test.** : **2** nouerit — **20** amat [*Ben., munim. VII, f. 12v*].

---

**2** °se nouerit *μ* Aut] *praem.* III $O^a$ *S J P T* si *om.* $C^a$ quisquam] i *s. l.* $K^1$ **3** °se *om.* *L* esse *om.* $S^a$ **4** talem] *s. l.* $C^1$ quales] qualē (s *eras.*) *B*, qualem $C^a$ alias] *praem.* talem *exp.* *C* °se ipsam *μ* **5** mens enim *F* aliqua *K* **8** se ipsam $C^a$ **9** micant *S* cernunt *J* **11** cum] *add.* in *i. r.* $N^2$, *F P* °speculum $A^2$ *L*, speculo (o *i. r.*) $N^2$, speculam *K* intuentur *T* obscurissimeque] obscurissime *s. l.* $K^1$ **12** disseritur — demonstretur *om.* $J^a$ disseretur *S* $P^2$ rem *om.* *T* **13** quoquo modo] quomodo $A^a$ *C F J* $P^a$ **14** °uim *om.* $R^a$ siue *pr. om.* $T^a$ **15** mentem *S* **16** hoc etiam *J* °mentem $I^a$ ergo] enim *J* **17** corporis] *add.* inquirit et $S^2$ incolligit *S* **18** incorporearum] *add.* rerum *F J* per semetipsam] in semetipsa *N* $O^a$, in semetipsa per semetipsam nouit quoniam est incorporea (per — incorporea *i. r.*) $N^2$, *praem.* in semetipsa *P* Ergo — ipsam *om.* $O^a$ °se ipsam] se ipsa *A*, semetipsam *μ* **18/19** semetipsam *T* **19** quoniam est incorporea *om.* $N^2$ incorporea est *S*.

IV. [IV 4] Sicut autem duo quaedam sunt, mens et amor eius, cum se amat ; ita quaedam duo sunt, mens et notitia eius, cum se nouit. Ipsa igitur mens et amor et notitia eius tria quaedam sunt, et haec tria unum sunt, et cum perfecta sunt aequalia sunt. Si enim minus se amat quam est ut uerbi gratia tantum se amet hominis mens quantum amandum est corpus hominis, cum plus sit ipsa quam corpus, peccat et non est perfectus amor eius. Item si amplius se amet quam est uelut si tantum se amet quantum amandus est deus, cum incomparabiliter minus sit ipsa quam deus, etiam sic nimio peccat et non perfectum habet amorem sui. Maiore autem peruersitate et iniquitate peccat cum corpus tantum amat quantum amandus est deus. Item notitia si minor est quam est illud quod noscitur et plene nosci potest, perfecta non est. Si autem maior est, iam superior est natura quae nouit quam illa quae nota est, sicut maior est notitia corporis quam ipsum corpus quod ea notitia notum est. Illa enim uita quaedam est in ratione cognoscentis ; corpus autem non est uita. Et uita quaelibet quolibet corpore maior est, non mole sed ui. Mens uero cum se ipsa cognoscit, non se superat notitia sua quia ipsa cognoscit, ipsa cognoscitur. Cum ergo se totam cognoscit neque secum quidquam aliud, par illi est cognitio sua quia neque ex alia natura est eius cognitio cum se ipsa cognoscit. Et cum se totam nihilque amplius percipit, nec minor nec maior est. Recte igitur diximus haec tria cum perfecta sunt esse consequenter aequalia.

[5] Simul etiam admonemur si utcumque uidere possumus haec in anima exsistere et tamquam inuoluta euolui ut sentiantur et dinumerentur substantialiter uel, ut ita dicam,

---

IV. **29/31** cf. Plot. enn. IV, 3 (27), 20 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 144, 28/30) : *οὐδ' ὡς ἐν ὑποκειμένῳ ἔσται τῷ σώματι· τὸ γὰρ ἐν ὑποκειμένῳ πάθος τοῦ ἐν ᾧ, ὡς χρῶμα καὶ σχῆμα, καὶ χωριστὸν ἡ ψυχή.*

---

**Codd. :** IV. **4** cum — v, **4** sin(gulis) *def. A ; B C N O S F J K P T (E I L M R ; def. V).*

**Test. :** IV. **1** Sicut — **29** dicam [*Ben., munim. VII, f. 12v-13*].

---

IV. **1** °Sicut] si $R^a$ duo quaedam] *ita B N O S* μ, quaedam duo *cett. codd.* **3** °igitur ipsa μ **5** ut] et *K*, *om. T* **6** amat *C F* **7** ipsa sit *T* **8** amat *C F K P* μ **9** si] i *ex* e *per ras. C* amat $C^2$ *K* **9/10** incomparabiliter] bi *s. l.* $P^1$ **10** nimio] o *i. r.* $B^2$, nimium *N* $O^3$ *F P T* μ **11** amorem habet *T* **15** natura est *S* **18** uita non est *P* **20** ipsa] *ita O J K*, ipsam *cett. codd.* μ se *alt. om.* $B^a$ °sua *om.* $R^a$ **21** ipsa cognoscitur *om.* $N^a$ **22** °cognitio] notitia *I* **23** ipsa] *ita C O J K*, ipsam *cett. codd.* μ **24** nihil $K^a$ percepit $C^a$ **25** recte// *2 litt. eras. O* **26** esse *om. C* **27** °si] sic *M* possimus *S T* **28** °haec *om. M* inuoluta euolui] in uoluntate uolui *C N P T*, inuolute uolui *S* $P^2$, in uoluntate euolui *J*, inuolutae uolui (a *exp.*) *K* **29** dinumerantur (*corr. 1 m.*) *J* **29/30** °uel — essentialiter *om.* $M^a$ $R^a$

essentialiter, non tamquam in subiecto ut color aut figura in corpore aut ulla alia qualitas aut quantitas. Quidquid enim tale est non excedit subiectum in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Mens autem amore quo se amat potest amare et aliud praeter se. Item non se solam cognoscit mens sed et alia multa. Quamobrem non amor et cognitio tamquam in subiecto insunt menti, sed substantialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens quia et si relatiue dicuntur ad inuicem, in sua tamen sunt singula quaeque substantia ; non sicut color et coloratum relatiue ita dicuntur ad inuicem ut color in subiecto colorato sit non habens in se ipso propriam substantiam, quoniam coloratum corpus substantia est, ille autem in substantia ; sed sicut duo amici etiam duo sunt homines quae sunt substantiae, cum homines non relatiue dicantur, amici autem relatiue.

(Margin: μ 881; PL 964)

[6] Sed item quamuis substantia sit amans uel sciens, substantia sit scientia, substantia sit amor, sed amans et amor aut sciens et scientia relatiue ad se dicantur sicut amici ; mens uero aut spiritus non sint relatiua sicut nec homines relatiua sunt ; non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse ab inuicem, sic amans et amor aut sciens et scientia. Quamquam et amici corpore uidentur separari posse, non animo in quantum amici sunt, uerumtamen fieri potest ut amicus amicum etiam odisse incipiat, et eo ipso amicus esse desinat nesciente illo et adhuc amante. Amor autem quo se mens amat si esse desinat, simul et illa desinit esse amans. Item notitia qua se mens nouit si esse desinat, simul et illa nosse se desinet. Sicut caput capitati alicuius utique caput est et relatiue ad se dicuntur quamuis etiam substantiae sint ; nam et caput corpus est et capitatum, et si non sit corpus nec capitatum erit. Sed haec praecisione ab inuicem separari possunt, illa non possunt.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test. :** **30** essentialiter — **39** substantia [*Ben., munim. VII, f. 13*].

---

**30** color aut] colora ut $C^a$ aut] et *T* **31** alia qualitas] aliqualitas $C^a$ **32/33** Non — corporis *alt.*] *i. mg.* $P^1$ **34** amore] amor *T* alium *S* **35** °sola *M* **37** sunt] t *s. l.* $K^1$ **38** etsi *μ* **39** non] nec *B μ* ita *om. S* **40** °subiectum $I^a$ **44** homines] *add.* quae sunt substantiae cum homines (cum homines *del.*) *C* relatiue *pr.*] ralatiue $T^a$ **47** stiens (*corr. 1 m.*) *K* °relatiua $R^2$ **48** aut] et *S T* sunt $C^2$ **49** possunt *om. N* **50** ad *T* **51** uideantur *F P* **52** fieri] *praem.* si $R^a$ **54/55** mens se *T* **55/56** desinit — illa] *i. mg.* $P^1$ **55** desinit] desinet *B C μ* **56** quae *N P* **57** se] *s. l.* $O^1$, *om. J* °desinit *I*, desinat $L^a$ R caput *om.* $M^a$ $R^a$ capitati] capitale *C*, capiti $J^a$ $T^a$ **58** quamuis] s *s. l.* $C^1$ ? **59** capitum $T^a$ corpus *alt.*] caput *i. r.* $B^2$, *μ* **60** capitum $T^a$

[7] Quod si sunt aliqua corpora quae secari omnino et diuidi nequeunt, tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent. Pars ergo ad totum relatiue dicitur quia omnis pars alicuius totius pars est et totum omnibus partibus totum est. Sed quoniam et pars corpus est et totum, non tantum ista relatiue dicuntur, sed etiam substantialiter sunt. Fortassis ergo mens totum est et eius quasi partes amor quo se amat et scientia qua se nouit, quibus duabus partibus illud totum constat ? An tres sunt aequales partes quibus totum unum completur ? Sed nulla pars totum cuius pars est complectitur. Mens uero cum se totam nouit, hoc est perfecte nouit, per totum eius est notitia eius ; et cum se perfecte amat, totam se amat et per totum eius est amor eius. Num ergo sicut ex uino et aqua et melle una fit potio et singula per totum sunt et tamen tria sunt (nulla enim pars est potionis quae non habeat haec tria ; non enim iuncta uelut si aqua et oleum essent, sed omnino commixta sunt, et substantiae sunt omnes, et totus ille liquor una quaedam est ex tribus confecta substantia), tale aliquid arbitrandum est esse simul haec tria, mentem, amorem, notitiam ? Sed non unius substantiae sunt aqua, uinum, et mel, quamuis ex eorum commixtione fiat una substantia potionis. Quomodo autem illa tria non sint eiusdem essentiae non uideo, cum mens ipsa se amet atque ipsa se μ 882
nouerit atque ita sint haec tria ut non alteri alicui rerum mens uel amata uel nota sit. *Vnius* ergo *eiusdem*que *essentiae* ne- PL 965
cesse est haec tria sint, et ideo si tamquam commixtione confusa essent, nullo modo essent tria nec referri ad inuicem possent. Quemadmodum si ex uno eodemque auro tres anulos similes facias quamuis connexos sibi, referuntur ad inuicem quod similes sunt ; omnis enim similis alicui similis est, et

---

**63/94** cf. Porph., *σύμμ. ζητήμ.*, apud Nemes., nat. hom., 3.2 (uide J. Pépin, a.c. p. 97 - 98). **86** Symb. Nicaen. 10.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**63** nequeunt] nequ/unt *1 litt. eras. K*, nequeant *T* °nisi] ipsi (*corr. 1 m.*) *E* **64** °partes $C^2$ *R* °dicuntur *C R* **65** pars *pr.*] *om.* $S^a$, pras $T^a$ **66** tantum] tamen *J* **68** qua *T* **70** An *om. K* **70/71** completur] complectitur *T* **72** °nouit *pr.*] nouerit *M* **73** notia $C^a$ **74** eius *pr.*] *i. r.* $N^2$, *om.* $B^a$ *O* °Num] *praem.* v *B C*, non *F*, nunc *E* $M^2$ **76** habet $O^a$ $S^a$ **77** seiuncta *T* **78** °commixta] *praem.* non R et *alt.*] *i. mg.* $K^1$ **79** °est *om.* $R^a$ **81/82** °uinum mel aqua R **83** sunt *N*, s̄ *T* **84** °essentiae] substantiae μ amat $T^a$ **85** alteri] *praem.* alter *S* **86** Vnius] i *s. l.* $T^1$ eiusdem *S*, et eiusdem $S^2$ **88** °tria *om.* $R^a$ nec *om.* $S^a$ **88/89** °possint *C M* **89** Quemadmodum] *praem.* vi *C* anullo $C^a$, anullos *N* **90** facies *C* connexos] n *pr. eras. C* **91** enim] autem *T* similis *pr.*] simili $C^a$ similis *alt.*] similisimilis *T*

trinitas anulorum est et unum aurum. At si misceantur sibi et per totam singuli massam suam conspergantur, intercidet illa trinitas et omnino non erit, ac non solum unum aurum dicetur sicut in illis tribus anulis dicebatur, sed iam nulla aurea tria.

v. [V 8] At in illis tribus cum se nouit mens et amat se, manet trinitas, mens, amor, notitia ; et nulla commixtione confunditur quamuis et singula sint in se ipsis et inuicem tota in totis, siue singula in binis siue bina in singulis, itaque *omnia in omnibus*. Nam et mens est utique in se ipsa quoniam ad se ipsam mens dicitur, quamuis noscens uel nota uel noscibilis ad suam notitiam relatiue dicatur ; amans quoque et amata uel amabilis ad amorem referatur quo se amat. Et notitia quamuis referatur ad mentem cognoscentem uel cognitam, tamen et ad se ipsam nota et noscens dicitur ; non enim sibi est incognita notitia qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quamuis referatur ad mentem amantem cuius amor est, tamen et ad se ipsum est amor ut sit etiam in se ipso quia et amor amatur, nec alio nisi amore amari potest, id est se ipso. Ita sunt haec singula in se ipsis. In alternis autem ita sunt quia et mens amans in amore est et amor in amantis notitia et notitia in mente noscente. Singula in binis ita sunt quia mens quae se nouit et amat in amore et notitia sua est, et amor amantis mentis seseque scientis in mente notitiaque eius est, et notitia mentis se scientis et amantis in mente atque in amore eius est quia scientem se amat et amantem se nouit. Ac per hoc et bina in singulis quia mens quae se nouit et amat cum sua notitia est in amore et cum suo amore in notitia, amorque ipse et

---

v. **4/5** 1 Cor. 15, 28.

---

**Codd.** : *usque ad* v, **4** sin(gulis) *def. A ; B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test.** : v. **1** At — **5** omnibus [*Ben., munim. VII, f. 13*].

---

**92** anullorum $C^a$, (l *pr. eras.*) *N T* At] ac *C K* misceatur $J^a$ **93** consparagntur *J* °intercidet] et *i. r.* $N^2$, intercidit *C S P E*, intercidat *M* **94** °ac] an *P*, *add.* si *eras. I* **95** °dicitur *C K*, diceretur *M*.

v. *om. B C* °At] ait $R^a$ **2** amor] *add.* et *T* **3** semetipsis *K* μ tota] *bis T* **4** singula] *praem.* in $C^a$ **5** mens] *add.* est mens in se ipsa ita *N O P* est] et *C* **5/6** semetipsa *F* **6** ipsa *J* **7** dicitur *K* **8** quod *T* **9** et *om. C* **10** notam (m *eras.*) *C* **10/11** °incognita notitia] incognitia R, incognita $R^2$ **11** quę $A^a$ se mens ipsa] semetipsam *S* **12** mentem] *add.* et *P* **13** amor est *P* **14** se] *praem.* in *eras. N* **15** autem] item $S^2$ **16** amore] a *s. l.* $T^1$ amantis] a *s. l.* $T^1$ **17** cognoscente *T* **19** °mentis *om.* $R^a$ **19/20** notitiaque — mente *om.* $J^a$ **19** notitia] notitias (s *exp.*) *K* **22** singulis] *add.* sunt *T* **23** °amorque] amor quippe $A^a$ *B C* R, amor quoque μ

notitia simul sunt in mente quae se amat et nouit. Tota uero in totis quemadmodum sint iam supra ostendimus cum se totam mens amat et totam nouit et totum amorem suum nouit totamque amat notitiam suam quando tria ista ad se ipsa perfecta sunt. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis, et tamen eorum singulum quidque substantia est et simul omnia una substantia uel essentia cum et relatiue dicantur ad inuicem.

VI. [VI **9**] Sed cum se ipsam nouit humana mens et amat se ipsam, non aliquid incommutabile nouit et amat. Aliterque unusquisque homo loquendo enuntiat mentem suam quid in se ipso agatur attendens ; aliter autem humanam mentem speciali aut generali cognitione definit. Itaque cum mihi de PL 966 sua propria loquitur, utrum intellegat hoc aut illud an non intellegat, et utrum uelit an nolit hoc aut illud, credo ; cum uero de humana specialiter aut generaliter uerum dicit, agnosco et approbo. Vnde manifestum est aliud unumquemque μ 883 uidere in se quod sibi alius dicenti credat, non tamen uideat ; aliud autem in ipsa ueritate quod alius quoque possit intueri, quorum alterum mutari per tempora, alterum incommutabili aeternitate consistere. Neque enim oculis corporeis multas mentes uidendo per similitudinem colligimus generalem uel specialem mentis humanae notitiam, sed intuemur inuiolabilem ueritatem ex qua perfecte quantum possumus definiamus non qualis sit uniuscuiusque hominis mens, sed qualis esse sempiternis rationibus debeat.

[**10**] Vnde etiam phantasias rerum corporalium per corporis sensum haustas et quodam modo infusas memoriae, ex quibus etiam ea quae non uisa sunt ficto phantasmate cogitantur siue

---

VI. **12/79** cf. Porph., σύμμ. ζητήμ., apud Nemes., nat. hom., 3 (uide J. Pépin, a.c., p. 99-100).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test. :** **25** se — **31** inuicem [*Ben., munim. VII, f. 13*].

---

**24** sunt *om.* *T* se *om.* *T* tata $T^{a}$ **26** totam *pr.*] tota *A B S F P K* **27** ista tria *T* **28** ipsam *A* **29** quique $A^{a}$, quodque *B N* $O^{3}$ *F μ* **30** substantia una omnia $F^{a}$ sustantia $K^{a}$ uel] *add.* una *T* essentia] s *pr. s. l.* $T^{1}$ et *alt. om.* *K μ* **31** dicatur $S^{a}$.

VI. *om.* *A B C* **1** ipsam se $A^{a}$ °ipsa *O I* **3** queuisque $C^{a}$, uniusquisque *T* °enuntiet *M* **4** alter $C^{a}$ **5** aut] t *s. l.* $T^{1}$ cogitatione *C* diffinit *P* **7** an nolit *om.* $A^{a}$ an] aut *C F J*, ac *P* **9** °manifestius *E* **10** dicenti alius $J^{a}$ uidet $A^{a}$ *C K* **12** alterum *pr.*] *add.* est $N^{2}$ incommutabile *C* **13** enim *om.* $A^{a}$ **15/16** °inuilabilem *R* **16** definimus *T* **17** °unuscuiusque *M* sed *om.* $S^{a}$ **19** phantasias] s *alt. s. l.* $A^{1}$, phantassias $C^{a}$, phantasi//as *2 litt. eras.* *J* **20** sensus *T* haustas] u *s. l.* $J^{1}$ **21/22** siue — sunt *pr. om.* $T^{a}$

aliter quam sunt siue fortuito sicuti sunt, aliis omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus uel approbare apud nosmetipsos uel improbare conuincimur cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nam et cum recolo Carthaginis moenia quae uidi et cum fingo Alexandriae quae non uidi easdemque imaginarias formas quasdam quibusdam praeferens, rationabiliter praefero. Viget et claret desuper iudicium ueritatis ac sui iuris incorruptissimis regulis firmum est, et si corporalium imaginum quasi quodam nubilo subtexitur, non tamen inuoluitur atque confunditur.

[**11**] Sed interest utrum ego sub illa uel in illa caligine tamquam a caelo perspicuo secludar, an sicut in altissimis montibus accidere solet inter utrumque aere libero fruens et serenissimam lucem supra et densissimas nebulas subter aspiciam. Nam unde in me fraterni amoris inflammatur ardor cum audio uirum aliquem pro fidei pulchritudine et firmitate acriora tormenta tolerasse ? Et si mihi digito ostendatur ipse homo, studeo mihi coniungere, notum facere, amicitia conligare. Itaque si facultas datur, accedo, alloquor, sermonem confero, affectum meum in illum quibus uerbis possum exprimo, uicissimque in eo fieri quem in me habeat atque exprimi uolo, spiritalemque complexum credendo molior quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum. Amo itaque fidelem ac fortem uirum amore casto atque germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur aut incautus aliquo modo sese indicet quod uel de deo credat incongrua atque in illo quoque aliquid carnale desideret et pro tali errore illa pertulerit, uel speratae pecuniae cupiditate uel inani auiditate laudis humanae, statim amor ille quo in eum ferebar offensus et quasi repercussus atque ab indigno homine ablatus in ea forma permanet ex qua eum talem credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam ut talis sit cum talem PL 967

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

---

**22** fortuito] o *i. r.* $B^2$ ; fortuitu $A^a$, (u *i. r.*) $N^2$, *J* secuti $T^a$ **25** aliquid] *add.* aut *J* Nam] *praem.* VII *A B C* reculo *T* **26/27** et — uidi *om. J* **28** profero $S^2$ daret $T^a$ **30** °imaginem (m *alt. eras.*) *S*, imagine *E* nobilo (*corr. 1 m.*) *J* **30/31** °contexitur *P*, subtegitur *T*, texitur *M* **32** ego] ergo $A^a$ in *om. N O S* **33** °a *om. M* $R^a$ in] *add.* duabus $S^2$ **34** accedere $A^a$ $C^a$ solet] *add.* ut $S^2$ utrosque *S* **35** supter R **36** aspiciamus $S^a$ **37** fidei] ei *s. l.* $T^1$ **38** acriora] *ita* $B^2$ *N O F P T*, acrea *C*, acria $B^a$ $C^2$ *cett. codd.* μ **42** atque] utique *P* exprimo $T^a$ **43** spiritalique $C^2$ °complexom *C*, complexu $C^2$, amplexum *I* credendum *C* **44** cernere] *add.* eius *C* **45** ac] et *J* μ **46** loquellas $C^a$ **47** quo *F* °incongrue *M* **48** atque] aut *N* carnale aliquid *F* μ tale $C^a$ **49** pertuleret $C^a$ //spiratae *2 litt. eras.* $T^a$ **50** °afeditate *M* °in *om. I* eo $A^a$ *C* **51** °ferebar] f/rubar *1 litt. eras. I*, fruebar $I^2$ **53** amauerat *C* adhuc *K*

non esse comperero. At in illo homine nihil mutatum est ; mutari tamen potest ut fiat quod eum iam esse credideram. In mente autem mea mutata est utique ipsa existimatio quae de illo aliter se habebat et aliter habet, idemque amor ab intentione perfruendi ad intentionem consulendi incommutabili desuper iustitia iubente deflexus est. Ipsa uero forma inconcussae ac stabilis ueritatis et in qua fruerer homine bonum eum credens et in qua consulo ut bonus sit eadem luce in- μ 884
corruptibilis sincerissimaeque rationis et meae mentis aspectum et illam phantasiae nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem uideram cogito imperturbabili aeternitate perfundit.

Item cum arcum pulchre et aequabiliter intortum quem uidi uerbi gratia Carthagine animo reuoluo, res quaedam menti nuntiata per oculos memoriaeque transfusa imaginarium conspectum facit. Sed aliud mente conspicio secundum quod mihi opus illud placet, unde etiam si displiceret corrigerem. Itaque de istis secundum illam iudicamus, et illam cernimus rationalis mentis intuitu. Ista uero aut praesentia sensu corporis tangimus aut imagines absentium fixas in memoria recordamur aut ex earum similitudine talia fingimus qualia nos ipsi si uellemus atque possemus etiam opere moliremur, aliter figurantes animo imagines corporum aut per corpus corpora uidentes, aliter autem rationes artemque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intellegentia capientes.

VII. [VII **12**] In illa igitur aeterna ueritate ex qua temporalia facta sunt omnia formam secundum quam sumus et secundum

---

**Codd.** : **64/65** aeternitate — x, **19** et *def. A* ; *B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

---

**54** esse] essem *C*$^{a}$, *add.* eum *K* illo] *i. mg. O*$^{1}$ **55** °iam eum *E* **56** meam *C*$^{a}$ °ipsa *om.* R$^{a}$ existimatio] existi *i. r. T*$^{2}$, exestimatio *C*$^{a}$ **57** habebat] habeat *A*$^{a}$ et *om. J* °aliter *alt. om. I*$^{a}$ **58** consolandi *C* **58/59** incommutabile *C* **59/60** inconcussa *N* **60** fruor *S* hominem *A*$^{a}$ *K* **61** eadem] *praem.* in *J T*, eandem *K* lucem *K* **62** sincerissimae quae *K*$^{a}$ meae mentis] manentis *S*, mentis (meae *om.*) *N O S*$^{2}$ **64** imperturbali *C*$^{a}$ **66** Item] *praem.* VIII *B C* arcum] *add.* quē *S*$^{2}$ °et] ac *μ* °aequabiliter] aequaliter *E I* intortum quem] inuolutum intortumque *S* **67** °cartagini *F*, chartagini *K* R, carthagini *T I L*, carthaginem *E*, cartagina *M* **68** °memoriae *I* **69** secundum] n *s. l. S*$^{1}$ **70** etiam *om. S* °si] *add.* mihi *I* °displicere *K*, displicet *E*$^{a}$ **72** °presentium *I* **73** °imaginis *M* memoriam *K* **74** aut] et *T* earum] carum *C*, carorum *C*$^{2}$ °talia] et alia *M* **75** si *om. P* °uelimus *C*$^{2}$, uellimus (l *alt. eras.*) *I* possimus (i *ex* u *per ras.*) *C* **77** rationem *T* **78** °pulcra *M* super] per *S*$^{2}$ **79** °cupientes *M*.

VII. *om. B C* **1** aeternitatis *T* **2** sunt facta *T*

quam uel in nobis uel in corporibus uera et recta ratione aliquid operamur uisu mentis aspicimus, atque inde conceptam rerum ueracem notitiam tamquam uerbum apud nos habemus et dicendo intus gignimus, nec a nobis nascendo discedit. Cum autem ad alios loquimur, uerbo intus manenti ministerium uocis adhibemus aut alicuius signi corporalis ut per quandam commemorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis quale de loquentis animo non recedit. Nihil itaque agimus per membra corporis in factis dictisque nostris quibus uel approbantur uel improbantur mores hominum quod non uerbo apud nos intus edito praeuenimus. Nemo enim aliquid uolens facit quod non in corde suo prius dixerit. [**13**] Quod uerbum amore concipitur siue creaturae siue creatoris, id est aut naturae mutabilis aut incommutabilis ueritatis.

VIII. [VIII] Ergo aut cupiditate aut caritate, non quo non sit PL 968
amanda creatura, sed si ad creatorem refertur ille amor, non iam cupiditas sed caritas erit. Tunc enim est cupiditas cum propter se amatur creatura. Tunc non utentem adiuuat sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis aut inferior creatura sit, inferiore utendum est ad deum, pari autem fruendum sed in deo. Sicut enim te ipso non in te ipso frui debes sed in eo qui fecit te, sic etiam illo quem diligis *tamquam te ipsum*. Et nobis ergo et fratribus in domino fruamur, et inde nos nec ad nosmetipsos remittere et quasi relaxare deorsum uersus audeamus. Nascitur autem uerbum cum excogitatum placet aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum et mentem de qua gignitur quasi medius amor

---

VIII. **8/9** Marc. 12, 31.33 ; Leu. 19, *18 ; Matth. 19, *19 ; 22, *39 ; Luc. 10, *27 ; Rom. 13, *9 ; Gal. 5, *14 ; Iac. 2, *8.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**3** °quam *om. M* °nobis] *add.* est *M* **5** ueram *T* **6** nascendo] discendo *K*, discedendo $K^2$ discendit (n *eras.*) *S*, secedit *P* **7** manente $S^2$ *J* **8** °uoces $R^a$ **9** °talem *M* °facit $R^a$ **10** °de *om. I* **12** aprobantur *C* improbantur] imprib/antur *1 litt. eras.* $C^a$ **13** edicto *T* praeueniamus $J^2$ **14** aliquid uolens] *ita O K P T*, uolens aliquid *cett. codd.* μ .

VIII. *om. B C* **1** quod *F T* °sint (n *exp.*) *I* **2** sed] nam *T* **2/3** iam non *T* **3** erit] est *T* **4** Tunc] *praem.* et $S^2$, *add.* enim *T* **5** corrumpit] rū *s. l.* $T^1$ °aut *pr.*] et $R^a$ **6** pari] pa/ri *1 litt. eras. K* **7** °ipso] ipsum $S^2$, *add.* frui *E* °frui *om. E* **9** ipsum] m *eras. N* et *tert.*] ut $S^2$ **10** nosmetipsos] metipsos $C^a$, nometipsos $T^a$ **11** uersos *J* $K^1$ **12** aut *pr. om. T* ad *alt. om. C*

coniungit seque cum eis tertium complexu incorporeo sine ulla confusione constringit.

IX. [IX **14**] Conceptum autem uerbum et natum idipsum est cum uoluntas in ipsa notitia conquiescit, quod fit in amore μ 885 spiritalium. Qui enim uerbi gratia perfecte nouit perfecteque amat iustitiam, iam iustus est etiamsi nulla exsistat secundum eam forinsecus per membra corporis operandi necessitas. In amore autem carnalium temporaliumque rerum sicut in ipsis animalium fetibus alius est conceptus uerbi, alius partus. Illic enim quod cupiendo concipitur adipiscendo nascitur quoniam non sufficit auaritiae nosse et amare aurum nisi et habeat, neque nosse et amare uesci aut concumbere nisi etiam id agat, neque nosse et amare honores et imperia nisi proueniant. Quae tamen omnia nec adepta sufficiunt : *Qui enim biberit,* inquit, *ex hac aqua sitiet iterum* ; ideoque et in psalmis : *Concepit,* inquit, *dolorem et peperit iniquitatem. Dolorem* uel *laborem* dicit concipi cum ea concipiuntur quae nosse ac uelle non sufficit, et inardescit atque aegrotat animus indigentia donec ad ea perueniat et quasi pariat ea. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur et reperta atque comperta, quae uerba quasi a partu ducta resonant, quia *concupiscentia cum conceperit parit peccatum.* Vnde dominus clamat : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis,* et alio loco : *Vae praegnantibus et mammantibus in illis diebus.* Cum itaque ad partum uerbi referret omnia uel recte facta uel peccata : *Ex ore,* inquit, *tuo iustificaberis et ex ore tuo condemnaberis,* os uolens

IX. **8** Iac. 1, 15. **12/13** Ioh. 4, *13. **14** Ps. 7, 15. **14/15** Ps. 7, 15 ; Iob 15, 35. **15** Is. 59, 4. **19/20** Iac. 1, 15. **20/21** Matth. 11, 28. **21/22** Matth. 24, *19 ; Marc. 13, *17 ; Luc. 21, *23. **23/24** Matth. 12, *37.

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**14** cuniungit *J* corporeo *J.*

IX. *om. B C* **2** °cum] quo *M* conqscit $C^a$ **4** °etiamsi] si $M^a$ **6** °ipsis] *add.* animaliumque rerum sicut in ipsis *M* **7** alius *pr.*] aliis $C^a$ **8** concupiendo *T* **9** °aureum *R* **10/11** neque — agat *om. T* **11** honoras $C^a$ et *alt.*] set $C^a$ **13** °ex hac inquit μ °psalmo μ **14** uel] et *J* **15** ac] aut *F* **16** °inardescet $R^a$ aque $C^a$ **18** lingua] u *s. l.* $T^1$ reperta] re/perta *1 litt. eras. N* **19** a partu] apertu $C^a$ dicta *J* resonat *P* °quia] *add.* cum $E^2$ **20** conciperit $C^a$ pariet *O S* **21** alia (*corr. 1 m.*) *T* **22** mammantibus] mammatibus *C,* lactantibus *S* **23** omnia] *praem.* haec *T* °recta *C I* °facta *om. I* **23/24** ex — iustificaberis *om.* $T^a$ **24** iustificaueris $K^a$ condemnaueris *K*

intellegi non hoc uisibile sed interius inuisibile cogitationis et cordis.

x. [X **15**] Recte ergo quaeritur utrum omnis notitia uerbum an tantum amata notitia. Nouimus enim et ea quae odimus, sed nec concepta nec parta dicenda sunt animo quae nobis displicent. Non enim omnia quae quoquo modo tangunt concipiuntur, ut tantum nota sint non tamen uerba dicantur ista PL 969 de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur uerba quae spatia temporum syllabis tenent siue pronuntientur siue cogitentur ; aliter omne quod notum est uerbum dicitur animo impressum quamdiu de memoria proferri et definiri potest, quamuis res ipsa displiceat ; aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus uerbi accipiendum est quod ait apostolus : *Nemo dicit : Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto* ; cum secundum aliam uerbi notionem dicant hoc et illi de quibus ipse dominus ait : *Non omnis qui mihi dicit : Domine, domine, intrabit in regnum caelorum.*

Verumtamen cum et illa quae odimus recte displicent recteque improbantur, approbatur eorum improbatio et placet et uerbum est. Neque uitiorum notitia nobis displicet sed ipsa uitia. Nam placet mihi quod noui et definio quid sit intemperantia, et hoc est uerbum eius. Sicuti sunt in arte nota uitia, et recte approbatur eorum notitia cum discernit cognitor speciem priuationemque uirtutis sicut aiere et negare et esse et non esse ; attamen uirtute priuari atque in uitium deficere damnabile est. Et definire intemperantiam uerbumque eius dicere pertinet ad artem morum ; esse autem intempe-

---

x. **12/13** 1 Cor. 12, *3. **14/15** Matth. 7, *21.

---

Codd. : *usque ad* x, **19** et *def. A ; B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M* R *; def. V*).

---

**25** °cogitationis et] cogitationes $E^a$.

x. *om. B C* **1** Recte ergo] *del.* $J^2$ **2** Nouimus] quaerimus *C* **4** °quoquo modo] quodammodo *F J* $P^a$ *T E* R, quomodo *I* °tangunt] tanguntur $O^3$ *I*, *praem.* mentem *T* **5** ut] *praem.* sed alia $B^2$ *N* $O^3$ *K μ* tamen] autem *T* dicuntur $C^2$ ista] *praem.* sicut $B^2$ $O^3$ *K P μ* **6** Aliter] i *s. l.* $K^1$ **7** syllabis *om.* $B^a$ **9** et] aut *J* difiniri $B^2$, diffiniri $O^3$ *P* **10** res] *s. l.* $T^1$ quod] cum *C K*, *add.* cum *F* **14** °ipse *om. E* omnes $K^a$ mihi dicit] *ita B C O* $K^2$ *T*, mihi dicent $K^a$, dicit mihi *cett. codd. μ* **15** intrauit $K^a$ **17** approbantur $C^a$, approba/tur *1 litt. eras. T* **18** uerum *K* Neque] *add.* enim $S^2$ **19** diffinio *A P*, deffinio $A^2$, difinio $B^2$ *C* **20/21** uitia nota *T* **22** priuationemque] priuationem rationemque *T* sicuti *S F P* aiere] e *pr. eras. O*, agere $C^a$ *S K*, aire *F T* **23** et *pr. om. A* $B^a$ *F μ* non esse et esse *C* attamen] et tamen *T* **24** difinire $B^2$, diffinire *P et sic semper nisi aliter notetur* **25** °artem] partem *M*

rantem ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut nosse ac definire quid sit soloecismus pertinet ad artem loquendi; facere autem uitium est quod eadem arte reprehenditur. Verbum est igitur quod nunc discernere et insinuare uolu- μ 886 mus, cum amore notitia. Cum itaque se mens nouit et amat, iungitur ei amore uerbum eius. Et quoniam amat notitiam et nouit amorem, et uerbum in amore est et amor in uerbo et utrumque in amante atque dicente. [**16**] Sed omnis secundum speciem notitia similis est ei rei quam nouit. Est enim alia notitia secundum priuationem quam cum improbamus loquimur, et haec priuationis improbatio speciem laudat ideoque approbatur.

XI. [XI] Habet ergo animus nonnullam speciei notae similitudinem siue cum ea placet siue cum eius priuatio displicet. Quocirca in quantum deum nouimus similes sumus, sed non ad aequalitatem similes quia nec tantum eum nouimus quantum ipse se. Et quemadmodum cum per sensum corporis discimus corpora fit aliqua eorum similitudo in animo nostro quae phantasia memoriae est (non enim omnino ipsa corpora in animo sunt cum ea cogitamus sed eorum similitudines, itaque cum eas pro illis approbamus erramus; error est namque pro alio alterius approbatio; melior est tamen imaginatio corporis in animo quam illa species corporis in quantum haec in meliore natura est, id est in substantia uitali sicuti est animus), ita cum deum nouimus, quamuis meliores efficiamur quam eramus antequam nossemus maximeque cum eadem notitia etiam placita digneque amata uerbum est fitque aliqua dei similitudo illa notitia, tamen inferior est quia in inferiore natura est; creatura quippe animus, creator autem deus. Ex PL 970 quo colligitur quia cum se mens ipsa nouit atque approbat sic est eadem notitia uerbum eius ut ei sit par omnino et aequale atque identidem quia neque inferioris essentiae notitia

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R*; *def. V*).

---

**26** quos *K* **27** pertineat *A* $C^{a}$ **28** artem $C^{a}$ **29** °discere *M* °et] ac μ **30** cum *pr. om. C* notitae *J* **31** °iugitur *L* amor *A* $B^{a}$ **35** improbamus] *add.* et *T.*

XI. *om. A B C J T* **2/3** Quocirca] *praem.* XI *J T* **3** similes] *add.* ei *F T* **4** °qualitatem $R^{a}$ **5** sensus *T* dicimus $A^{a}$ **6** fit] *praem.* et $B^{2}$ °eorum aliqua μ nostro *om. T* **7** phantasiae *A*, phantassia $C^{a}$ memoria *P*, in memoria *F* **9** °namque est $I^{a}$ μ **11** haec] e *exp.* $C^{2}$ **12** est *pr. om. P* **12/13** °animus est μ **13** °efficimur $R^{a}$ **14** °nossemus] essemus *I* cum] dum *T* **15** fit *T* **16** in *om.* $N^{a}$ $O^{a}$ *S* °inferiore] inferiori (i *tert. ex* a *per ras.*) *C*, inferior/ *1 litt. eras. S*, inferior *E* **17** °creatura] creaturę (*corr. 1 m.*) *L* deus] *add.* est *N* **18** ipsam $A^{2}$ ? **19** °sit] fit *M* et omnino *T* **20** aequalis *T*

est sicut corporis neque superioris sicut dei. Et cum habeat notitia similitudinem ad eam rem quam nouit, hoc est cuius notitia est, haec habet perfectam et aequalem qua mens ipsa quae nouit est nota. Ideoque et imago et uerbum est quia de illa exprimitur cum cognoscendo eidem coaequatur, et est gignenti aequale quod genitum est.

xii. [XII **17**] Quid ergo ? Amor non erit imago, non uerbum, non genitus ? Cur enim mens notitiam suam gignit cum se nouit, et amorem suum non gignit cum se amat ? Nam si propterea est notionis suae causa quia noscibilis est, amoris etiam sui causa est quia est amabilis. Cur itaque non utrumque genuerit difficile est dicere. Haec enim quaestio etiam de ipsa summa trinitate, omnipotentissimo creatore deo, *ad* cuius *imaginem homo factus est* solet mouere homines quos ueritas dei per humanam locutionem inuitat ad fidem, cur non spiritus quoque sanctus a patre deo genitus uel creditur uel intellegitur, ut filius etiam ipse dicatur.

Quod nunc in mente humana utcumque uestigare conamur ut ex inferiore imagine in qua nobis familiarius natura ipsa nostra quasi interrogata respondet exercitatiorem mentis aciem ab inluminata creatura ad lumen incommutabile dirigamus ; si tamen ueritas ipsa persuaserit, sicut *dei uerbum* filium esse nullus christianus dubitat, ita caritatem esse spiritum sanctum. Ergo ad illam imaginem quae creatura est, hoc est ad rationalem mentem diligentius de hac re interrogandam μ 887
considerandamque redeamus ubi temporaliter exsistens nonnullarum rerum notitia quae ante non erat, et aliquarum rerum amor quae antea non amabantur, distinctius nobis ape-

xii. **7/8** Gen. 9, *6. Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, *1. **16** Eccli. 1, *5 ; 1 Thess. 2, *13 ; Apoc. 19, *13.

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M* R ; *def. V*).

**22** °hoc] id *M* **23** notitiam *J* haec habet *om. J* °haec] hanc $C^2$, *i. r.* $N^2$, $S^2$ ; *om.* $M^a$ **24** nouit] *praem.* se *T* **25** °cum *om.* $R^a$ °idem *M* coaequaliter $A^a$, quoaequatur $C^a$.

xii. *om. A B C* **1/2** Quid — genitus *om. C* **4** quia] a *s. l.* $A^1$, i *s. l.* $T^1$ °est *alt.*] *add.* amor R **5** °utrumque itaque non μ **7** °omnipotenti $E^2$ **9** huma $A^a$ **10** uel creditur] *bis, pr. eras. O* **10/11** intellegatur $S^2$ **12** inuestigare $A^2$ *F T* μ **13** °inferiori R inmagine $T^a$ quo *N O* **14** quasa (*corr. 1 m.*) *T* respondit $C^a$ **17** christianorum *P* **18** sanctum] *add.* nullus ambigat *T* Ergo] *praem.* viiii *A B* °imaginem illam μ **19** rationabilem *P* interroganda *O S K* **20** considerandaque *O S K* **21** antca *P* μ erant (n *eras.*) *P* **22** °distintius $A^a$, distincti *L*

rit quid dicamus quia et ipsi locutioni temporaliter dirigendae facilior est ad explicandum res quae in ordine temporum comprehenditur.

[**18**] Primo itaque manifestum sit posse fieri ut sit aliquid scibile, id est quod sciri possit, et tamen nesciatur ; illud autem fieri non posse ut sciatur quod scibile non fuerit. Vnde liquido tenendum est quod omnis res quamcumque cognoscimus congenerat in nobis notitiam sui ; ab utroque enim notitia paritur, a cognoscente et cognito. Itaque mens cum se ipsa cognoscit sola parens est notitiae suae ; et cognitum enim et cognitor ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis et antequam se nosset, sed notitia sui non erat in ea cum se ipsa non nouerat. Quod ergo cognoscit se parem sibi notitiam sui gignit quia non minus se nouit quam est nec alterius essentiae est notitia eius, non solum quia ipsa nouit, sed etiam quia se ipsam sicut PL 971
supra diximus.

Quid igitur de amore dicendum est cur non etiam cum se amat ipsum quoque amorem sui genuisse uideatur ? Erat enim amabilis sibi et antequam se amaret quia poterat se amare, sicut erat sibi noscibilis et antequam se nosset quia se poterat nosse. Nam si non sibi esset noscibilis, numquam se nosse potuisset ; ita si non sibi esset amabilis, numquam se amare potuisset. Cur itaque amando se non genuisse dicatur amorem suum sicut cognoscendo se genuit notitiam suam ? An eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium unde procedit ? Ab ipsa quippe mente procedit quae sibi est amabilis antequam se amet, atque ita principium est amoris sui quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut notitia sui qua se nouit quia notitia iam inuentum est μ 888
quod partum uel repertum dicitur, quod saepe praecedit

---

**31/39** cf. Porph., sent. 40, 5-6 (uide J. Pépin, a.c., p. 103-104).

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

---

**23** dicerendae *C*, dicendae $C^2$, digerendae *J P* **27** scire $C^a$ illud] *praem.* VIIII *C* **28** °fieri *om.* $R^a$ **29** quamcumque] qua/cumque *1 litt. eras.* $S^a$ **30** cum generat *A J*, comgenerat $A^2$ enim] eius *J* **31** paritura cognoscente *S* ipsam *J* μ **32** suae noticiae *F* **33** errat $C^a$ °ipsa sibi *E* ipsi *J* **34** °cum] quo *M* ipse $S^a$, ipsam *J* **37** ipsa] ipsum *K* quia *alt.*] a *s. l.* $C^1$ ? se] ipse *T* °ipsam] ipsa *E* **38** diximus] *add.* sicut erat sibi noscibilis et antequam se nosset *i. mg.* $N^2$, *P* **39** °igitur] ergo μ de amore] *bis, pr. del J* **40** est *T* **41** sibi] sui $A^a$ **42** se *om. J* quia] qua *C* **43** se poterat] *ita C N O S T*, poterat se *cett. codd.* μ Nam] *add.* sicut *F T* **44** ita] *add.* uero $S^2$ **45** amare] a *pr. s. l.* $T^1$ non] *s. l.* $K^1$ dicatur genuisse *J* genuisse] i *s. l.* $K^1$ **46** se *om.* $A^a$ $B^a$ **47** °An] in *S E L*, *add.* in R °ostendit *L* amoris esse] amari posse *J* amori *F T* **48** mente quippe *P* **49** amoris] mori $C^a$ **50** °amet *E*

inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi, quod idem ualet si dicas reperiendi. Quae autem reperiuntur quasi pariuntur, unde proli similia sunt. Vbi nisi in ipsa notitia ? Ibi enim quasi expressa formantur. Nam etsi iam erant res quas quaerendo inuenimus, notitia tamen ipsa non erat quam sicut prolem nascentem deputamus. Porro appetitus ille qui est in quaerendo procedit a quaerente et pendet quodam modo, neque requiescit fine quo intenditur PL 972 nisi id quod quaeritur inuentum quaerenti copuletur. Qui appetitus, id est inquisitio, quamuis amor esse non uideatur quo id quod notum est amatur (hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur), tamen ex eodem genere quiddam est. Nam uoluntas iam dici potest quia omnis qui quaerit inuenire uult, et si id quaeritur quod ad notitiam pertineat, omnis qui quaerit nosse uult. Quod si ardenter atque instanter uult, studere dicitur, quod maxime in assequendis atque adipiscendis quibusque doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quidam quo id quod nosse uolumus quaerendo et inueniendo nascitur proles ipsa notitia, ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturque notitia partus et proles recte dici non potest. Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscendae fit amor cognitae dum tenet atque amplectitur placitam prolem, id est notitiam gignentique coniungit. Et est quaedam imago trinitatis, ipsa mens et notitia eius, quod est proles eius ac de se ipsa uerbum eius, et amor tertius, *et haec tria unum* atque una substantia. Nec minor proles dum tantam se nouit mens quanta est, nec minor amor dum tantum se diligit quantum nouit et quanta est.

---

**65** cf. Matth. 7, 7 ; Luc. 11, 9 ; 14, 10. **77/78** 1 Ioh. 5, *7.*8.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test. : 75** Et — **80** est [*Ben., munim. VII, f. 13-13*$^v$].

---

**53** eo *om. T* **55** °prolis *I R* **56** °in *om. M* °formantur] n *s. l.* $K^1$, formentur $R^a$ **57** quas *om.* $A^a$ **59** in quaerendo] inquirendo $S^a$ a] ad *S*, ita *K* quaerentem *S* **60** quodammo $S^a$ °requies est *M* **61** id] ad *S* **63** quo] quia *i. r. et s. l.* $B^2$ ; quod *S*, (d *exp.*) *K* ut] *add.* non *del. K* **64** quiddam] d *alt. s. l.* $K^1$ **65** omnis] i *ex* e *per ras. K* **66** id *om. T* quod] *eras. C* **70** quo] quod *N P* °id *om. I* **71** prolis $A^a$ $C^a$ notitia ipsa $J^a$ notitae *S* appetitus] appetitu/ *1 litt. eras. C* **71/72** ac — notitia *om. J* **72** ille] *om.* $B^a$, illo *C* quo *om. C* paritur quae (e *alt. eras.*) *K* prolis $A^a$ **73** non] *eras. A*, *om. N O S J* $P^a$ *T* quo/ *1 litt. eras. K* **74** amor/ *1 litt. eras. N* °placidam *I M* **75** gignentemquae *C*, gignentemque $C^2$, gignenti quae *S*, gignendi quae $S^2$ **76** notia $O^a$ **78** °tanta $A^a$ *L*, tantum *N O S K P E I* **79** minor] *add.* est *N O S P* **80** quanta] quant// *2 litt. eras.* $A^a$, quantum *S*.

## LIBER X

I. [I 1] Nunc ad ea ipsa consequenter enodatius explicanda μ 887 limatior accedat intentio. Ac primum quia rem prorsus igno- PL 971 tam amare omnino nullus potest, diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium, id est non iam scientium sed adhuc scire cupientium quamque doctrinam. Et in his quippe rebus in quibus non usitate dicitur studium solent exsistere amores ex auditu dum cuiusque pulchritudinis fama ad uidendum ac fruendum animus accenditur quia generaliter nouit corporum pulchritudines ex eo quod plurimas uidit, et inest intrinsecus unde approbetur cui forinsecus inhiatur. Quod cum fit non rei penitus incognitae amor excitatur cuius genus ita notum est. Cum autem uirum bonum amamus cuius faciem non uidimus, ex notitia uirtutum amamus quas nouimus in μ 888 ipsa ueritate.

Ad doctrinas autem cognoscendas plerumque nos laudantium atque praedicantium accendit auctoritas, et tamen nisi breuiter impressam cuiusque doctrinae haberemus in animo notionem, nullo ad eam discendam studio flagraremus. Quis enim sciendae uerbi gratia rhetoricae ullam curam et operam impenderet nisi ante sciret eam dicendi esse scientiam ? Aliquando etiam ipsarum doctrinarum fines auditos expertosue miramur et ex hoc inardescimus facultatem comparare discendo qua ad eos peruenire possimus, tamquam si litteras PL 972 nescienti dicatur quandam esse doctrinam qua quisque ualeat

---

I. **2/3** cf. VIII, IV, 6/7 ; VIII sqq. ; IX, III, 1/2 ; XIII, IV, 10 ; V, 31/32 ; XX, 59/60.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

**Test.** : I. **1** consequenter — **3** intuendum [*Ben.*, *munim. VIII, f. 14*].

---

°I.] *praem.* In hoc libro decimo hoc ipsud diligentius subtiliusque tractatum est atque ad id perductum ut inueniretur in mente euidentior trinitas eius, in memoria scilicet et intellegentia et uoluntate. Sed quoniam et in hoc compertum est quod mens numquam esse ita potuerit ut non sui meminisset, non se intellegeret et diligeret. Cum autem se cogitaret, non se a corporalibus rebus eadem cogitatione discerneret, dilata est de trinitate cuius haec imago est disputatio ut in ipsis etiam corporalibus uisis inueniretur trinitas et distinctio in ea et lectoris exerceretur intentio (*XV*, III, *75-84*). Incipit liber X *I* **1/2** Nunc — intentio] *del.* $J^2$ **1** nodatius *S*, et enodatius $S^2$ **2** elimatior $A^2$ accedit $A^a$ $B^a$ **2/3** prorsus ignotam rem $F^a$ **4** iam non *C* **5** doctrinae $C^a$ °in *om.* $L^a$ *M* **7** °amatores *E* °cuiusdemque $I^a$ fama/ *1 litt. eras. O* **9** uidet $S^a$ **11** °amore *I M* excitatur] *add.* cum *J* gens $K^a$ **11/12** ita notum] sit agnitum *J* **12** autem] enim *A* uerum *S* **13** uidemus *K* **15** autem] enim *A* **16** accedit *K* tamen] non *A* **18** nulla *C* **19** °operum *M* **20** °ante *om.* $I^a$ °discendi (s *eras.*) *A*, $R^a$ **22** mira//mur *2 litt. eras. S* **23** qua] quas *C*, quia sic $C^2$ possumus *C* **24** nesciendi $A^a$

quamuis longe absenti uerba mittere manu facta in silentio quae rursus ille cui mittuntur non auribus, sed oculis colligat idque fieri uideat. Nonne dum concupiscit nosse quo id possit μ 889 omni studio circa illum finem mouetur quem iam notum tenet ? Sic accenduntur studia discentium. Nam quod quisque prorsus ignorat amare nullo pacto potest.

[2] Ita etiam signum si quis audiat incognitum ueluti uerbi alicuius sonum quo quid significetur ignorat, cupit scire quidnam sit, id est sonus ille cui rei commemorandae institutus sit, ueluti audiat cum dicitur 'temetum,' et ignorans quid sit requirat. Iam itaque oportet ut nouerit signum esse, id est non esse inanem illam uocem sed aliquid ea significari ; alioquin iam notum est hoc trisyllabum, et articulatam speciem suam impressit animo per sensum aurium. Quid amplius in eo requiratur quo magis innotescat cuius omnes litterae omniaque soni spatia nota sunt nisi quia simul innotuit signum esse mouitque sciendi cupiditatem cuius rei signum sit ? Quo igitur amplius notum est sed non plene notum est, eo cupit animus de illo nosse quod reliquum est ; si enim tantummodo esse istam uocem nosset eamque alicuius rei signum esse non nos- PL 973 set, nihil iam quaereret sensibili re quantum poterat sentiendo percepta. Quia uero non solum esse uocem sed et signum esse iam nouit, perfecte id nosse uult ; neque ullum perfecte signum noscitur nisi cuius rei signum sit cognoscatur. Hoc ergo qui ardenti cura quaerit ut nouerit studioque accensus insistit, num potest dici esse sine amore ? Quid igitur amat ? Certe enim amari aliquid nisi notum non potest. Neque enim ille istas tres syllabas amat quas iam notas habet (quod si iam hoc in eis amat quia scit eas significare aliquid, non inde nunc agitur ; non enim hoc nosse quaerit). Sed in eo quod scire stu-

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**25** mittere *om. S*$^{a}$ **26** °quam *L M* **27** °idque] adque *M* °quo] eo *A*$^{a}$, *om. S L*, quo/ *1 litt. eras. K P R*, quod *E I M* id] quid *S* **28** mouetur] moue/tur *1 litt. eras. O* °notum] nondum *R*$^{a}$ **29** accinduntur *C*$^{a}$ discentium] adipiscentium *S J*, dicentium *C*$^{a}$ **30** pacto] modo *J* **31** Ita] *praem.* II *A B C* si — incognitum *om. C* ingcognitum (g *pr. exp.*) *T* **32** alicus *C*$^{a}$ °quo] quod *M* significet *A*$^{a}$ **33** id — sit *om. T*$^{a}$ **34** ueluti] *add.* si *S*$^{2}$ *T μ* °dicit *M* ignorat *A*$^{a}$, (*?*) *O*$^{a}$ **36** non] *s. l. C*$^{1}$ °ea] *praem.* ex *E*, eam *I*$^{a}$ **36/37** aliquin *C*$^{a}$ **38** aurium] *eras. J* **39** °requiritur *A*$^{2}$ *L*, requiretur *I* quod *B*$^{2}$ *N P* **40** notata *N*, nota/ *1 litt. eras. P* nisi] si *s. l. A*$^{1}$ quia] i *s. l. K*$^{1}$ innotuit simul *F*$^{a}$ **41** mouitque — rei] *i. r. N*$^{2}$ °mouetque *A*$^{2}$, monuitque *L*$^{2}$ °scienti *I* **42** notum *alt.*] totum *K* **43** reliquum quod *F*$^{a}$ reliqum *O*$^{a}$, requum *J* esse/ *1 litt. eras. K* **45** sensibili] *praem.* de *A*, sensibile *S*$^{2}$ re *om. S* **48** °cui *I* qui] quia *A*$^{2}$ **50** num] non *J P T* esse] *add.* studiosus *C*$^{2}$ **51** enim *om. A*$^{a}$ *B*$^{a}$ *C K* **52** iam] *ita N O J K P T*, *om. cett. codd. μ* **53** inde] in///de *3 litt. eras. N* **54** quod eo *F*$^{a}$ scire] c *s. l. T*$^{1}$

det quid amet inquirimus, quod profecto nondum nouit, et propterea miramur cur amet quoniam firmissime nouimus amari nisi nota non posse.

Quid ergo amat nisi quia nouit atque intuetur in rationibus rerum quae sit pulchritudo doctrinae qua continentur notitiae signorum omnium ; et quae sit utilitas in ea peritia qua inter se humana societas sensa communicat ne sibi hominum coetus deteriores sint quauis solitudine si cogitationes suas conloquendo non misceant ? Hanc ergo speciem decoram et utilem cernit anima et nouit et amat, eamque in se perfici studet quantum potest quisquis uocum significantium quaecumque ignorat inquirit ; aliud est enim quod eam in ueritatis luce conspicit, aliud quod in sua facultate concupiscit. Conspicit namque in luce ueritatis quam magnum et quam bonum sit omnes omnium gentium linguas intellegere ac loqui nullamque ut alienigenam audire et a nullo ita audiri. Cuius notitiae decus cogitatione iam cernitur amaturque res nota, quae ita conspicitur atque inflammat studia discentium ut circa eam moueantur eique inhient in omni opera quam impendunt consequendae tali facultati ut etiam usu amplectantur quod ratione praenoscunt, atque ita quisque cui facultati spe propinquat ei feruentius amore inardescit. Eis doctrinis quippe studetur uehementius quae capi posse non desperantur. Nam cuius rei adipiscendae spem quisque non gerit, aut tepide μ 890
amat aut omnino non amat, quamuis quam pulchra sit uideat. Quocirca quia omnium linguarum scientia fere ab omnibus desperatur, suae gentis quisque maxime studet ut nouerit. Quod si et illi ad perfectum percipiendae se non sufficere sentit, nemo tamen tam desidiosus est huius notitiae qui non

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**55** °quid amet] quidam et *S I*, quidem et $S^2$, quid iam et *E* inquirit *T* profecto quod $F^a$ quod] quid *S* **56** °propterea] *add.* nondum *del. E* cur amet] curam *T* **57** °nisi] *praem.* non $I^a$ **59** continetur $A^a$ °notitiae] *i. r.* $N^2$, notitia *I* **60** omnium] hominum (*corr. per ras.*) *T* sit *om.* $N^a$ *O S J* utilitas] *add.* sit $O^3$ **61** °sensa] *add.* sua $O^3$, *om.* $I^a$ **62** sint] n *exp.* $C^2$ °quamuis *S E M* °solitudine] *praem.* in *exp. E* cogitationis $C^a$ **63** misceat $A^a$ *C* °hec *M* utilem] util/em *1 litt. eras. C* **64** °eaque *I* **65** significantia $A^a$, significantiam *P* quamcumque $A^2$ *P* **66** ea *J* **67** facultate] uoluntate *T* Conspicit *alt.*] s *s. l.* $F^1$, *om. S*, concupiscit $P^a$ $T^a$ **68** bonum et quam magnum $F^a$ **69** °omnis (?) $A^a$, omne $S^a$, omnem *E* linquam $A^a$ nullumque *C S* alienigena *A*, (a *alt. i. r.*) $N^2$, *F K P* μ a] *s. l.* $C^1$ **71** cognitione *T* **72** °dicentium $A^a$ *M* **73** moueatur $A^a$ inhient] inhien/t *1 litt. eras. K* opera] a *i. r.* $N^2$ **74** consequenda $A^a$ $S^a$ facultate (*corr. 1 m.*) *J* etiam] *i. r.* $P^1$ usum *K* amplectatur $T^a$ **75** facultatis $B^2$ *N* $O^a$ *J* **75** spe] sepe $L^a$ **76** °ei] *praem.* ei frequentius *T*, *om. M* °fruentius *L* **77** °qua *M* **78** adipiscendae] cen *s. l.* $K^1$ **82** °sufficere] suffi//cere *2 litt. eras. A*, sufficeret *E*

cum audierit incognitum uerbum uelit nosse quid illud sit et si potest quaerat ac discat. Quod dum quaerit utique in studio discendi est et uidetur amare rem incognitam, quod non ita est. Species namque illa tangit animum quam nouit et cogitat in qua elucet decus consociandorum animorum in uocibus notis audiendis atque reddendis, eaque accendit studio quaerentem quidem quod ignorat, sed notam formam quo id pertineat intuentem et amantem. Itaque si quaerenti uerbi gratia quid sit 'temetum' (hoc enim exempli causa posueram), PL 974 dicatur : 'Quid ad te pertinet ?', respondebit : 'Ne forte audiam loquentem et non intellegam, aut uspiam forte id legam et quid scriptor senserit nesciam.' Quis tandem huic dicat et : 'Noli intellegere quod audis ; noli nosse quod legis' ? Omnibus enim fere animis rationalibus in promptu est ad uidendum huius peritiae pulchritudo qua hominum inter se cogitata significantium uocum enuntiatione noscuntur ; propter hoc notum decus et ob hoc amatum quia notum studiose quaeritur uerbum illud ignotum. Itaque cum audierit atque cognouerit 'temetum' a ueteribus uinum appellatum sed iam ex usu loquendi quem nunc habemus hoc uocabulum emortuum, propter nonnullos fortasse ueterum libros sibi necessarium deputabit. Si autem et illos superuacaneos habet, forte iam nec dignum quod memoriae commendet existimat quia uidet ad illam speciem doctrinae quam notam mente intuetur atque amat minime pertinere.

[**3**] Quamobrem omnis amor studentis animi, hoc est uolentis scire quod nescit, non est amor eius rei quam nescit sed eius quam scit propter quam uult scire quod nescit. Aut si

---

**101/102** cf. Plaut., aulul., 355 ; Iuuen., sat., 15, 25 ; Cic., rep. IV, fragm. VI, 6 (apud Non., comp.) ; Horat., epist. II, 2, 163. **110.111** cf. Socrat., ignot. loc. (an Plato ?) ; Hieron., in hiez. XIII, XLII, 1/12 ; epist. 53, 9, 2 ; epist. 57, 12, 4 ; Cic., acad. II, XXIII, 74 ; Eccle. 6, 9 ; supra I, I, 16 ; infra X, II, 2/3.25/26 ; X, 42.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

---

**84** °audierit] audi/erit *1 litt. eras. K*, audierint $R^a$ quod *T* et] sed *T* **85** dum] cum *A* **86** rem amare *T* **88** qua lucet $A^a$ $B^a$ $C^2$, quae lucet *C* °consentiendorum *R* **89** redendis $C^a$, promendis *T* accedit $S^a$ **90** quidem] quid est (*?*) $F^a$ notam] ñtā *J* **90/91** °quo id] quod $A^a$, (d *eras.*) *S* ; quo *E* **91** Itaque] *praem.* III *A B C* **94** uspiam] turpia *S*, turpe est $S^2$ id forte *T* id] *praem.* si $S^2$ °id legam] adlegam *M* **95** quid] quod *P* tandem] tam demens *T* et] *ita A C O S K*, *om.* $A^2$ $O^3$ $S^2$ *cett. codd.* $\mu$ **96** nosse] esse $T^a$ omni $T^a$ **97** enim *om.* $S^a$ rationabilibus $O^3$ *T* °promtum $A^a$ *I* **98** pulchritudinem *T* quo *J* °cogitata] *add.* a *M* **99** °noscantur $R^a$ **100** °decus *om.* $R^a$ °ab *C E* **102** apellatum $O^a$ **103** °hoc *om. M* **105** deputauit $S^a$ $P^a$ °superuocaneos $L^2$ **106** existimet (e *alt. i. r.*) $B^2$, *C* **107** mente/ *1 litt. eras. S K* **110** °amor] *add.* quo necsit $M^2$ **111** °scit] sit R

tam curiosus est ut non propter aliquam notam causam sed solo amore rapiatur incognita sciendi, discernendus quidem est ab studiosi nomine iste curiosus ; sed nec ipse amat incognita, immo congruentius dicitur, 'odit incognita,' quae nulla esse uult dum uult omnia cognita. Sed ne quisquam nobis difficiliorem referat quaestionem asserens tam non posse quemquam odisse quod nescit quam non potest amare quod nescit, non resistimus ueris, sed intellegendum est non hoc idem dici cum dicitur : 'Amat scire incognita,' ac si diceretur : 'Amat incognita' ; illud enim fieri potest ut amet quisque scire incognita, ut autem amet incognita non potest. Non enim frustra ibi est positum 'scire' quoniam qui scire amat incognita non ipsa incognita sed ipsum scire amat. Quod nisi haberet cognitum, neque scire se quidquam posset fidenter dicere neque nescire. Non solum enim qui dicit : 'Scio,' et uerum dicit necesse est ut quid sit scire sciat ; sed etiam qui dicit : 'Nescio,' idque fidenter et uerum dicit et scit uerum se dicere, scit utique quid sit scire quia et discernit ab sciente nescientem cum ueraciter se intuens dicit : 'Nescio'. Et cum μ 891 id se scit uerum dicere, unde sciret si quid sit scire nesciret ?

II. [II 4] Quilibet igitur studiosus, quilibet curiosus non amat incognita etiam cum ardentissimo appetitu instat scire quod nescit. Aut enim iam genere notum habet quod amat idque nosse expetit etiam in aliqua singula uel in singulis rebus quae illi nondum notae forte laudantur, fingitque animo

---

II. **2/3** cf. Socrat., ignot. loc. (an Plato ?) ; Hieron., in hiez. XIII, XLII, 1/12 ; epist. 53, 9, 2 ; epist. 57, 12, 4 ; Cic., acad. II, XXIII, 74 ; Eccle. 6, 9 ; supra I, I, 16 ; X, I, 110.111 ; infra X, II, 25/26 ; X, 42.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**112** non] *add.* tam $A^a$ $B^a$ °aliquam — causam] causam aliam notam μ aliquam] alio *S* **113** sciendi] *add.* di *exp.* *T* dicernendus $O^a$ **114** ab] b *eras.* *F J* ipsa *N* **115/116** quae — cognita *om.* *T* **116** uult *alt.* *om.* *N* **118/119** quam — necsit *om.* *C* $S^a$ **119** resistemus *J* uerius (*?*) *F* **120** dici/ *1 litt. eras.* *J* °amat] amasse *M* **121** quis quae $C^a$ **121/122** illud — incognita *om.* $T^a$ **123** °ubi (*corr. per ras.*) *I* positum est *T* **123/124** incognita *om.* $S^a$ **125** °quisquam $R^a$ μ **125/126** dicere fidenter *T* **126** neque nescire] *eras.* *A* nescire] ne *i. mg.* $T^1$ enim *om.* $S^a$ **128** idque] id utique $S^2$ confidenter $B^2$ uerum *pr.*] uere *T* **129** °se dicere] sed scire *M* scire] nescire (nes *i. r.*) $N^2$, *P* °a *B E* **130** °se] *praem.* in *I* **131** dicere] *add.* unde ueraciter se intuens dicit nescio (nescio *2 m.*) *T* unde] *add.* se $A^a$ $B^a$, *eras.* *C* °sit] se *C* $R^2$, scit R.

II. *om.* *A B C T* **1** quilibet *alt.*] quilibent $C^a$ curiosus] /uriosus *1 litt. eras.* $C^a$ **2** incognite $S^a$ °appetitu *om.* $I^a$ **3** Aut] ut *C* notu *C*, notui $C^2$ °amet *M* **4** singula] *praem.* re *F J T* μ, *add.* re $S^2$ °in *alt.* *om.* L **5** °nondum *om.* *E* °notae] *add.* formae $I^a$ laudabantur (ba *del.*) *T* fingit $N^a$

imaginariam formam qua excitetur in amorem. (Vnde autem fingit nisi ex his quae iam nouerat ? Cuius tamen formae animo figuratae atque in cogitatione notissimae si eam quae laudabatur dissimilem inuenerit, fortasse non amabit ; quod si amauerit, ex illo amare incipiet ex quo didicit. Paulo ante quippe alia erat quae amabatur quam sibi animus formans PL 975 exhibere consueuerat. Si autem illi formae similem inuenerit quam fama praedicauerat cui uere possit dicere : 'Iam te amabam,' nec tunc utique amabat incognitam quam in illa similitudine nouerat.) Aut in specie sempiternae rationis uidemus aliquid et ibi amamus, quod cum expressum in aliqua rei temporalis effigie illis qui experti sunt laudantibus credimus et amamus, non aliquid amamus incognitum unde iam supra satis disseruimus. Aut aliquid notum amamus propter quod ignotum aliquid quaerimus, cuius ignoti amor nequaquam nos tenet sed illius cogniti quo pertinere nouimus ut illud etiam quod adhuc ignotum quaerimus nouerimus sicut de incognito uerbo paulo ante locutus sum. Aut ipsum scire quisque amat, quod nulli scire aliquid cupienti esse incognitum potest. His causis uidentur amare incognita qui scire aliquid uolunt quod nesciunt et propter ardentiorem quaerendi appetitum sine amore esse dici non possunt. Sed quam se res aliter habeat neque omnino quidquam ametur incognitum, arbitror me persuasisse uerum diligenter intuentibus. Sed quia exempla quae dedimus eorum sunt qui aliquid quod ipsi non sunt nosse cupiunt, uidendum est ne forte aliquod nouum genus appareat cum se ipsa mens nosse desiderat.

---

**25/26** cf. Socrat., ignot. loc. (an Plato ?) ; Hieron., in hiez. XIII, XLII, 1/12 ; epist. 53, 9, 2 ; epist. 57, 12, 4 ; Cic., acad. II, XXIII, 74 ; Eccle. 6, 9 ; supra I, I, 16 ; X, I, 110.111 ; II, 2/3 ; infra X, X, 42. **32** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M* R *; def. V*).

---

**6** quae exercitetur (quae exer *i. r.*) $N^2$ qua/ *1 litt. eras. A*, quae *K* exercitetur $P^a$, excitatur *T* **7** °is *T*, iis *μ* cui $A^2$ **8** si] sic (c *eras.*) *N* **9** amabitur *A* **10** illa $A^2$ *S* amore *C N K* $T^a$ °qua $A^2$ $S^2$ *L* **11** quam] quae *C* **13** °fame (*corr. 1 m.*) *J*, forma $R^a$ possit uere *T* **14** °amat (t *i. r.*) $P^1$, E *;* amabit *T* incognita *K* **15** Aut] at *i. r.* $N^2$, *F ; add.* enim $S^2$ **16** expresso $A^a$ $C^a$ **17** °temporali *I* °laudantibus] *add.* et *μ* **19** disseruimus] i *alt. s. l.* $T^1$ Aut] *add.* enim $S^2$ **20/21** °nequam $R^a$ **22** ignotum *K* sicuti *T* **24** quisquam $R^2$ °nullis *M* ignotum *T* **25** °ausis R amari *O* °cognita *S E* qui/ *1 litt. eras. J* **26** nosciunt (*corr. 1 m.*) *T* quaerendi] *om. S, add.* studium *del. T* **27** esse] *s. l.* $J^1$ °quam] *add.* quod $A^2$ *L*, cum *F P M*, quod $P^2$ **30** °quod *om. M* **31** uidendum] *praem.* III *K*.

III. [III 5] Quid ergo amat mens cum ardenter se ipsam quaerit ut nouerit dum incognita sibi est ? Ecce enim mens semetipsam quaerit ut nouerit et inflammatur hoc studio. Amat igitur. Sed quid amat ? Si se ipsam, quomodo cum se nondum nouerit, nec quisquam possit amare quod nescit ? An ei fama praedicauit speciem suam sicut de absentibus solemus audire ? Forte ergo non se amat, sed quod de se fingit hoc amat longe fortasse aliud quam ipsa est. Aut si se mens sui similem fingit et ideo cum hoc figmentum amat se amat antequam nouerit quia id quod sui simile est intuetur, nouit ergo alias mentes ex quibus se fingat et genere ipso sibi nota est. Cur ergo cum alias mentes nouit se non nouit cum se ipsa nihil sibi possit esse praesentius ? Quod si ut oculis corporis magis alii oculi noti sunt quam ipsi sibi, non se ergo quaerat numquam inuentura ; numquam enim se oculi praeter specula uidebunt, nec ullo modo putandum est etiam rebus incorporeis contemplandis tale aliquid adhiberi ut mens tamquam *in speculo* se nouerit. An in ratione ueritatis aeternae uidet quam speciosum sit *nosse se*metipsam, et hoc amat quod uidet μ 892 studetque in se fieri quia, quamuis sibi nota non sit, notum ei tamen est quam bonum sit ut sibi nota sit ? Et hoc quidem permirabile est nondum se nosse et quam sit pulchrum se nosse iam nosse. An aliquem finem optimum, id est securitatem et beatitudinem suam, uidet per quandam occultam memoriam quae in longinqua eam progressam non deseruit, et credit ad eundem finem nisi se ipsam cognouerit se peruenire non posse ?

---

III. - X. cf. Cic., tusc. I, passim (uide A. Schindler, “Wort und Analogie in Augustins Trinitätslehre”, Tübingen, 1965, Anhang 1 “Eine mögliche Quelle des zehnten Buches von De Trinitate : Cicero, Tusculanae disputationes, Buch I”, p. 247-249).

III. **1/2** Pyth. Apoll. Delph. (*γνῶθι σεαυτόν*) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **13/15** cf. Cic., tusc. I, XXVII, 67. **13/14** cf. IX, III, 6/7. **16/17** cf. Cic., tusc. I, XXX, 73. **17/18** Iac. 1, 23 ; 1 Cor. 13, 9.12. **23/25** cf. Plato, phaid., 72 : *ἀνάμνησις*.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

III.] IIII *A B C*, *om. K* **2** ut nouerit *om. C* °ut *om. M* ignota *T* **2/3** °semetipsam] t *s. l.* $O^1$, seipsa *M* **4** Si *om. T* μ **5** nec] ne $C^a$ $J^a$ **6** °solet *E* **7** fingit se $F^a$ **8** Aut] at $S^2$ se] *del.* $S^2$ °similes *S E*, simile (?) *M* **9** finmentum *F* **10** °ergo] igitur μ **11** fingit $T^2$ **12** nouit *pr.*] nouerit *K* se *pr.*] se//// *4 litt. eras. T* **13** praesentus $C^a$ °si ut] sicut *E* **15** nonquam *F* speculum $A^2$ *T*, in speculo (in, -o *i. r.*) $N^2$ **16** incorporibus *C* **17** adhibere *K* **18** se *om. T* An] at *i. r.* $N^2$ **19** nosse] *add.* se *S* **20** quia] qui $S^a$ nota non] ignota *T* **20/21** °tamen ei μ **20** ei *om.* $S^a$ **22** et — nosse *alt. om.* $T^a$ pulcrum sit μ **25** longinquum (um *i. r.*) $B^2$ $N^2$, *J* ; longinquam *C*, (m *eras.*) *O* ; longinquu $C^2$ ; longinquia $S^2$ ; longinquo *T* °progressa *M* °credidit *R* **26** °eandem *M* ipsa *K*

Ita dum illud amat hoc quaerit, et notum amat illud propter PL 976 quod quaerit ignotum. Sed cur memoria beatitudinis suae potuit et memoria sui cum ea perdurare non potuit ut tam se nosset quae uult peruenire quam nouit illud quo uult peruenire ? An cum *se nosse* amat, non se quam nondum nouit sed ipsum nosse amat acerbiusque tolerat se ipsam deesse scientiae suae qua uult cuncta comprehendere ? Nouit autem quid sit nosse, et dum hoc amat quod nouit etiam *se* cupit *nosse.* Vbi ergo nosse suum nouit si se non nouit ? Nam nouit quod alia nouerit, se autem non nouerit ; hinc enim nouit et quid sit nosse. Quo pacto igitur se aliquid scientem scit quae se ipsam nescit ? Neque enim alteram mentem scientem scit sed se ipsam. Scit igitur se ipsam. Deinde cum se quaerit ut nouerit, quaerentem se iam nouit. Iam se ergo nouit. Quapropter non potest omnino nescire se quae dum se nescientem scit se utique scit. Si autem se nescientem nesciat, non se quaeret ut sciat. Quapropter eo ipso quo se quaerit magis se sibi notam quam ignotam esse conuincitur. Nouit enim se quaerentem atque nescientem dum se quaerit ut nouerit. [**6**] Quid ergo dicemus ? An quod *ex parte* se nouit, *ex parte* non nouit ? Sed absurdum est dicere non eam totam scire quod scit. Non dico : 'Totum scit,' sed : 'Quod scit tota scit.' Cum itaque aliquid de se scit quod nisi tota non potest,

---

**31.34** Pyth. Apoll. Delph. (*γνῶθι σεαυτόν*) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **35/50** cf. Porph., sent., 40, 5-6 (uide J. Pépin, a.c., p. 103-104). **35** sqq. *Nam nouit* ... : Plot., enn. V, 3 (49), 1 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 298 sq., 17/19 ; p. 300, 24/27) : *ὀλλὰ μηδὲ νοῦ τῃ φύσει διδόναι παντάπασιν ἄτοπον, εἰ τῶν μὲν ἄλλων γνῶσιν ἔχει, ἑαυτοῦ δὲ μὴ ἐν γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καταστήσεται ... Καὶ ἆρα οὕτω γνώσεται ἑαυτόν, ὅτι γινώσκει ταῦτα μόνον, τίς δὲ ὢν οὐ γνώσεται, ἀλλ' ἃ μὲν αὐτοῦ γνώσεται ὅτι γινώσκαι, τίς δὲ ὢν γινώσκει οὐκέτι; Ἢ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτόν;.* **46** sqq. *Quid ergo* ... : Plot., enn. V, 3 (49), 5 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 304 sq., 1/15) : *Ἆρ' οὖν ἄλλῳ μέρει ἑαυτοῦ ἄλλο μέρος αὐτοῦ καθορᾷ; ... Ἢ πρῶτον μὲν ἄτοπος ὁ μερισμὸς ἑαυτοῦ· ... ὥστε οὐ πάντα οὐδὲ ὅλον γνώσεται ἑαυτόν· ὃν γὰρ εἶδε, θεωρούμενον, ἀλλ' οὐ θεωροῦντα εἶδε·.* **46/47** I Cor. 13, 9.12.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**27** illud *pr.*] illum *J* °amat] *bis L*, amat// *2 litt. eras. O*, *add.* et *T* **30** quo] quod $A^{a}$ **31** se *pr.*] *s. l.* $K^{1}$, *om. T* **32** aceruiusque $A^{a}$ **33** qua] quam $B^{2}$ ? **35** suum nosse *P* **36** alio $P^{a}$ non nouerit] non uerit $N^{a}$ **37** °pacato $C^{a}$, facto $R^{a}$ °se igitur *E L* se *pr. om.* $O^{a}$ **38** enim *om.* $N^{a}$ **39** °ut *om. M* **40** ergo se *S* nouit *alt.*] cognouit *T* **40/41** quae propterea *C* **41** quae] quia $C^{2}$ **42** °nescit *M* **43** quaeret] quaerit *A*, (it *i. r.*) $N^{2}$, *S T* μ, quaerat *C* °eo] et $A^{a}$ *C*, *om. M* se *alt. om. T* **44** notam] nota *A N J T*, no//tam *2 litt. eras. K* ignota *N J T* **45** °se *om.* $I^{a}$ **46** dicimus *C* **47** parte non] *i. mg.* $K^{1}$ **48** °Quod *alt.*] quo *I* scit *tert.*] nescit *S* **49** °scit *pr.*] sit R °scit de se *M* °de se] se *s. l.* $E^{1}$, esse $R^{a}$

totam se scit. Scit autem se aliquid scientem, nec potest quidquam scire nisi tota. Scit se igitur totam.

IV. Deinde quid eius ei tam notum est quam se uiuere ? [IV] Non potest autem et mens esse et non uiuere quando habet etiam amplius ut intellegat, nam et animae bestiarum uiuunt sed non intellegunt. Sicut ergo mens tota mens est, sic tota uiuit. Nouit autem uiuere se ; totam se igitur nouit. Postremo cum *se nosse* mens quaerit, mentem se esse iam nouit ; alioquin utrum se quaerat ignorat, et aliud pro alio forsitan quaerat. Fieri enim potest ut ipsa non sit mens, atque ita dum mentem nosse quaerit non se ipsam quaerat. Quapropter quoniam cum quaerit mens quid sit mens nouit quod se quaerat, profecto nouit quod ipsa sit mens. Porro si hoc in se nouit quod mens est et tota mens est, totam se nouit.

Sed ecce non se nouerit esse mentem cum autem se quaerit ; hoc tantummodo nouerit quod se quaerat. Potest enim etiam sic aliud pro alio quaerere si hoc nescit ; ut autem non quaerat aliud pro alio, procul dubio nouit quid quaerat. At si nouit quid quaerat et se ipsam quaerit, se ipsam utique nouit. Quid ergo adhuc quaerit ? Quod si *ex parte* se nouit, *ex parte* autem adhuc quaerit, non se ipsam sed partem suam quaerit ; cum enim ea ipsa dicitur, tota dicitur. Deinde quia nouit nondum se a se inuentam totam, nouit quanta sit tota. Atque ita quaerit quod deest quemadmodum solemus μ 893
quaerere ut ueniat in mentem quod excidit, nec tamen penitus excidit quia potest recognosci cum uenerit hoc esse quod quaerebatur. Sed quomodo mens ueniat in mentem quasi PL 977

---

IV. **6** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **18/19** 1 Cor. 13, 9.12.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**50** scientem] nescientem *T* **51** tota] totam *N*, (m *eras.*) *O* °Scit] sit *R*$^{a}$ totam] tota *N*, (*?*) *O*$^{a}$.

IV. *om. A B C* **1** ei *om. B* **2** ° et *pr. om. E* °quando] aliquanto *A*$^{2}$ *L* **4** °sed *om. M* tota mens *om. C* **5** °autem] *add.* se *R*$^{a}$ **6** °se *alt.*] add. mens *I*$^{a}$ iam esse *F*$^{a}$ *K* **7** quaerat] *add.* et *S* °aliud] alio *M* **8** quaerat] *om. A*$^{a}$, quaerit *F T* potest] *praem.* non *P* **11** °in *om. I* **12** tota] *add.* est *S*$^{2}$ est *alt.*] et *S* totam] tota *S* **15** non *om. N*$^{a}$ **16** quid] quod *S*$^{a}$ **16/17** At — quaerat *om. S* **16** At] aut *C*, an *J* **17** et] *add.* si *S*$^{2}$ **18** °quaeritur *I* **21** ad *C N S* **22** tota// *2 litt. eras. C* **23** °in mentem] mente *I* excedit *A*$^{a}$ *J*$^{a}$ **24** excedit *A*$^{a}$ *μ* inuenerit *A*$^{a}$ *S*$^{2}$ *P* **25** °modo *I*$^{a}$ ueniet *O*$^{3}$ quasi] *add.* parte *del. T*

possit mens in mente non esse ? Huc accedit quia si parte inuenta, non se totam quaerit ; tamen tota se quaerit. Tota ergo sibi praesto est, et quid adhuc quaeratur non est ; hoc enim deest quod quaeritur, non illa quae quaerit. Cum itaque tota se quaerit, nihil eius deest. Aut si non tota se quaerit sed pars quae inuenta est quaerit partem quae nondum inuenta est, non se ergo mens quaerit cuius se nulla pars quaerit. Pars enim quae inuenta est non se quaerit ; pars autem quae nondum inuenta est nec ipsa se quaerit quoniam ab ea quae iam inuenta est parte quaeritur. Quocirca quia nec tota se quaerit mens nec pars eius ulla se quaerit, se mens omnino non quaerit.

V. [V **7**] Vtquid ergo ei praeceptum est ut se ipsa cognoscat ? Credo ut se cogitet et secundum naturam suam uiuat, id est ut secundum suam naturam ordinari appetat, sub eo scilicet cui subdenda est, supra ea quibus praeponenda est ; sub illo a quo regi debet, supra ea quae regere debet. Multa enim per cupiditatem prauam tamquam sui sit oblita sic agit. Videt enim quaedam intrinsecus pulchra in praestantiore natura quae deus est. Et cum stare debeat ut eis fruatur, uolens ea sibi tribuere et non ex illo similis illius sed ex se ipsa esse quod ille est auertitur ab eo, moueturque et labitur in minus et minus quod putatur amplius et amplius quia nec ipsa sibi nec ei quidquam sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit. Ideoque per egestatem ac difficultatem fit nimis intenta in actiones suas et inquietas delectationes quas per eas colligit ;

---

v. **1** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **10/13** cf. Porph., sent. 40, 5-6 (uide J. Pépin, a.c., p. 103-104).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M* R *; def. V*).

---

**26** hoc *S*$^{a}$ quia si] quasi *A*$^{a}$ *N T* **27** non se] nosse *S*, nosse se *S*$^{2}$ tota] totam *I*$^{a}$ **28** quaeritur *C*, quaeretur *C*$^{2}$ **30** °eius *om. I* °non *om. I* tota] nota *J* **31** °sed pars] partem *M* **32** cuius] cum *T* **34** se *om. C* quae] quę/ (ę *i. r.*) *1 litt. eras. N* **35** iam] etiam *A*$^{a}$ quaeritur] *praem.* non *J* quia] quę *A*$^{a}$, qua *S*$^{a}$ **36** °mens quaerit *μ* °nulla *I* se *alt.*] si *S*.

v. *om. A B C* **1** Vtquid] id quid *C*, id quod *C*$^{2}$ ei] et (*exp. 3 m.*) *O* ipsam *N*$^{2}$ *F P T μ* **2** Credo] *add.* ad hoc dictum esse *C*$^{2}$ °se] *add.* ipsam *μ* et] *om. S*, si *S*$^{2}$ suam naturam *J* **2/3** uiuat — naturam *om. K* **3** naturam suam *S F J T μ* ea *C* **4** °cuius *M* proponenda *S*$^{a}$ **5** °a *om. E* °enim] *add.* quae *exp.* L **7** praestantiori *P* **8** Et *om. C* eis] ea *J* **9** °et] ut *E* se *om. S*$^{a}$ *J* **10/11** °et minus *om. E* **11** °putat *μ* et amplius *om. S* **12** quisquam *S* **13** dificultatem *A* fit nimis] finimus *C*, finitur *C*$^{2}$ **14** delectationis (*corr. 1 m.*) *K*

atque ita cupiditate adquirendi notitias ex his quae foris sunt, quorum cognitum genus amat et sentit amitti posse nisi impensa cura teneantur, perdit securitatem, tantoque se ipsam minus cogitat quanto magis secura est quod se non possit amittere.

Ita cum aliud sit non se nosse, aliud non se cogitare (neque enim multarum doctrinarum peritum ignorare grammaticam dicimus cum eam non cogitat quia de medicinae arte tunc cogitat), cum ergo aliud sit non se nosse, aliud non se cogitare, tanta uis est amoris ut ea quae cum amore diu cogitauerit eisque curae glutino inhaeserit attrahat secum etiam cum ad se cogitandam quodam modo redit. Et quia illa corpora sunt quae foris per sensus carnis adamauit eorumque diuturna quadam familiaritate implicata est, nec secum potest introrsus tamquam in regionem incorporeae naturae ipsa corpora inferre, imagines eorum conuoluit et rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formandis quiddam substantiae suae ; seruat autem aliquid quo libere de specie talium imaginum iudicet, et hoc est magis mens, id est rationalis intellegentia quae seruatur ut iudicet. Nam illas animae partes quae corporum similitudinibus informantur etiam cum bestiis nos communes habere sentimus.

VI. [VI 8] Errat autem mens cum se istis imaginibus tanto μ 894
amore coniungit ut etiam se esse aliquid huiusmodi existimet. PL 978
Ita enim conformatur eis quodam modo non id exsistendo sed putando, non quo se imaginem putet sed omnino illud ipsum cuius imaginem secum habet. Viget quippe in ea iudicium discernendi corpus quod foris relinquit ab imagine quam de illo secum gerit nisi cum ita exprimuntur eaedem imagines

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R* ; *def. V*).

---

**15** °iis μ **16** quorum cognitum] quo recognitum *C* °cognitus $I^a$ **17** teneatur $A^a$ *B C J* μ °ipsa *E* **18** cogitet $C^a$ °se *om.* $R^a$ **20** Ita] utique $S^2$ **21** enim *om. S* grammaticam] gramma/tecam *1 litt. eras.* $C^a$ **22** dicemus *K* quia] a *eras. C* medicina $B^2$, midinae $C^a$ **24** quae cum] quaecumque *J* °cogitauerint $L^a$ **25** °eis quae $R^a$ glutine *A C S*, glutinae *K* **26** °cogitandum *J R*, cogitandi *L* °corporea $M^2$ **27** diuturna] u *alt. s. l.* $J^1$ **28** implicanda *T* introrsum *T* μ **29** tamquam] tam $A^a$ **30** °conuiluit *T*, conualuit $R^a$ **32** aliquid] *add.* de substantia sua $C^2$ quod $A^a$ °libero $S^a$ *E I L* **33** magis mens est *C* magis est *B* $S^2$ est *pr. om. A S K T* rationalis] *add.* et *K.*

vi.] v *A B C* **1** erat $C^a$ $O^a$ **2** aliquid esse *N F J K P T* **3** conformantur (n *alt. exp.*) *T* **4** quod $A^2$ ipsum illud *T* **6** reliquid *T* **7** °ita] ista $E^a$ eadem $A^a$ $K^2$, easdem *K*, eorum *T*

tamquam foris sentiantur non intus cogitentur sicut dormientibus aut furentibus aut in aliqua extasi accidere solet. [VII **9**] Cum itaque se tale aliquid putat, corpus esse se putat.

VII. Et quia sibi bene conscia est principatus sui quo corpus regit, hinc factum est ut quidam quaererent quid corporis amplius ualet in corpore, et hoc esse mentem uel omnino totam animam existimarent. Itaque alii sanguinem, alii cerebrum, alii cor (non sicut scriptura dicit : *Confitebor tibi, domine, in toto corde meo*, et : *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo* ; hoc enim abutendo uel transferendo uocabulo dicitur a corpore ad animum), sed ipsam omnino particulam corporis quam in uisceribus dilaniatis uidemus eam esse putauerunt. Alii ex minutissimis indiuiduisque corpusculis quas atomos dicunt concurrentibus in se atque cohaerentibus eam confici crediderunt. Alii aerem, alii ignem substantiam eius esse dixerunt. Alii eam nullam esse substantiam quia nisi corpus nullam substantiam poterant cogitare et eam corpus esse non inueniebant, sed ipsam temperationem corporis nostri uel compagem primordiorum quibus ista caro tamquam

---

VII. **2/33** *ut quidam quaererent ...* : cf. Cic. tusc. I, IX, 18 - XI, 22 : *Quid sit porro ipse animus ... magna dissensio est. Aliis cor ipsum .... Empedocles ... cordi suffusum sanguinem. Aliis pars quaedam cerebri ... ; alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem et locum. Animum autem alii animam, ut fere nostri .... Zenoni stoico animus ignis uidetur. Sed haec quidem quae dixi : cor, [sanguinem,] cerebrum, animam, ignem, uulgo ; reliqua fere singuli, ut multo ante ueteres, proxime autem Aristoxenus ... ... . Aristoteles ... — cum quattuor nota illa genera principiorum esset complexus —, ... quintum genus adhibet uacans nomine .... Nisi quae me forte fugiunt, haec sunt fere de animo sententiae. Democritus enim ... leuibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito omittamus ; nihil est enim apud istos quod non atomorum turba conficiat* ; cf. X, x, 5/8.32/37. **3/4** stoici : cf. Chrysipp., fragm. 15 ; Plut., uit., IV, 21. **5/6** Ps. 9, 2 ; 110 1 ; 137, 1. **6/7** Deut. 6, 5 ; Matth. 22, 37 ; Marc. 12, 30 ; Luc. 10, 27. **10/12** atomisti : cf. Leucipp. ; Democrit. ; necnon Epic. ; Lucret. **12/13** physici : cf. Anaxim. (*aer*) ; Heraclit. (*ignis*) ; necnon stoici : cf. Zeno (*ignis*). **13/17** cf. Arist., anim. II, 1, 412.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**10** Cum] *praem.* VII *J* se esse *K*.

VII.] *ita* $O^3$ *T*, *om.* $O^a$ *cett. codd.* **1** °quia sibi] quasi *I* °quo *om.* *E* **2** hinc] *praem.* VII *N* $O^a$ *S K P* **3** ualeret $A^2$ $C^2$ $O^3$ *S F J P T* $\mu$ **6** diligis *K* tuum *om.* *K* **7** uocabulum *B* $\mu$ **8** ducitur $S^2$ $\mu$ °animam $\mu$ **9** uiscebus $S^a$ °dilanitatis *K*, dilaniātis *M* esse] *add.* animam *i. mg.* $C^2$ **10** °indiuisque *L* **11** quos $A^2$ ; quae (ae *i. r.*) $O^3$, *F J* **13** substantiam esse esse (esse *pr. eras.*) *J* **14** corpus] *add.* esset (?) *eras.* *T* sustantiam *F* **15** °ipsam] *praem.* in *M* **16** conpage $A^a$, compaginem *J*

connectitur esse opinati sunt. Eique omnes eam mortalem esse senserunt quia siue corpus esset siue aliqua compositio corporis non posset utique immortaliter permanere. Qui uero eius substantiam uitam quandam nequaquam corpoream, quandoquidem uitam omne uiuum corpus animantem ac uiuificantem esse repererunt, consequenter et immortalem quia uita carere uita non potest ut quisque potuit, probare conati sunt. Nam de quinto illo nescio quo corpore quod notissimis quattuor huius mundi elementis quidam coniungentes hinc animam esse dixerunt, hoc loco diu disserendum non puto ; aut enim hoc uocant corpus quod nos cuius in loci spatio pars toto minor est, et in illis adnumerandi sunt qui mentem corpoream esse crediderunt ; aut si uel omnem substantiam uel omnem mutabilem substantiam corpus appellant, cum sciant non omnem locorum spatiis aliqua longitudine et latitudine et altitudine contineri, non cum eis de uocabuli quaestione pugnandum est.

[**10**] In his omnibus sententiis quisquis uidet mentis natu- PL 979
ram et esse substantiam et non esse corpoream, id est non minore sui parte minus occupare loci spatium maiusque maiore, simul oportet uideat eos qui opinantur esse corpoream non ob hoc errare quod mens desit eorum notitiae, sed quod adiungunt ea sine quibus nullam possunt cogitare naturam ; sine phantasiis enim corporum quidquid iussi fuerint cogitare nihil omnino esse arbitrantur, ideoque non se tamquam sibi desit mens requirat. Quid enim tam cognitioni $\mu$ 895
adest quam id quod menti adest, aut quid tam menti adest quam ipsa mens ? Vnde et ipsa quae appellatur inuentio si uerbi originem retractemus, quid aliud resonat nisi quia in-

---

**17/19** cf. Cic., tusc. I, IX, 18. **20/26** cf. Arist., cael. I, II, 269a ; Cic., tusc. I, XII, 26. **20/25** cf. Cic., tusc. I, XXVII, 66.

---

**Codd.** : **23** ut — XI, **16** doctrina *def. A ; B C N O S F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

---

**17** opinata $C^a$ °Eique] eoque $A^2$ L, et hii *C*, atque (at *i. r.*) $N^2$, sicque *J*, hique *T I*, eoque hi $\mu$ eam omnes *T* **18** esset] esse *K* °aliquam (m *exp.*) *C*, alia $R^a$ °composicio *K*, conposio $I^a$ **19** °possit *A C* L, posse *I* **20** °uero] *praem.* enim $I^a$ **21/22** animatem *J* **24** ilo $C^a$ **25** quidem $C^a$ **25/26** °coniugentes $L^a$ **26** disserendum diu *S* °diu] *om. J*, aliud *I* discernendum *K* **27** loco (*corr. 1 m.*) *O* **28** tota *P* **30** uel — substantiam *om.* $T^a$ **31** aliquibus *J* **32** continere *K* ei $C^a$ **34** his *om. T* sentiis $K^a$ quisquis] *add.* enim *T* mentes $C^a$ **36** °minore] /n/o/re *3 litt. eras.* $C^a$, minorem *I* °partem $C^a$ *I* **37** maiore] maiore/ *1 litt. eras. P* essem $C^a$ **39** quod] quo *T* °adiungunt] d *s. l.* $J^1$, adiungit $R^a$ cogitare] *add.* eius $C^2$ **40** °iussi] uisi $P^a$ L **42** requirat] te querat *C*, querat $C^2$, requirant $K^1$ °cogitationi $C^2$ *L*, cognationi *C* **43** menti *pr.*] mente *C*, de mente $C^2$ tam] ita *T* **44** apellatur $O^a$ **45** °uerbi] ueri $M^a$ nisi] ni $T^a$

uenire est in id uenire quod quaeritur ? Propterea quae quasi ultro in mentem ueniunt non usitate dicuntur inuenta, quamuis cognita dici possint quia non in ea quaerendo tendebamus ut in ea ueniremus, hoc est ea inueniremus. Quapropter sicut ea quae oculis aut ullo alio corporis sensu requiruntur ipsa mens quaerit (ipsa enim etiam sensum carnis intendit, tunc autem inuenit cum in ea quae requiruntur idem sensus uenit), sic alia quae non corporeo sensu internuntio sed per se ipsam nosse debet cum in ea uenit, inuenit aut in superiore substantia, id est in deo, aut in ceteris animae partibus sicut de ipsis imaginibus corporum cum iudicat ; intus enim in anima eas inuenit per corpus impressas.

VIII. [VIII **11**] Ergo se ipsam quemadmodum quaerat et inueniat, mirabilis quaestio est quo tendat ut quaerat aut quo ueniat ut inueniat. Quid enim tam in mente quam mens est ? Sed quia in his est quae cum amore cogitat, sensibilibus autem, id est corporalibus, cum amore assuefacta est, non ualet sine imaginibus eorum esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus dum rerum sensarum imagines secernere a se non potest ut se solam uideat ; cohaeserunt enim mirabiliter glutino amoris. Et haec est eis immunditia quoniam dum se solam nititur cogitare hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Cum igitur ei praecipitur ut se ipsam cognoscat, non se tamquam sibi detracta sit quaerat, sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa non solum quam ista sensibilia quae manifeste foris sunt, sed etiam quam imagines eo-

---

VIII. **11.22** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **11/13** *non se ... detrahat* : cf. Plot., enn. I, 6 (1), 9 ; V, 1 (10), 1 (ed. Henry-Schwyzer, 1, p. 116, 1 sqq. ; II, p. 260 sq.) ; Cic., tusc. I, XVI, 38.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test.** : VIII. **1** se — **14/15** eorum [*Ben., munim. VIII, f. 14*].

---

**48** °incognita *R* possint] i *ex* u *per ras. S*, possunt *T* requirendo *S* **49** inueneremus (*corr. 1 m.*) *C* **51** etiam *om. K* sensu *T* **52** °in *om. E* idem] id est $C^{a}$ **53** ipsa *N P* **54** superiori *T* **56** corporum *om. J* °animam $R^{a}$.

VIII. *om. B C* **1** °ipsa *N O M* **2** quaestio] quam scio $S^{a}$ **3** in mente *om.* $S^{a}$ **4** °iis *μ* est *om. K* **5** id est] aut *T* ualet] una et *C* **6** esse] *add.* potest $C^{2}$ °semetipsos *M* ei] et *C* **8** enim] *add.* ei $S^{2}$ **9** glutino] *ita O F K T μ*, glutine *cett. codd.* °amoris] is *superscr.* $O^{3}$, amore $S^{a}$ *E* $L^{2}$ *M*, amorae $C^{a}$ hic $C^{2}$ eis] eius *C μ* immunditii *C*, immunditiis $C^{2}$ **10** se putat] subintat *C*, sunintrat $C^{2}$ esse] *exp.* $C^{2}$ °se *alt. om.* $R^{a}$ **11** ei] *om. C*, et (*corr. per ras.*) *O* **12** detacta (?) *F* **13** °ista] ipsa (*corr. 1 m.*) *E* **13/14** sensibilia] li *s. l.* $T^{1}$ **14** manifestae (a *alt. eras.*) *S* imaginis $S^{a}$ **14/15** eorum] *add.* est *S*

rum quae in parte quadam sunt animae quam habent et bestiae, quamuis intellegentia careant, quae mentis est propria. Cum ergo sit mens interior, quodam modo exit a semetipsa cum in haec quasi uestigia multarum intentionum exerit amoris affectum. Quae uestigia tamquam imprimuntur memoriae quando haec quae foris sunt corporalia sentiuntur ut etiam cum absunt ista, praesto sint tamen imagines eorum cogitantibus. Cognoscat ergo semetipsam, nec quasi absentem se quaerat, sed intentionem uoluntatis qua per alia uagabatur statuat in se ipsa et se cogitet. Ita uidebit quod numquam se PL 980
non amauerit, numquam nescierit, sed aliud secum amando cum eo se confudit et concreuit quodam modo, atque ita dum sicut unum diuersa complectitur, unum putauit esse quae diuersa sunt.

IX. [IX **12**) Non itaque uelut absentem se quaerat cernere, sed praesentem se curet discernere. Nec se quasi non norit cognoscat, sed ab eo quod alterum nouit dinoscat. Ipsum enim quod audit : *Cognosce te ipsam,* quomodo agere curabit si nescit aut quid sit *cognosce* aut quid sit *te ipsam* ? Si autem utrumque nouit, nouit et se ipsam quia non ita dicitur menti : *Cognosce te ipsam* sicut dicitur : 'Cognosce cherubim et seraphim' ; de absentibus enim illis credimus secundum quod caelestes quaedam potestates esse praedicantur. Neque sicut dicitur : 'Cognosce uoluntatem illius hominis,' quae nobis nec ad sentiendum ullo modo nec ad intellegendum praesto est μ 896
nisi corporalibus signis editis, et hoc ita ut magis credamus

---

IX. **2/3** cf. Cic., tusc. I, XXII, 52. **4.5.7** Pyth. Apoll. Delph. (*γνῶθι σεαυτόν*) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **12/13** Is. 7, *9.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test. : 15** quae — **28** sunt [*Ben., munim. VIII, f. 14-14v*].

IX. **1** Non — **12** credamus [*Ben., munim. VIII, f. 14v*].

---

**15** quae *om.* $S^a$ **16** mentes $C^a$ **17** °proprie $L^a$ quodam modo interior *J* **18** in] *s. l.* $E^1$ **19** exserit $C^2$ μ, exeri $S^a$ affectum] m *exp.* $C^2$, m *eras. J* **20** sentiuntur] *praem.* ita *T* **21** °abssunt $C^a$, absint *E* °sunt *M* **22** cogitationi *C* °cognoscans (?) *M* nec] *om. C*, non $C^2$, et non *T* **23** intentione *J* quae *B K P* **24** se ipsa] se ipsam *C*, semetipsam *S* μ, semetipsa *T* **25** °alia *T*, alium *E* **26** eo] quo *F* $P^a$, eis *T* secū fundit *K*, se cōfundit $K^1$ ? °confidit $J^a$ *E* °et] ea $C^a$, *add.* ita $I^2$ °concredit *S E*, creuit $I^a$.

IX. *om. B C* **1/2** sed — discernere *om.* $T^a$ **2** se *alt. om. J* nouerit *J* **3** nouit alterum $T^a$ °dignoscat *μ et sic semper* **4** cognoscite ipsam (*corr. 1 m.*) *K* °temetipsam *I*, te ea ipsam (ea *exp.*) *M* curauit $K^a$ **5** nescit///// *5 litt. eras. T* cognoscere *T* **6** nouit *alt. om. C* ita] *s. l.* $K^1$ **7** te] et $C^a$ °cerubim *K*, cherubin *P T*, cerabin *R* **7/8** serafim *C*, serafin (afin *i. r.*) $O^3$, seraphin *F P T* **9** °caelestes] *add.* praedicantur $I^a$ esse potestates *P* **10** qui $S^a$ **12** aeditis (e *eras.*) *O*

quam intellegamus. Neque ita ut dicitur homini : 'Vide faciem tuam,' quod nisi in speculo fieri non potest. Nam et ipsa nostra facies absens ab aspectu nostro est quia non ibi est quo ille dirigi potest. Sed cum dicitur menti : *Cognosce te ipsam*, eo ictu quo intellegit quod dictum est *te ipsam* cognoscit se ipsam, nec ob aliud quam eo quod sibi praesens est. Si autem quod dictum est non intellegit, non utique facit. Hoc igitur ei praecipitur ut faciat quod cum praeceptum ipsum intellegit facit. [**13**] Non ergo adiungat aliud ad id quod se ipsam cognoscit cum audit ut se ipsam cognoscat. Certe enim nouit sibi dici, sibi scilicet quae est et uiuit et intellegit. Sed est et cadauer, uiuit et pecus ; intellegit autem nec cadauer nec pecus. Sic ergo se esse et uiuere scit quomodo est et uiuit intellegentia.

x. [X] Cum ergo uerbi gratia mens aerem se putat, aerem intellegere putat, se tamen intellegere scit ; aerem autem se esse non scit sed putat. Secernat quod se putat, cernat quod scit ; hoc ei remaneat unde ne illi quidem dubitauerunt qui aliud atque aliud corpus esse mentem putauerunt. Neque enim omnis mens aerem se esse existimat, sed aliae ignem, aliae cerebrum, aliaeque aliud corpus et aliud aliae sicut supra commemoraui ; omnes tamen se intellegere nouerunt et esse et uiuere, sed intellegere ad quod intellegunt referunt, esse autem et uiuere ad se ipsas. Et nulli est dubium nec quemquam intellegere qui non uiuat, nec quemquam uiuere qui non sit.

---

**13/14.16/17** cf. Cic., tusc. I, XXII, 52. **16.17.22** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a.

x. **3/5.8/9** cf. Cic., tusc. I, XXII, 53. **5/9** cf. Cic., tusc. I, XXIX, 70. **7** *supra* : X, VII, 2/33.

---

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*E I L M R ; def. V*).

**Test.** : **13** quam — **26** intellegentia [*Ben., munim. VIII, f.* $14^v$].

x. **1** Cum — **11** sit [*Ben., munim. VIII, f.* $14^v$*-15*].

---

**13** Neque] nec *J* ita *om.* $N\ O^a$ °ut *om.* $I^a$ dicimus *K* **14** spelo $C^a$ nostra *om.* $S^a$ **15** non ibi] nobis *T* quo/ *1 litt. eras. N*, quod $S^a$ **16** Sed] d *s. l.* $T^1$ cognoscite ipsam (*corr. 1 m.*) *K* **17** ictu] lectu *S*, intellectu $S^2$ quo] quae $S^a$ **18** °eo] *praem.* in *del. O, E* quod *pr.*] quo *J* **19/20** praecipitur ei *F* **19** ei *om. T* **20** ut faciat praecipitur *T* °ipsum praecptum *μ* **21** ipsā (¯ *eras.*) *O*, ipsa *S K T* **22** cum] quam $C^a$ ipsā (¯ *eras.*) *O*, ipsa *J K* certo $S^2$ **23** dicit $C^a$ et *pr. om. C* et *tert. om. T* **24** nec *pr.*] ne $T^a$ **25** Sic] c *s. l.* $P^1$, si *J*.

x.] VI *B C* **2** putat — intellegere *om.* $T^a$ putat] *praem.* se $T^2$ °nescit *I* **3** °se cernat *M* se *om.* $B^a$ *C F J K P T* putat] *praem.* esse $S^2$ **4** ne] *s. l.* $P^1$, *om. C*, nec *T* °qui aliud] quia illud $M^2$ **6** se esse] se se *S*, se (esse *om.*) *J*, esse (se *om.*) *T* aliae] *add.* cum *del. C* **7** aliud *pr.*] illud *B* **8** °norunt *I* **9** ad] *ita B O*, id *C*, ad id $B^2\ O^3$ *cett. codd. μ* refferunt *T*

Ergo consequenter et esse et uiuere id quod intellegit, non sicuti est cadauer quod non uiuit, nec sicut uiuit anima quae non intellegit, sed proprio quodam eodemque praestantiore modo. Item uelle se sciunt neque hoc posse quemquam qui non sit et qui non uiuat pariter sciunt, itemque ipsam uoluntatem referunt ad aliquid quod ea uoluntate uolunt. Memi- PL 981
nisse etiam se sciunt simulque sciunt quod nemo meminisset nisi esset ac uiueret, sed et ipsam memoriam referimus ad aliquid quod ea meminimus. Duobus igitur horum trium, memoria et intellegentia, multarum rerum notitia atque scientia continetur ; uoluntas autem adest per quam fruamur eis uel utamur. Fruimur enim cognitis in quibus uoluntas ipsis propter se ipsa delectata conquiescit ; utimur uero eis quae ad aliud referimus quo fruendum est. Nec est alia uita hominum uitiosa atque culpabilis quam male utens et male fruens, de qua re non est nunc disserendi locus.

[**14**] Sed quoniam de natura mentis agitur, remoueamus a consideratione nostra omnes notitias quae capiuntur extrinsecus per sensus corporis, et ea quae posuimus omnes mentes de se ipsis nosse certasque esse diligentius attendamus. Vtrum enim aeris sit uis uiuendi, reminiscendi, intellegendi, uolendi, cogitandi, sciendi, iudicandi ; an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorum, an praeter usitata quattuor elementa quinti nescio cuius corporis, an ipsius carnis nostrae compago uel temperamentum haec efficere ualeat dubitauerunt homines, et alius hoc, alius illud affirmare conatus est. Viuere se tamen et meminisse et intellegere et uelle et cogitare μ 897
et scire et iudicare quis dubitet ? Quandoquidem etiam si dubitat, uiuit ; si dubitat, unde dubitet meminit ; si dubitat, dubitare se intellegit ; si dubitat, certus esse uult ; si dubitat,

---

**32/37** cf. X, vii, 2/33.

---

**Codd. :** *B C ; def. A*  *N O S*  *F J K P T*  (*I L M R ; usque ad* **12** et *alt. def. V ; legitur E*).

**Test. :** **12** Ergo — **41** dubitat *alt.* [*Ben., munim. VIII, f. 15*].

---

**12** et *pr. om. C*  **12/14** non — intellegit *om.* $P^{a}$  **13** non uiuit] nouit *T*  sicut] sicuti $V^{a}$ μ  **16** item *C*  **17** eam (m *eras.*) *S*  uolunt] *add.* aliquid $C^{2}$  **17/20** Meminisse — meminimus] meminissetmus *C*, meminimus $C^{2}$  **18** se etiam *N O S*  nemo *om. S*  **19** et *om. P*  **19/20** °ad aliquid referimus μ  **20** °eam *V*  **21** memoria] *add.* scilicet $C^{2}$  **22** continentur *F* μ  **23** eis *om. K*  uel utamur] uelut amor (or *i. r.*) $N^{2}$  fruemur $C^{a}$  **24** °ipsis] ipsa $V^{2}$  ipsa] a *i. r.* $N^{2}$, ipsam *F K P*  dilecta *C*  uero] enim *C*, ergo *J*  **25** °quo/ *1 litt. eras. K*, quod *I* $L^{a}$  est *om.* $C^{a}$  **26** hominis *O F J P*  **27** °re *om.* $M^{a}$  °nunc *om.* $R^{a}$  locis $C^{a}$  **29** °a *om.* $L^{a}$  **30** posuimus] nouimus *T*  omnes] *add.* enim *C*  **31** se] *s. l.* $T^{1}$  **32** °ars $I^{a}$  sit] *s. l.* $P^{1}$  uidendi *K*  **33** sciendi] discendi *K*  **36** eficere $C^{a}$  **37** hominis $C^{a}$  alius *pr.*] aliud (*corr. 1 m.*) *J*  illud] aliud *B N* μ  firmare *T*  **39** qui $N^{a}$  Quandoquidem] *praem.* et *N*  **40** °dubitat *pr.*] dubitet $I^{a}$ $M^{2}$  si — meminit *om. T*  dubitet] dubitat *S K*

cogitat ; si dubitat, scit se nescire ; si dubitat, iudicat non se temere consentire oportere. Quisquis igitur alicunde dubitat de his omnibus dubitare non debet quae si non essent, de ulla re dubitare non posset.

[**15**] Haec omnia qui uel corpus uel compositionem seu temperationem corporis esse mentem putant in subiecto esse uolunt uideri ut substantia sit aer uel ignis siue aliud aliquod corpus quod mentem putant, intellegentia uero ita insit huic corpori sicut qualitas eius ut illud subiectum sit, haec in subiecto, subiectum scilicet mens quam corpus esse arbitrantur, in subiecto autem intellegentia siue quid aliud eorum quae certa nobis esse commemorauimus. Iuxta opinantur etiam illi qui mentem ipsam negant esse corpus sed compaginem aut temperationem corporis. Hoc enim interest quod illi mentem ipsam dicunt esse substantiam in quo subiecto sit intellegentia ; isti autem ipsam mentem in subiecto esse dicunt, corpore scilicet cuius compositio uel temperatio est. Vnde consequenter etiam intellegentiam quid aliud quam in eodem subiecto corpore existimant ?

[**16**] Qui omnes non aduertunt mentem *nosse se* etiam cum quaerit se sicut iam ostendimus. Nullo modo autem recte dicitur sciri aliqua res dum eius ignoratur substantia. Quapropter dum se mens nouit substantiam suam nouit, et cum de se certa est de substantia sua certa est. Certa est autem de se sicut conuincunt ea quae supra dicta sunt. Nec omnino certa est utrum aer an ignis sit an aliquod corpus uel aliquid corporis. Non est igitur aliquid eorum. Totumque illud quod PL 982 se iubetur ut nouerit, ad hoc pertinet ut certa sit non se esse

**42** *scit se nescire* : uide supra I, I, 16 ; X, I, 110.111 ; II, 2/3.25/26. **61** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **64** cf. Porph., sent. 40, 5-6 (uide J. Pépin, a.c., p. 103-104).

**Codd.** : *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **42** cogitat — **69** esse [*Ben., munim. VIII, f. 15-15*$^{v}$].

**42** se scit $F^{a}$ se non *P* **43** oportere] *i. mg.* $K^{1}$ aliiunde $O^{a}$, aliunde *S F J P μ* **44** dubitare *om. S* **45** posse $S^{a}$ **47** °putant corporis esse mentem *M* putant] n *s. l.* $K^{1}$ **48** uideri] i *alt. i. r.* $T^{1}$ °aliquod aliud *μ* aliquid *T* **49** putant *om.* $B^{a}$ °insit] sit $R^{a}$ **50** hac $S^{a}$ **51** subiectum] *praem.* ut $C^{2}$ scilicet] *add.* sit $C^{2}$ **53** Iuxta] *add.* quę *C*, *add.* hoc *S*, *add.* haec *J*, *add.* que *T* **54** negantes se $S^{a}$ °compagenem $C^{a}$, compagem *M* **55** temperantiam *T* **56/57** sit — subiecto] *om. C*, quae supra diximus *i. mg.* $C^{2}$ **58** cuius] *add.* corporis $C^{2}$ uel] siue *P* **60** exstimant $C^{a}$ **61** non] nunc *S*, autem (*?*) $S^{2}$ aduertant *S* nosse se] non esse $C^{a}$ **63** scire $K^{a}$ aliquas (s *eras.*) *T* **64** dum] cum *B C J K μ* nouit *pr.*] *bis, alt. eras. T* **65** de *pr. om.* $N^{a}$ **66** de] *s. l.* $T^{1}$ sicunt (n *eras.*) *N* eam (m *eras.*) *O*, *S* **67** °aliquid] aliquod *M* **68** °est *om. M* igitur] *om. C*, ergo $C^{2}$ Totumque] *praem.* igitur $C^{2}$ quod] d *del.* $S^{2}$

aliquid eorum de quibus incerta est, idque solum esse se certa sit quod solum esse se certa est. Sic enim cogitat ignem ut aerem et quidquid aliud corporis cogitat, neque ullo modo fieri posset ut ita cogitaret id quod ipsa est quemadmodum cogitat id quod ipsa non est. Per phantasiam quippe imaginariam cogitat haec omnia, siue ignem siue aerem siue illud uel illud corpus partemue ullam seu compaginem temperationemque corporis, nec utique ista omnia sed aliquid horum esse dicitur. Si quid autem horum esset, aliter id quam cetera cogitaret, non scilicet per imaginale figmentum sicut cogitantur absentia quae sensu corporis tacta sunt, siue omnino ipsa siue eiusdem generis aliqua, sed quadam interiore non simulata sed uera praesentia (non enim quidquam illi est se ipsa praesentius), sicut cogitat uiuere se et meminisse et intellegere et uelle se. Nouit enim haec in se, nec imaginatur quasi extra se illa sensu tetigerit sicut corporalia quaeque tanguntur. Ex quorum cogitationibus si nihil sibi affingat ut tale aliquid esse se putet, quidquid ei de se remanet hoc solum ipsa est.

XI. [XI **17**] Remotis igitur paulisper ceteris quorum mens de se ipsa certa est, tria haec potissimum considerata tractemus, μ 898
memoriam, intellegentiam, uoluntatem. In his enim tribus inspici solent etiam ingenia paruulorum cuiusmodi praeferant indolem. Quanto quippe tenacius et facilius puer meminit quantoque acrius intellegit et studet ardentius, tanto est laudabilioris ingenii. Cum uero de cuiusque doctrina quaeritur, non quanta firmitate ac facilitate meminerit uel quanto acumine intellegat, sed quid meminerit et quid intellegat quaeritur. Et quia non tantum quam doctus sit consideratur lauda-

---

xi. **3** *memoria, intellegentia, uoluntas* : cf. Cic., inu. II, LIII, 160 : *partes eius* (scil. *prudentiae*) : *memoria, intellegentia, prouidentia* ; Aug., diu. quaest., XXXI, 1 ; epist. 169, II, 6 ; infra XIV, VI, 52/54 ; VII, 51/52 ; XI, 4/7 ; XV, VII, 25.87/113 ; XX, 51.

---

**Codd. :** *B C ; def. A* *N O S* *F J K P T* *(I L M R V).*

**Test. : 70** aliquid — **87** est [*Ben., munim. VIII, f.* $15^v$].

xi. **1** Remotis — **3** intellegentiam [*Ben., munim. VIII, f.* $15^v$].

---

**70** se esse *T* se *om.* $C^a$ *J* **71** sola *S* se *om.* *C* Sic] sicut *T* °ut] aut *J L R μ* **73** °posse *M* **74** id *om.* *P* **76** ullam] illam $B^a$ *C K T*, illam uel illam $T^2$ °compagenem $C^a$, compagem *M* **77** horum] eorum $B^2$ **78** °esse *M* taliter *J* id] ad *T* **80** tacta] tanta *T* **82/83** praestantius *J* **83** °se *om.* $R^a$ meminisse] *add.* se *B C P* **84** se *pr. om.* *T* **86** °affigat $O^3$ *I* **86/87** se esse *T* **87** °se *om.* *I* $R^a$ quidquid] *add.* enim $S^2$.

xi] *om.* *B C S*, XII $N^a$ **2** se] *s. l.* $C^1$ haec *om.* $T^a$ °potissime *I* **4** paruolorum $C^a$ °referant *S*, praeferunt *I* **5** indolem] indol//em *2 litt. eras.* *T* et facilius] faciliusque *T* facilatius $C^a$ **5/6** puer — quantoque *om.* *T* **6** °acrius] acutius *μ* **7** cuiusquam *K* **8** quantaque *C* facultate *T* **9** intellegat] *praem.* cum meminerit *F* **10** Et *om.* *N K*

bilis animus sed etiam quam bonus, non tantum quid meminerit et quid intellegat, uerum etiam quid uelit attenditur ; non quanta flagrantia uelit, sed quid uelit prius, deinde quantum uelit. Tunc enim laudandus est animus uehementer amans cum id quod amat uehementer amandum est. Cum ergo dicuntur haec tria, *ingenium, doctrina, usus,* primum horum consideratur in illis tribus quid possit quisque memoria, intellegentia, uoluntate. Secundum eorum consideratur quid habeat quisque in memoria et intellegentia, quo studiosa uoluntate peruenerit. Iam uero usus tertius in uoluntate est pertractante illa quae memoria et intellegentia continentur, siue ad aliquid ea referat siue eorum fine delectata conquiescat. Vti est enim assumere aliquid in facultatem uoluntatis ; frui est autem uti cum gaudio non adhuc spei sed iam rei. Proinde omnis qui fruitur utitur ; assumit enim aliquid in facultatem uoluntatis cum fine delectationis. Non autem omnis qui utitur fruitur si id PL 983
quod in facultatem uoluntatis assumit non propter illud ipsum sed propter aliud appetiuit.

[18] Haec igitur tria, memoria, intellegentia, uoluntas, quoniam non sunt tres uitae sed una uita, nec tres mentes sed una mens, consequenter utique nec tres substantiae sunt sed *una substantia.* Memoria quippe quod uita et mens et

---

**15/16** *Cum ergo dicuntur haec tria : ingenium, doctrina, usus* : Protagoras, fragm. 3 (ed. Diels, II, p. 264, 23/24) ; Isoc., c. soph., XIII, 17 ; Plato, men., 70a ; phaed., 269d ; Cic., de or. II, XXXIX, 162 ; III, XX, 77 ; Quint., inst. orat. VI, II, 3 ; cf. Grill., comm. Cic. inu. (ed. Martin p. 10, 25) : *ars rhetorica tribus rebus constat : ingenio, doctrina, usu.* **17/18.29** uide supra lin. 3. **23/24** *frui est uti cum gaudio, non adhuc spei sed iam rei* : cf. Aug., ciu. dei, XIX, 1, 27 (CC 48, 657) : ... *et seipsa 'utitur' eo fine, ut omnibus 'delectetur' atque 'perfruatur'.* **32** *una substantia* : μία οὐσία ; cf. V, II, 1/7 ; VIII, 41 - IX, 3 ; VII, IV, 1/6.113/117.131/135 sqq. ; V, 22/26 ; VI, 1/6.

---

**Codd.** : *usque ad* **16** doctrina *def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R V).*

**Test.** : **29** Haec — **32** et *alt.* [*Ben., munim. VIII, f. 15*$^v$].

---

**12** intellega $C^a$ etiam] *add.* et *T* **15** id] *praem.* in *T* uehementer — est] doctrina ingenio persistat *T* amandum] aman *i. r.* $O^3$ Cum] cur *J* dicantur *F P* **16** haec] hae $C^a$, *om. T* **16/17** °in illis tribus consideratur *R* **17** quid] d *s. l.* $T^1$ °intellegentia] *add.* et *μ* **18** secundo *T* °habet *V* **19** in *om.* $S^a$ quos todiosa $C^a$ **20** uoluntate] a *s. l.* $C^1$ quem $C^a$ **21** °memoria] *praem.* in *μ* °continetur *M* **22** fine] e *s. l.* $C^1$ °dilectata *L* conquiescat] *add.* uti autem dicitur (uti — dicitur *om.* $N^2$, *i. mg.* $P^2$) quod in usum uenerit ad id quod amas obtinendum referre si tamen amandum est. Frui est enim amore alicuius rei inhaerere (inhaerere alicui rei *S F P*) propter ipsam (ipsum *S*, ipsam $S^2$, se ipsam *F*) *i. mg.* $N^2$, *S F P* °enim est *μ* enim] autem *P* **22/23** aliquid assumere *J* **23** facultate *C J* fruens *S* est *om. S* autem] uero *P* **24** omnis] i *s. l.* $N^1$ **25** facultate *J*, facultem $T^a$ uoluntas (*corr. 1 m.*) *J* **26** fruitur utitur $P^a$ fruetur $C^a$ °si id *om.* $V^a$ **27** facultate $A^a$ *C S J* **28** °ipsum] *add.* quaerit *T*, ipsud *V* aliud] quod *T* appetiuit] appeti/// *3 litt. eras. N* **29** Haec] *praem.* VII *A B C* **32** °quod] d *del.* $S^2$, quo *F*, quae *μ* et *alt. om. F*

substantia dicitur ad se ipsam dicitur ; quod uero memoria dicitur ad aliquid relatiue dicitur. Hoc de intellegentia quoque et de uoluntate dixerim, et intellegentia quippe et uoluntas ad aliquid dicitur. Vita est autem unaquaeque ad se ipsam et mens et essentia. Quocirca *tria haec* eo *sunt unum* quo una uita, una mens, una essentia ; et quidquid aliud ad se ipsa singula dicuntur etiam simul, non pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo uero tria quo ad se inuicem referuntur. Quae si aequalia non essent non solum singula singulis sed etiam omnibus singula, non utique se inuicem caperent. Neque enim tantum a singulis singula, uerum etiam a singulis omnia capiuntur. Memini enim me habere memoriam et intellegentiam et uoluntatem, et intellego me intellegere et uelle atque meminisse, et uolo me uelle et meminisse et intellegere, totamque meam memoriam et intellegentiam et uoluntatem simul memini. Quod enim memoriae meae non memini non est in memoria mea. Nihil autem tam in memoria quam ipsa memoria est. Totam igitur memini. Item quidquid intellego intellegere me scio, et scio me uelle quidquid uolo ; quidquid autem scio memini. Totam igitur intellegentiam totamque uoluntatem meam memini. Similiter cum haec tria intellego tota simul μ 899
intellego. Neque enim quidquam intellegibilium non intellego nisi quod ignoro. Quod autem ignoro nec memini nec uolo. Quidquid itaque intellegibilium non intellego consequenter etiam nec memini nec uolo. Quidquid ergo intellegibilum PL 984
memini et uolo consequenter intellego. Voluntas etiam mea totam intellegentiam totamque memoriam meam capit dum toto utor quod intellego et memini. Quapropter quando inuicem a singulis et tota et omnia capiuntur, aequalia sunt tota singula totis singulis et tota singula simul omnibus totis, et *haec tria unum*, una uita, una mens, una essentia.

**37** I Ioh. 5, *7.*8. **40/46** cf. Aug., epist. 169, II, 6. **62/63** I Ioh. 5, *7.*8.

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T (I L M R V)*.

**Test.** : **33** substantia — **63** essentia [*Ben., munim. VIII, f. 15v-16*].

**33** ipsa *C* quod] d *del.* $S^2$ **34** ad] *bis, alt. del. O* **35** de *om. T* °diximus *T L* **36** °ad *pr. om. M* °dicuntur *μ* **38** ipsam *S K* **40** °quo ad] quod $T^a$, quod ad *M* Quae si] quasi $C^a$ **42** se] sed (d *eras.*) *C* °caperent] equarent (equa *i. r.*) $R^2$ **43** singula *om. T* uerum — singulis *alt. om.* $T^a$ **43/44** capiantur $A^a$ **45** me] mo *T* **45/46** meminisse] *add.* et intelligere *exp., del. J* **46** °meminisse] *praem.* me *R* **49** °Nihil] *add.* ei $A^2$ *L* **50** Totam] tantam *C* **51** me *pr.*] m *s. l.* $K^1$ quidquid *alt.*] quod *T* **53** meam *om. J* toto $A^a$, totam $S^a$ **57** nec *pr.*] non *N O K T* °ergo] autem *μ* **58** consequenter] *add.* et *J* $K^2$ *P* etiam] enim *J* meam *C* **60** quod] quo/*1 litt. eras. K* **61** a *om. T* °et *alt. om. μ* **61/62** et *alt.* — tota *om. C* **62** totis *pr.* — singula *alt. om. T* **63** °unum] *praem.* in *M* °una uita *om. I* essentia] s//entia *C*.

XII. [XII **19**] Iamne igitur ascendendum est qualibuscumque intentionis uiribus ad illam summam et altissimam essentiam cuius impar imago est humana mens sed tamen imago ? An adhuc eadem tria distinctius declaranda sunt in anima per illa quae extrinsecus sensu corporis capimus ubi temporaliter imprimitur rerum corporearum notitia ? Mentem quippe ipsam in memoria et intellegentia et uoluntate suimetipsius μ 900 talem reperiebamus ut quoniam semper *se nosse* semperque se ipsam uelle comprehendebatur, simul etiam semper sui meminisse semperque se ipsam intellegere et amare comprehenderetur, quamuis non semper se cogitare discretam ab eis quae non sunt quod ipsa est. Ac per hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. Quasi enim non sint haec duo sed unum duobus uocabulis appelletur, sic apparet in ea re ubi ualde ista coniuncta sunt et aliud alio nullo praeceditur tempore ; amorque ipse non ita sentitur esse cum eum non prodit indigentia quoniam semper praesto est quod amatur. Quapropter etiam tardioribus dilucescere haec possunt dum ea tractantur quae ad animum tempore accedunt et quae illi temporaliter accidunt cum meminit quod antea non meminerat et cum uidet quod antea non uidebat et cum amat quod antea non amabat. Sed aliud haec tractatio iam poscit exordium propter huius libelli modum.

---

XII. **5/6** sqq. cf. IX, III-IV. **8** Pyth. Apoll. Delph. (γνῶθι σεαυτόν) ; cf. Cic., fin. bon. mal. III, XXII, 73 ; V, XVI, 44 ; tusc. I, XXII, 52 ; leg. I, XXII, 58 ; XXIII, 61 ; e.a. **9/12** XIV, VI, 55/57.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test. :** XII. **1** Iamne — **3** imago *alt.* [*Ben., munim. VIII, f. 16*].

---

XII.] *om. A B C*, XI *S* **1** °iamiamne *M* ascendum *T* **1/2** intentionibus *C*[a] *K* **3** imago *alt.*] *add.* est *N P* °An *om. M*[a] **4** distinctius] c *s. l. T*[1] per] propter *T* **5** °sensum *M* capimus] capi/mus *1 litt. eras. S* **6** °imprimitur] *add.* in anima *I*[a] **7** memoriam et intellegentiam et uoluntatem *I* memoriam *C*[a] uoluntates uim et ipsius *C*[a] **8** semperque] semper *T* **10** semetipsam *T* **11** discretam cogitare *A*[2] cogitaret *T* **12** dificile *C*[a] **12/13** °dinoscitur] disnos//citur *2 litt. eras. K* **14** unom *C*[a] uocabolis *C*[a] apparit *C*[a] **15** °praedicitur (*corr. 1 m.*) *T*, praecedit *L* **17** indegentia *C*[a] **18** delucescere *A*[a], deluciscere *C* possint *S*[2] **19** °ad *om.* R[a] accidunt *J K*[2] **20** °accedunt *C L* R *M* **20.21.22** antea] ante R **21** °uidebat] uiderat *M*.

# LIBER XI

I. [I 1] Nemini dubium est sicut interiorem hominem intellegentia [μ 899] sic exteriorem sensu corporis praeditum. Nitamur [PL 983] igitur si possumus in hoc quoque exteriore indagare qualecumque uestigium trinitatis, non quia et ipse eodem modo sit *imago dei*. Manifesta est quippe apostolica sententia quae interiorem hominem renouari *in dei agnitionem* declarat *secundum imaginem eius qui creauit eum* cum et alio loco dicat : *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.*

In hoc ergo qui corrumpitur quaeramus quemadmodum [PL 984] possumus quandam trinitatis effigiem, et si non expressiorem tamen fortassis ad dinoscendum faciliorem. Neque enim frustra et iste homo dicitur nisi quia inest ei nonnulla interioris similitudo, et illo ipso ordine conditionis nostrae quo mortales atque carnales effecti sumus facilius et quasi familiarius uisibilia quam intellegibilia pertractamus cum ista sint exterius, illa interius, et ista sensu corporis sentiamus, illa mente intellegamus ; nosque ipsi animi non sensibiles simus, id est corpora, sed intellegibiles quoniam uita sumus ; tamen, ut dixi, tanta facta est in corporibus consuetudo et ita in haec miro [PL 985] modo relabens foras se nostra proicit intentio ut cum ab in- [μ 900]

---

I. **4/5** Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1. **6/7** Col. 3, *10. **8/9.10** II Cor. 4, *16.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

°I.] PROOEM. *B C*, *praem.* In hoc undecimo libro electus est sensus oculorum in quid quod inuentum esset etiam in ceteris quattuor sensibus corporis et non dictum possit agnosci, atque ita exterioris hominis primo in his quae cernuntur extrinsecus, ex corpore scilicet quod uidetur et forma quae inde in aciem cernentis exprimitur (imprimitur *corr. 1 m.*) et utrumque copulantis intentione uoluntatis apparuit. Sed haec tria non inter se aequalia nec unius esse substantiae claruerunt. Deinde in ipso animo ab his quae extrinsecus sensa sunt uelut introducta inuenta est altera trinitas ubi apparerent eadem tria unius esse substantiae, imaginatio corporis quae in memoria est et inde informatio cum ad eam conuertitur acies cogitantis et utrumque coniungens intentio uoluntatis. Sed ideo et ista trinitas ad exteriorem hominem reperta est pertinere quia de corporibus inlata est quae sentiuntur extrinsecus (*XV*, III, *85-99*) *I* **1** est] t *s. l.* $K^{1}$ **2** praedictum $T^{a}$ **3** indagari $C^{2}$ **3/4** °qualemcumque *M* **4** ipse] *add.* dei *S* **6** agnitionem] *ita N O S P*, agnitione *cett. codd.* μ **7** et *om. J* **8** °exterior] interior *I* °sed] tamen μ **9** °diem] die *I* **11** expressiorem] s *pr. s. l.* $T^{1}$ **13** frusta $T^{a}$ et *om. S* °quia] quod $A^{2}$ *L* nonulla $A^{a}$ **14** illo] *praem.* in *J* **16** sint *om.* $A^{a}$ $B^{a}$ exterius] ex interius $A^{a}$ **17** sentiamus] sen//tiamus *2 litt. eras. T* **18** animo *P* °sumus *M* **20** in *pr.*] iam *T* corporis *T* °ita] *add.* se *I* °in haec *om.* $M^{a}$ in *alt. om. T* **21** foras se] fortasse *A S*, (t *eras.*) *P*, fortasse se $S^{2}$ proiecit *C F K P T* μ **21/22** °incerta $A^{2}$ $L^{a}$

certo corporum ablata fuerit, ut in spiritu multo certiore ac stabiliore cognitione figatur, refugiat ad ista et ibi appetat requiem unde traxit infirmitatem. Cuius aegritudini congruendum est ut si quando interiora spiritalia adcommodatius distinguere atque facilius insinuare conamur, de corporalibus exterioribus similitudinum documenta capiamus. Sensu igitur corporis exterior homo praeditus sentit corpora, et iste sensus quod facile aduertitur quinquepertitus est, uidendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo. Sed et multum est et non necessarium ut omnes hos quinque sensus id quod quaerimus interrogemus ; quod enim nobis unus eorum renuntiat etiam in ceteris ualet. Itaque potissimum testimonio utamur oculorum ; is enim sensus corporis maxime excellit et est uisioni mentis pro sui generis diuersitate uicinior.

II. [II **2**] Cum igitur aliquod corpus uidemus, haec tria, quod facillimum est, consideranda sunt et dinoscenda. Primo ipsa res quam uidemus siue lapidem siue aliquam flammam siue quid aliud quod uideri oculis potest, quod utique iam esse poterat et antequam uideretur. Deinde uisio quae non erat priusquam rem illam obiectam sensui sentiremus. Tertio quod in ea re quae uidetur quamdiu uidetur sensum detinet oculo- μ 901
rum, id est animi intentio. In his igitur tribus non solum est manifesta distinctio sed etiam discreta natura.

Primum quippe illud corpus uisibile longe alterius naturae est quam sensus oculorum quo sibimet incidente fit uisio, ipsaque uisio quae quid aliud quam sensus ex ea re quae sentitur informatus apparet ? Quamuis re uisibili detracta nulla sit nec ulla omnino esse possit talis uisio si corpus non sit quod uideri queat, nullo modo tamen eiusdem substantiae est corpus quo formatur sensus oculorum cum idem corpus

---

**Codd. :** *A B C*   *N O S*   *F J K P T*   (*I L M R V*).

---

**22** °ut] et $S^{2}$ *M*   spiritum *S* μ   **23** °stabiliori *R*   °fugiat *M*   **24** °aegritudine $R^{a}$   **25** adcommodatius] m *pr. eras.* *O*   **27** similitudine $C^{a}$   **28** praedictus $T^{a}$   **29** °quinquipertitus *C* $L^{2}$, quinquepartitus *M* $V^{2}$   est *om.* $A^{a}$ $B^{a}$   **30** et *pr. om.* *C*   °non *om.* *M*   **31** id] *add.* est *J*   **33** °potissimo *R*   **34** is] /is *1 litt. eras.* *O*, his $C^{a}$ *J*   uisioni] uisioni/ *1 litt. eras.* *C*, uisione $J^{a}$ *T*.

II.] I *B*, *om.* *T*   **2** ipsas (s *alt. eras.*) *T*   **3** quem *N*   uidimus (*corr. 1 m.*) *J*   **4** quid] aliquid *J*   **5** potuerat *T*   **6** illa mobihaectam $C^{a}$   senterimus *C*, sentirimus $C^{2}$   quae *J*   **7** °quamdiu uidetur] *om.* $I^{a}$, quam diuidetur $L^{a}$   **7/8** °colorum $R^{a}$   **8** intentionem *P*   est *alt. om.* *J*   **10** primo *T*   **11** °oculorum *om.* $R^{a}$   °quo] qui *M*   °incedente $A^{a}$, intercedente *L*   **12** ipsaque — quae] *ita* *A B C O S K*, ipsa uisio (quae *eras.*) *N*, ipsaque uisio $N^{2}$ μ, ipsaque uisio qua $S^{2}$, ipsa quae uisio *F J P T*   °aliud] *add.* est $A^{2}$ *L*   **13** Quamuis] *add.* enim $S^{2}$   **14** si *om.* $S^{a}$   **15** quod uideri *om.* $J^{a}$   uidere $C^{a}$

uidetur et ipsa forma quae ab eodem imprimitur sensui, quae uisio uocatur. Corpus enim a uisu in sua natura separabile est ; sensus autem qui iam erat in animante etiam priusquam uideret quod uidere posset cum in aliquid uisibile incurreret, uel uisio quae fit in sensu ex uisibili corpore cum iam coniunctum est et uidetur, sensus ergo uel uisio, id est sensus non formatus extrinsecus uel sensus formatus extrinsecus, ad animantis naturam pertinet omnino aliam quam est illud corpus quod uidendo sentimus, quo sensus non ita formatur ut sensus sit sed ut uisio sit. Nam sensus et ante obiectum rei sensibilis nisi esset in nobis non distaremus a caecis dum nihil uidemus siue in tenebris siue clausis luminibus. Hoc autem distamus quod nobis inest et non uidentibus quo uidere possimus, qui sensus uocatur ; illis uero non inest, nec aliunde nisi quod eo carent caeci appellantur. PL 986

Itemque illa animi intentio quae in ea re quam uidemus sensum tenet atque utrumque coniungit non tantum ab ea re uisibili natura differt quandoquidem iste animus, illud corpus est, sed ab ipso quoque sensu atque uisione quoniam solius animi est haec intentio. Sensus autem oculorum non ob aliud sensus corporis dicitur nisi quia et ipsi oculi membra sunt corporis, et quamuis non sentiat corpus exanime, anima tamen commixta corpori per instrumentum sentit corporeum et idem instrumentum sensus uocatur. Qui etiam passione corporis cum quisque excaecatur, interceptus exstinguitur, cum idem maneat animus, et eius intentio luminibus amissis non habeat quidem sensum corporis quem uidendo extrinsecus corpori adiungat atque in eo uiso figat aspectum, nisu tamen ipso indicet se adempto corporis sensu nec perire potuisse nec minui ; manet enim quidam uidendi appetitus integer siue id possit fieri siue non possit. Haec igitur tria, corpus quod uidetur et ipsa uisio et quae utrumque coniungit intentio,

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**17** uideatur *T* formam $C^a$ **18** a uisu] *ita B O F J*, /uisum *1 litt. eras. N*, uisum *cett. codd.* μ **20** uideri *C* possit $A^a$ *C P* **21** °uisibile $I^a$ cum] *add.* ei $S^2$ **21/22** coniunctum] n *s. l.* $C^1$ **22/23** °non — sensus *om.* $V^a$ μ **22** non *om.* $S^a$ **23** extrinsecus *alt.*] intrinsecus *S* **24** °pertinent *S M* **25** quo] qui $C^2$, quod (d *exp.*) *K* **26** sensus *alt.*] sensis $C^a$ abiectum $P^a$ **28** °uideremus *I* **29** et] *add.* ā $S^2$ quo] quod *N J K P* **30** possimus] i *ex* u *per ras. P*, possumus *N* °inest] est $L^a$ **32** animi] enim *K* **33** °non] *add.* solum *L* **34** °differet *I* **35** ipso] illo *N* °quoniam] *praem.* nisi *M* **36** solus $S^a$ autem] hic *F* ab *C* **38** anima] *s. l.* $K^1$ **42** °animus maneat *M* **43** °non habeat] *praem.* cum $A^2$ *L* sensum quidem *T* °sensus *M* °quem] quod *M* **44** uiso] uisu *J* °nisu] su *i. r.* $N^2$ ; nisi (i *alt. ex* u *per ras.*) *I*, R **45** indicet ipso $F^a$ °indicat $A^2$ *L* se] sed $C^a$ **48** °et *alt. om.* $M^a$

manifesta sunt ad dinoscendum non solum propter propria singulorum uerum etiam propter differentiam naturarum.

[3] Atque in his cum sensus non procedat ex corpore illo quod uidetur sed ex corpore sentientis animantis cui anima suo quodam miro modo contemperatur, tamen ex corpore quod uidetur gignitur uisio, id est sensus ipse formatur ut iam non tantum sensus qui etiam in tenebris esse integer potest dum est incolumitas oculorum, sed etiam sensus informatus sit, quae uisio uocatur. Gignitur ergo ex re uisibili uisio, sed non ex sola nisi adsit et uidens. Quocirca ex uisibili et uidente gignitur uisio ita sane ut ex uidente sit sensus oculorum et aspicientis atque intuentis intentio ; illa tamen informatio sensus quae uisio dicitur a solo imprimatur corpore μ 902 quod uidetur, id est a re aliqua uisibili. Qua detracta nulla remanet forma quae inerat sensui dum adesset illud quod uidebatur ; sensus tamen ipse remanet qui erat et priusquam aliquid sentiretur uelut in aqua uestigium tamdiu est donec ipsum corpus quod imprimitur inest, quo ablato nullum erit cum remaneat aqua quae erat et antequam illam formam corporis caperet. Ideoque non possumus quidem dicere quod sensum gignat res uisibilis ; gignit tamen formam uelut similitudinem suam quae fit in sensu cum aliquid uidendo sentimus.

Sed formam corporis quod uidemus et formam quae ab illa in sensu uidentis fit per eundem sensum non discernimus quoniam tanta coniunctio est ut non pateat discernendi locus. Sed ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire *nisi fieret in sensu nostro* aliqua similitudo conspecti corporis. Neque enim cum anulus cerae imprimitur ideo nulla imago facta est quia non discernitur nisi cum fuerit separata. Sed quoniam post ceram separatam manet quod factum est ut uideri possit, propterea facile persuadetur quod inerat iam

---

**74/75** *nisi fieret in sensu nostro* : cf. IX, III, 16/17 ; XI, II, 117.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**51** Atque] *praem.* II *T* com $C^a$ praecedat *T* illo corpore *S* **53** °sua *L V* contemperantur *K*, (n *alt. eras.*) *T* °corpore] tempore *M* **54** ipse *om. C* **55** tenebris] ten/ebris *1 litt. eras. C* integer esse *T* **56** incolomitas $J^a$ **58** °ex] *add.* hac $B^2$ ; haec *O*, (e *eras.*) *S*, *M* assit $A^2$ *T* **61** °imprimitur $K^1$ *I* **62** °re aliqua] reliqua $R^a$ $V^a$ **63** inherat (h *eras.*) *P* **66** °ipsud $V^a$ quo] quod $A^a$ $B^a$ *C*, (d *eras.*) *K* ablato] ablat// *2 litt. eras.* $N^a$, ablatum *C* **67** et] *s. l.* $P^1$ **68** caperet] ca/peret *1 litt. eras. S* ideo $B^a$ **69** °gignit] gigni *M* uelut] uel// *2 litt. eras. B*, ueluti *P* **71** quod] quam *F P* °ab] in *M* **72** illam $C^a$, illo $S^2$ **73** coninctio $J^a$ **74** nos *om. T* **75** fierit (*corr. 1 m.*) *K* **76** Neque] *praem.* III *A C*, *praem.* II *B* anulus cum $F^a$ **79** uidere $C^a$ inherat (h *eras.*) *P*

cerae forma impressa ex anulo et antequam ab illa separaretur. Si autem liquido humori adiungeretur anulus, eo detracto PL 987 nihil imaginis appareret. Nec ideo tamen discernere ratio non deberet fuisse in illo humore antequam detraheretur anuli formam factam ex anulo, quae distinguenda est ab ea forma quae in anulo est unde ista facta est quae detracto anulo non erit, quamuis illa in anulo maneat unde ista facta est. Sic sensus oculorum non ideo non habet imaginem corporis quod uidetur quamdiu uidetur quia eo detracto non remanet. Ac per hoc tardioribus ingeniis difficillime persuaderi potest formari in sensu nostro imaginem rei uisibilis cum eam uidemus, et eandem formam esse uisionem.

[**4**] Sed qui forte aduerterunt quod commemorabo non ita in hac inquisitione laborabunt. Plerumque cum diuscule attenderimus quaeque luminaria et deinde oculos clauserimus, quasi uersantur in conspectu quidam lucidi colores uarie sese commutantes et minus minusque fulgentes donec omnino desistant, quas intellegendum est reliquias esse formae illius quae facta erat in sensu cum corpus lucidum uideretur, paulatimque et quodam modo gradatim deficiendo uariari. Nam et insertarum fenestrarum cancelli si eos forte intuebamur, saepe in illis apparuere coloribus ut manifestum sit hanc affectionem nostro sensui ex ea re quae uidebatur impressam. Erat ergo etiam cum uideremus, et illa erat clarior et expressior sed multum coniuncta cum specie rei eius quae cernebatur ut discerni omnino non posset, et ipsa erat uisio. Quin etiam cum lucernae flammula modo quodam diuaricatis radiis oculorum quasi geminatur, duae uisiones fiunt, cum sit res

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**80** cerae] re *C* annulo (n *pr. eras.*) *T* illo *P* **81** °detractato (a *alt. del.*) *O*, $V^{a}$ **82** imaginis] i *tert. ex* e *per ras. K* °apparet $M^{a}$ $R^{a}$ **84** formam] forma *F J* facta *J* **85/86** quae *alt.* — est *om. C* **86** remaneat *T* °Sic] *praem.* sciens *M* **88** uidetur *alt.*] uiditur $C^{a}$ °quia] qui $R^{a}$ **89** persuadere $C^{a}$ **90** uideamus $R^{2}$ **92** aduerterint $A^{2}$, (i *ex* u *per ras.*) *C*, $S^{2}$ *F J* μ cum memorabo $S^{a}$ **93** cum plerumque $S^{2}$ plerique $A^{a}$ °diuscule] diu solem *T*, diusculae *I V* **93/94** adtenderemus $K^{a}$ **94** quaeque] *praem.* uel *T* °clauderimus *M* **95** °dilucidi *M*, luci $R^{a}$ coloris $A^{2}$ sese] esse $A^{a}$ **96** °et] aut $A^{2}$ *L V* **97** quos $A^{2}$ $N^{2}$ *T* μ **98** com (*corr. 1 m.*) *T* licidum $C^{a}$ uidetur *K* **100** cancellis *J* **100/101** °intuebantur *T*, intueamur $V^{a}$ **102** °ea re] aere $R^{a}$ impressamus *C* **103** uiderimus (*corr. 1 m.*) *J* **103/104** expressior] s *pr. s. l.* $C^{1}$ **104** °cum *om. M* rei] *s. l.* $P^{1}$ **104/105** cernebantur (n *exp.*) *K* **105** possit *J* $P^{a}$ Quin] quid *T* **106** °lucernule *M* flammola $K^{a}$ °quodam modo $I^{a}$ **107** uisionis $C^{a}$ cum] dum *K*

una quae uidetur. Singillatim quippe afficiuntur idem radii de suo quisque oculo emicantes dum non sinuntur in illud corpus intuendum pariter coniuncteque concurrere ut unus fiat ex utroque contuitus, et ideo si unum oculum clauserimus, non geminum ignem sed sicuti est unum uidebimus. Cur autem sinistro clauso illa species uideri desinit quae ad μ 903
dextrum erat uicissimque dextro clauso illa intermoritur quae ad sinistrum erat, et longum est et rei praesenti non necessarium modo quaerere atque disserere. Quod enim ad susceptam quaestionem sat est *nisi fieret in sensu nostro* quaedam imago simillima rei eius quam cernimus, non secundum oculorum numerum flammae species geminaretur cum quidam cernendi modus adhibitus fuerit qui possit concursum separare radiorum. Ex uno quippe oculo quolibet modo deducto aut impresso aut intorto si alter clausus est, dupliciter uideri aliquid quod sit unum nullo pacto potest.

[**5**] *Quae cum ita sint,* tria haec quamuis diuersa natura quemadmodum in quandam unitatem contemperentur meminerimus, id est species corporis quae uidetur et imago eius impressa sensui quod est uisio sensusue formatus et uoluntas animi quae rei sensibili sensum admouet, in eoque ipsam uisionem tenet. Horum primum, id est res ipsa uisibilis, non PL 988
pertinet ad animantis naturam nisi cum corpus nostrum cernimus. Alterum autem ita pertinet ut et in corpore fiat et per corpus in anima ; fit enim in sensu qui neque sine corpore est neque sine anima. Tertium uero solius animae est quia uoluntas est. Cum igitur horum trium tam diuersae substantiae sint, tamen in tantam coeunt unitatem ut duo priora uix

---

**108/109** sqq. cf. Plato, tim., 45b-d ; Arist., sens., 431b ; Plot., enn. IV, 5 (29), 2 (ed. Henry-Schwyzer, II, p. 154-158) ; Aug., gen. ad litt. IV, 34 ; XII, 16 (CSEL 28-1, 135, 15/16 ; 401, 13/15). **117** *nisi fieret in sensu nostro* : cf. IX, III, 16/17 ; XI, II, 74/75. **124** Cic., catil. I, V, 10.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**108** uiditur $C^{a}$ efficiuntur $P^{a}$ °iidem *μ* **109** quisque] s *eras. P* **110** coniunctaeque *K* concorrere (*corr. 1 m.*) *K* **111/112** clauseris *C* **112** sicuti] i *pr. ex* e *per ras. K* °unum *om.* $I^{a}$ uidemus *C T* **113** sinistro] *i. r.* $N^{2}$, senistro *C* /clauso *1 litt. eras. C* °desinit uideri *μ* uidiri (*corr. 1 m.*) *C* **113/114** a dextris $N^{2}$ **114** dextram ( ?) *C* illa] *s. l.* $K^{1}$ interimatur $S^{2}$ **115** a sinistris $N^{2}$ nistrum $S^{a}$ **117** satis *T μ* **118** simillis (l *pr. exp.*) *C* **122** intorto] intor/to *1 litt. eras. C* si//// *4 litt. eras. N* dupliciter] duplici/ter *1 litt. eras. C* **125/126** memeneribus $C^{a}$ **126** eius] i *s. l.* $C^{1}$ **126/127** °impressa eius imago *μ* **128** sensibili] uisibili *T* °amouet $M^{a}$ **128/129** uisionem ipsam *F* **131** °et *pr. om.* $R^{a}$ *μ* **132** sine *om.* $K^{a}$ **133** animae] animi (i *alt. i. r.*) $N^{2}$ **135** °sint] i *ex* u *per ras. V* caeunt *C*

intercedente iudice ratione discerni ualeant, species uidelicet corporis quod uidetur et imago eius quae fit in sensu, id est uisio. Voluntas autem tantam habet uim copulandi haec duo, ut et sensum formandum admoueat ei rei quae cernitur et in ea formatum teneat. Et si tam uiolenta est ut possit uocari amor aut cupiditas aut libido, etiam ceterum corpus animantis uehementer afficit, et ubi non resistit pigrior duriorque materies in similem speciem coloremque commutat.

Licet uidere corpusculum chamaeleontis ad colores quos uidet facillima conuersione uariari. Aliorum autem animalium, quia non est ad conuersionem facilis corpulentia, fetus plerumque produnt libidines matrum quid cum magna delectatione conspexerint. Quam enim teneriora atque ut ita dixerim formabiliora sunt primordia seminum, tam efficaciter et capaciter sequuntur intentionem maternae animae et quae in ea facta est phantasia per corpus quod cupide aspexit. Sunt exempla quae copiose commemorari possint, sed unum sufficit de fidelissimis libris quod fecit Iacob ut oues et caprae uarios coloribus parerent supponendo eis uariata uirgulta in canalibus aquarum quae potantes intuerentur eo tempore quo conceperant.

[**6**] Sed anima rationalis deformiter uiuit cum secundum trinitatem exterioris hominis uiuit, id est cum ad ea quae forinsecus sensum corporis formant non laudabilem uoluntatem qua haec ad utile aliquid referat, sed turpem cupiditatem qua his inhaerescat accommodat. [III] Quia etiam detracta specie corporis quae corporaliter sentiebatur remanet in memoria similitudo eius quo rursus uoluntas conuertat aciem

---

**153/156** Gen. 30, 37-41.

---

**Codd.** : *A B C*  *N O S*  *F J K P T*  (*I L M R V*).

**Test.** : **144** corpusculum — **146** corpulentia [*Isid., orig. XII*, II, *18*].

---

**136** intercidente (*corr. 1 m.*) *K*  **137** quod] quae *P*² ? *T*  uiditur (*corr. 1 m.*) *C*  sensu] sen *s. l.* *K*¹  **138** uim habet *A B C μ*  copolandi *C*ª  **139** et *pr. om.* *C*  °amoueat *M*  ei] et *S* ; *exp.* *K*  **142** afficiat *J*  °prior *I*ª  **142/143** materiis *K*  **144** caleontis *T*  **145** °uidet] -et *i. r.* *N*², *om.* Rª  °conuersatione *L*ª  **146** °conuersationem *C*ª, uersionem *L*ª  corpolentia *C*ª  **147** °quid] quod *C*² *K*, quae *F P V*², quales *L*, quo id *M*  **150** et quae] equae (e *pr. eras.*) *C*  **151** phantasiam *A S K μ*, phantasiae *T*  aspexit] t *s. l.* *K*¹  **152** Sunt] *praem.* IIII *A C*, *praem.* III *B*  cupiosae (e *exp.*) *K*  **153** suffecit *K*ª  iacobbus (bus *exp.*) *K*  **154** uarios] s *s. l.* *P*¹, uariis *J K*  °colaribus (*corr. 1 m.*) *C*, colores *M*  **156** °conciperent *C F T M*², coeperant *J*, conceperent *M*, ceperant *V*ª  **158** °trinitatis *M*  °hominis *om.* *I*ª  **160** refferat *T*  **161** Quia] qui *C*  accommodant (n *exp.*) *K*

ut inde formetur intrinsecus sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur.

III. Atque ita fit illa trinitas ex memoria et interna uisione et quae utrumque copulat uoluntate, quae tria cum in unum μ 904 coguntur ab ipso coactu cogitatio dicitur. Nec iam in his tribus diuersa substantia est. Neque enim aut corpus illud sensibile ibi est quod omnino discretum est ab animantis natura, aut sensus corporis ibi formatur ut fiat uisio, aut ipsa uoluntas id agit ut formandum sensum sensibili corpori admoueat, in eoque formatum detineat. Sed pro illa specie corporis quae sentiebatur extrinsecus succedit memoria retinens illam speciem quam per corporis sensum combibit anima, proque illa uisione quae foris erat cum sensus ex corpore sensibili formaretur succedit intus similis uisio cum ex eo quod memoria tenet formatur acies animi et absentia corpora cogitantur, uoluntasque ipsa quomodo foris corpori obiecto for- PL 989 mandum sensum admouebat formatumque iungebat, sic aciem recordantis animi conuertit ad memoriam ut ex eo quod illa retinuit ista formetur, et fit in cogitatione similis uisio.

Sicut autem ratione discernebatur species uisibilis qua sensus corporis formabatur et eius similitudo quae fiebat in sensu formato ut esset uisio (alioquin ita erant coniunctae ut omnino una eademque putaretur, sic illa phantasia, cum animus cogitat speciem uisi corporis, cum constet ex corporis similitudine quam memoria tenet et ex ea quae inde formatur in acie recordantis animi, tamen sic una et singularis apparet ut duo quaedam esse non inueniantur nisi iudicante ratione

---

III. **1/2** cf. X, XI, 3.17/18.29.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**164/165** formetur — extrinsecus *om.* *C* **164** sensibilis *N O J P* **165** formabatur] *exp.* $C^2$.

III. *om.* *A B C* **2** copolat $C^a$ unom $C^a$ **3** °coniunguuntur $R^a$ coactu/ *1 litt. eras.* *C* °iam in] tā in *K*, tamen *I* **4** illud] il *i. r.* $N^2$, aliud *O* **5** °ibi *om.* *M* **6** ut *om.* *C* fiat] a *exp.* $C^2$ **7/8** admoueat] admoue/at *1 litt. eras.* *C*, amoueat $S^a$ **8** deteneat $C^a$ **9** sensiebatur $C^a$ succidit $C^a$ **9/10** retenens $C^a$ **10** °per *om.* *L* conuiuit $K^a$ **11** °proque] pro quae $C^a$, pro quem *K*, per quem $K^2$, pro *I* °uisio $R^a$ **11/12** sensibili] sen *i. r.* $B^2$, uisibili *A C*, *praem.* uisibili *T* **12** °cum] quam *I* **14** foris *om.* *J* obiecto corporis (s *eras.*) $C^2$ corpori *om.* *C* **15** fortumque $C^a$ **16** °concordantis *I* conuertet $C^a$ **17** retenuet $C^a$ **18** °qua] quae (e *eras.*) *B*, *M* ; qu/a *1 litt. eras.* *T* **20** esset] t *s. l.* $C^1$ erant] n *s. l.* $K^1$ **21** ut] et $S^a$ phantasia] phantasi/a *1 litt. eras.* *C* °cum] quam *I* **22** animimus (mi *exp.*) *C* **23** et *om.* $O^a$ **24** aciem *K* sapparet (s *eras.*) *C*

qua intellegimus aliud esse illud quod in memoria manet etiam cum aliunde cogitamus et aliud fieri cum recordamur, id est ad memoriam redimus, et illic inuenimus eandem speciem. Quae si iam non ibi esset, ita oblitos nos esse diceremus ut omnino recolere non possemus ; si autem acies recordantis non formaretur ex ea re quae erat in memoria, nullo modo fieret uisio cogitantis. Sed utriusque coniunctio, id est eius quam memoria tenet et eius quae inde exprimitur ut formetur acies recordantis, quia simillimae sunt, ueluti unam facit apparere. Cum autem cogitantis acies auersa inde fuerit atque id quod in memoria cernebatur destiterit intueri, nihil formae quae impressa erat in eadem acie remanebit, atque inde formabitur quo rursus conuersa fuerit ut alia cogitatio fiat. Manet tamen illud quod reliquit in memoria, quo rursus cum id recordamur conuertatur, et conuersa formetur atque unum cum eo fiat unde formatur.

IV. [IV 7] Voluntas uero illa quae hac atque hac fert et refert aciem formandam coniungitque formatam, si ad interiorem phantasiam tota confluxerit atque a praesentia corporum quae circumiacent sensibus atque ab ipsis sensibus corporis animi aciem omnino auerterit atque ad eam quae intus cernitur imaginem penitus conuerterit, tanta offunditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria ut nec ipsa ratio discernere sinatur utrum foris corpus ipsum uideatur an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione rerum uisibilium uel inlecti uel territi etiam eiusmodi repente uoces ediderunt quasi reuera in mediis talibus actionibus seu passionibus uersarentur. Et memini me audisse a quodam quod tam expressam et quasi solidam speciem feminei corporis

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**26** intelligitur (*corr. 1 m.*) *T* **27** alicunde *K* $T^2$ est] *add.* cum *J* **28** eandem] n *s. l.* $T^1$ **29** oblitos] o *alt. i. r.* $N^2$ nos] *s. l.* $S^1$ **30** possimus $A^a$ $B^a$ *C* recordantes (*corr. 1 m.*) *C* **31** formarentur *S* **32** °cogitantis] recordantis *I* utrius quae $C^a$ **33** quam] quae *J* **34** °quia] quae $S^2$ *M* °ueluti] uelut in *M* **35** fuerit inde *T* atque] aut quae *T* **36** id quod *om.* *T* quod *om.* $S^a$ destiterit] deest iterum *S* **37/38** formabatur (*corr. 1 m.*) *T* **38** alia] aliqua *J* **39** relinquid *C* id] eius $C^2$ **39/40** recordatur (tur *i. r.*) $N^2$ **40** et] *bis, pr. eras.* *T* **41** formetur $S^a$.

IV. *om.* *A B C* $N^a$ **1** °hac *alt.*] *ita* *O S J I M* R, illac $O^3$ $M^2$ *cett.* codd. $\mu$ **2** interiorem] in *s. l.* $T^1$ **3** defluxerit *J* a *om.* *N* **3/4** a — circumiacent *om.* $T^a$ **4** sensibus *pr.*] *add.* corporis *F T*, *praem.* in ipsis *eras.* *T* atque — sensibus *alt. om.* $A^a$ $B^a$ *C* **5** uerterit *K P*, auertat *T* **6** °tantum $N^2$ $J^2$, tantam *J*, tanto *M* °effunditur *F*, offenditur *T* $\mu$, affunditur *I*, cofunditur *M* similitudine *C* **7** speciei] i *alt. s. l.* $S^1$ °ut] cum *M* **9** cogitetur] etur *s. l.* $J^1$ Nam] *add.* et *T* **10** terreti *C* **11** seu] *i. r.* $B^2$, siue *A* $\mu$ **12** a quodam audisse $S^a$ audisse] au/disse *1 litt. eras.* *C*

in cogitando cernere soleret ut ei se quasi misceri sentiens ($\mu$ 905) etiam genitalibus flueret. Tantum habet uirium anima in corpus suum et tantum ualet ad indumenti qualitatem uertendam atque mutandam quomodo afficiatur indutus qui cohaeret indumento suo. Ex eodem genere affectionis etiam illud est quod in somnis per imagines ludimur. Sed plurimum differt utrum sopitis sensibus corporis sicuti sunt dormientium, aut ab interiore compage turbatis sicuti sunt furentium, aut alio (PL 990) quodam modo alienatis sicuti sunt diuinantium uel prophetantium, animi intentio quadam necessitate incurrat in eas quae occurrunt imagines siue ex memoria siue alia aliqua occulta ui per quasdam spiritales mixturas similiter spiritalis substantiae, an sicut sanis atque uigilantibus interdum contingit ut cogitatione occupata se uoluntas auertat a sensibus atque ita formet animi aciem uariis imaginibus rerum sensibilium tamquam ipsa sensibilia sentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia uoluntas intenditur fiunt istae impressiones imaginum, sed etiam cum deuitandi et cauendi causa rapitur animus in ea contuenda quae fugiat. Vnde non solum cupiendo sed etiam metuendo infertur uel sensus ipsis sensibilibus uel acies animi formanda imaginibus sensibilium. Itaque aut metus aut cupiditas quanto uehementior fuerit tanto expressius formatur acies siue sentientis ex corpore quod in loco adiacet siue cogitantis ex imagine corporis quae memoria continetur.

Quod ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria ; et quod est aspicientis uisio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur, hoc est uisio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi ; et quod est intentio uoluntatis ad corpus uisum uisionemque

---

IV. **16/17** *uertendam atque mutandam* : cf. Cic., de or. III, XLV, 177 ; orat. part., VII, 23.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**14** solet *T* **15** flueret] t *s. l.* $K^1$ **16** ualet] uelud $S^2$ **17** °quomodo] *add.* homo *μ* afficiantur $K^a$ °induitus (i *alt. eras.*) L **18** Ex] *praem.* v A *C*, *praem.* IIII *B* affectionis] affec//tionis *2 litt. eras. B* **19** illudimur *F*, inludimur *K T* **21** interiorem (m *exp.*) *C* **21/22** aliquodam $T^a$ **23** animi] an id (id *del.*) *S* intentione *C* quodam $K^a$ **24** occurrerunt *P* aliqua alia *i. r.* $N^2$ **24/25** occulta ui] occultam (m *exp.*) *C* **25** spiritales — similiter *om.* $T^a$ **26** °contigit $V^a$ **27** °occupatam *I* °uoluntas se *μ* **28** °sensibilium rerum *μ* **31** °dubitandi *M* **33** metuendo] uitando *J* inferatur *T* °sensus] sensibus *M* **34** formandi *K* **36** siue] seu *i. r.* $B^2$, *N O S* **37** adiacit (*corr. 1 m.*) *K* **39** a $J^a$ **40** °hoc est *om.* $V^a$ **43** memoriam *J* constituta *A B C*

copulandam ut fiat ibi quaedam unitas trium quamuis eorum sit diuersa natura, hoc est eadem uoluntatis intentio ad copulandam imaginem corporis quae inest in memoria et uisionem cogitantis, id est formam quam cepit acies animi rediens ad memoriam, ut fiat et hic quaedam unitas ex tribus non iam naturae diuersitate discretis sed *unius eiusdem*que *substantiae* quia hoc totum intus est et totum unus animus. [8] Sicut autem cum forma et species corporis interierit non potest ad eam uoluntas sensum reuocare cernentis, ita cum imago quam memoria gerit obliuione deleta est non erit quo animi aciem formandam uoluntas recordando retorqueat.

V. [V] Sed quia praeualet animus non solum oblita uerum etiam non sensa nec experta confingere ea quae non exciderunt augendo, minuendo, commutando, et pro arbitrio componendo, saepe imaginatur quasi ita sit aliquid quod aut scit non ita esse aut nescit ita esse. In quo genere cauendum est ne aut mentiatur ut decipiat aut opinetur ut decipiatur. Quibus duobus malis euitatis nihil ei obsunt imaginata phantasmata sicut nihil obsunt experta sensibilia et retenta memoriter si neque cupide appetantur si iuuant neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum autem in his uoluntas relictis melioribus auida uolutatur, immunda fit, atque ita et cum adsunt perniciose et cum absunt perniciosius cogitantur. Male itaque uiui- μ 906
tur et deformiter secundum trinitatem hominis exterioris PL 991
quia et illam trinitatem quae licet interius imaginetur, exteriora tamen imaginatur, sensibilium corporaliumque utendorum causa peperit. Nullus enim eis uti posset etiam bene nisi

---

**50/51** cf. Symb. Nicaen., 10.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**45** copolandam $C^{a}$ **46** °diuersi $I^{a}$ eandem (n *exp.*) *C*, eorum *P* **47** inest] est *F P* μ uisione *N K P* **48** °cepit] ca/epit *1 litt. eras. C*, coepit *S P*, capit *T*, accepit *L* **49** iam] tam *S*, tamen $S^{2}$ **51** °totum *pr.*] notum *M* Sicut] *praem.* v *N O S* **52** °forma] *praem.* in $R^{a}$ **54** °egerit (e pr. *eras.*) *L* obliuioni *T* aciem animi *C P* μ **55** formandam] *om.* $A^{a}$ *B C*, formanda *J*.

v. *om. A B C N O S T* **2** °confringere (r *pr. eras.*) *L* exciderunt] i *i. r.* $B^{2}$, excederunt $A^{a}$ *P* **4** ita] i *s. l.* $N^{1}$ °aliquid sit μ **5** Nescit] inscit *C* **6** °ut *pr. et alt.*] aut *M* decipiat] decipiatur $S^{2}$ opinitur (*corr. 1 m.*) *C*, oppinetur (p *pr. eras.*) *N* **7.8** nihil] nil *T* **9** cupiditate *A B C* fugiantur] gi *s. l.* $T^{1}$, figantur *J* **10** °offendant *M* uoluntas in his *S* **11/12** adsunt — cum] *i. mg.* $K^{1}$ **12** Male] *praem.* vi *A C*, *praem.* v *B* **14** et *om. A B C T* **15** imaginando *A S* corporalium quae (a *alt. eras.*) *C O* **16** possit *C J* etiam] *add.* et *S*

sensarum rerum imagines memoria tenerentur, et nisi pars maxima uoluntatis in superioribus atque interioribus habitet, eaque ipsa quae commodatur siue foris corporibus siue intus imaginibus eorum nisi quidquid in eis capit ad meliorem uerioremque uitam referat atque in eo fine cuius intuitu haec agenda iudicat adquiescat. Quid aliud facimus nisi quod nos apostolus facere prohibet dicens : *Nolite conformari huic saeculo* ?

Quapropter non est ista trinitas imago dei. Ex ultima quippe, id est corporea creatura qua superior est anima, in ipsa anima fit per sensum corporis. Nec tamen est omni modo dissimilis. Quid enim non pro suo genere ac pro suo modulo habet *similitudinem dei* quandoquidem deus fecit *omnia bona ualde* non ob aliud nisi quia ipse summe bonus est ? In quantum ergo bonum est quidquid est in tantum scilicet quamuis longe distantem habet tamen nonnullam similitudinem summi boni, et si naturalem utique rectam et ordinatam ; si autem uitiosam utique turpem atque peruersam. Nam et animae in ipsis peccatis suis non nisi quandam *similitudinem dei* superba et praepostera et, ut ita dicam, seruili libertate sectantur. Ita nec primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset nisi diceretur : *Eritis sicut dii.* Non sane omne quod in creaturis aliquo modo simile est deo etiam eius imago dicenda est, sed illa sola qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo prorsus exprimitur inter quam et ipsum nulla interiecta natura est.

[**9**] Visionis igitur illius, id est formae quae fit in sensu cernentis, quasi parens est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa non uera, unde nec ista uera proles est ; neque enim omni-

---

v. **23/24** Rom. 12, 2. **25** Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1. **26/27** cf. IX, III, 16/17 ; XI, II, 74/75.117. **29.35** Gen. 5, 1 ; 1, 26 ; Iac. 3, 9. **29/30** Eccli. 39, *21 ; Gen. 1, 31 ; Marc. 7, 37. **38** Gen. 3, 5. **39** Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**17** teneantur *J* **18** intenerioribus $S^a$ °habitaret *I* **19** ipsa] pars $S^2$ °corporis *I M* **22** °augenda *M* quiescat *S* **23** facere *om. T* cofomari $A^a$, confirmari (*corr. 1 m.*) *C* **25** dei] *add.* quae *S* ultimo *C* **26** corpore acreatura *C* °qua] quia *M* **27** °omnino *T* $\mu$, omnino modo $L^a$ **28** non *om. P* modolo $C^a$ °ac] aut *M* **29** habet] *praem.* non *P* **29/30** °ualde bona *M* **30** ipse quia $S^a$ °quia] qui $V^a$ **31** °quantum *I* **32** nonnullam] *add.* in se *T* **34** anima *S* **36** °et *alt. om.* $R^a$ libertatem $C^a$, (m *eras.*) *O* sectatur *S* **37** °posse *C*, possit $V^a$ **40** illo] illa *J* **41** est *om. J* **42** Visionis] *praem.* VII *A C*, *praem.* VI *B* **42/43** cercentis (*corr. 1 m.*) *P* **43** formae $S^2$ ex] x *s. l.* $O^1$ **44** °prolis *M* est] *eras. J*

no inde gignitur quoniam aliquid aliud adhibetur corpori ut ex illo formetur, id est sensus uidentis. Quocirca id amare alienari est. Itaque uoluntas quae utrumque coniungit quasi parentem et quasi prolem magis spiritalis est quam utrumlibet illorum. Nam corpus illud quod cernitur omnino spiritale non est ; uisio uero quae fit in sensu habet admixtum aliquid spiritale quia sine anima fieri non potest, sed non totum ita est quoniam ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas ergo quae utrumque coniungit magis, ut dixi, spiritalis agnoscitur, et ideo tamquam personam spiritus insinuare incipit in illa trinitate. Sed magis pertinet ad sensum formatum quam ad illud corpus unde formatur. Sensus enim animantis et uoluntas animae est non lapidis aut alicuius corporis quod uidetur. Non ergo ab illo quasi parente procedit, sed nec ab ista quasi prole, hoc est uisione ac forma quae in sensu est. Prius enim quam uisio fieret iam erat uoluntas quae formandum sensum cernendo corpori admouit, sed nondum erat placitum. Quomodo enim placeret quod nondum erat uisum ? Placitum PL 992 autem quieta uoluntas est. Ideoque nec quasi prolem uisionis possumus dicere uoluntatem quia erat ante uisionem, nec quasi parentem quia non ex uoluntate sed ex uiso corpore formata et expressa est. [**10**] Finem fortasse uoluntatis et μ 907 requiem possumus recte dicere uisionem ad hoc dumtaxat unum ; neque enim propterea nihil aliud uolet quia uidet aliquid quod uolebat.

VI. [VI] Non itaque omnino ipsa uoluntas hominis cuius finis non est nisi beatitudo, sed ad hoc unum interim uoluntas ui-

---

**46/47** cf. Aug., retract. II, XLI, 2 (CSEL 36, 148, 6/11).

VI. **1/2** Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X) ; Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316 ; cf. Cic., tusc. V, x, 28 ; Aug., c. acad. I, II, 5 [Strom. patr. et med. II, 15, 39] ; beat. uit., II, 10 [Strom. patr. et med. II, 80, 36] ; lib. arb. II, 9, 27 sqq. ; mor. eccl. cath. I, III, 4 ; conf. X, XX, 29 ; XXI, 31 ; ciu. dei X, 1 [CC 47, 271, 1/2] ; retr. I, [XIII] XIV ; c. iul. op. imp. VI, 26 [PL 45, 1566A] ; epist. 104, IV, 12).

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. : 46** Quocirca — **47** est *Aug., retract. II*, XLI, *2* (*CSEL 36, 148, 7*).

---

**45** °inde] in idem *A C S*, in id idem $A^2$ *K L*, ad idem $O^3$, ibidem *T*, id idem $T^2$, inde idem *I* corporis *N* **47** utroque *S*, utraque $S^2$ **49** illarum $A^2$ **50** abmixtum *K* **52** °quoniam] quia *M* **53** spiritales $C^a$ **58** Non] nam $T^a$ ista] ipsa *P* **60** fierit (*corr. 1 m.*) *C* **61** °admonuit $L^a$ **63** quieta uoluntas] quia et uoluntas *C* **64** quia] quae *T* **65** non] *add.* est *A C P* uisio (i *alt. exp.*) *C* **66** et *pr.*] aut *P* est] *s. l.* $K^1$ °Finem *om. M* **67** possimus *C* recte] *s. l.* $P^1$ ad] et $C^2$ **68** uidit *T*.

VI. *om. A B C F K* **1** Non] *add.* ideo *F P* omnino itaque $P^2$ omnino *om. P* ipsa] *add.* est $N^2$

dendi finem non habet nisi uisionem siue id referat ad aliud siue non referat. Si enim non referat ad aliud uisionem sed tantum uoluit ut uideret, non est disputandum quomodo ostendatur finem uoluntatis esse uisionem ; manifestum est enim. Si autem referat ad aliud, uult utique aliud nec iam uidendi uoluntas erit, aut si uidendi, non hoc uidendi. Tamquam si uelit quisque uidere cicatricem ut inde doceat uulnus fuisse, aut si uelit uidere fenestram ut per fenestram uideat transeuntes ; omnes istae atque aliae tales uoluntates suos proprios fines habent qui referuntur ad finem illius uoluntatis qua uolumus *beate uiuere* et ad eam peruenire uitam quae non referatur ad aliud sed amanti per se ipsa sufficiat. Voluntas ergo uidendi finem habet uisionem, et uoluntas hanc rem uidendi finem habet huius rei uisionem. Voluntas itaque uidendi cicatricem finem suum expetit, hoc est uisionem cicatricis, et ad eam ultra non pertinet ; uoluntas enim probandi uulnus fuisse alia uoluntas est, quamuis ex illa religetur, cuius item finis est probatio uulneris. Et uoluntas uidendi fenestram finem habet fenestrae uisionem ; altera est enim quae ex ista nectitur uoluntas per fenestram uidendi transeuntes, cuius item finis est uisio transeuntium. Rectae autem sunt uoluntates et omnes sibimet religatae si bona est illa quo cunctae referuntur ; si autem praua est, prauae sunt omnes. Et ideo rectarum uoluntatum conexio iter est quoddam ascendentium ad beatitudinem quod certis uelut passibus agitur ; prauarum autem atque distortarum uoluntatum implicatio uinculum est quo alligabitur qui hoc agit ut proiciatur *in tenebras exteriores*. Beati ergo qui factis et moribus can-

---

**13** *uolumus beate uiuere* : Sen., uit. beat., I, I ; cf. infra XIII, IV-V. **29/30** Matth. 22, 13. **30** Matth. 8, 12 ; 22, 13 ; 25, 30.

---

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T (I L M R V)*.

---

**3** finem *om.* $B^a$ ad] *s. l.* $K^1$ **4** referat *alt.*] *ita C N O T*, refert *cett. codd.* μ **5** ut] et (*corr. 1 m.*) *C* **6/7** Manifestum — enim *om.* $T^a$ **7** autem] enim *K* referat] *ita N O F T*, refert *cett. codd.* μ **9** °uellet *S M*, uellit $V^a$ **10** uidere *om. T* ut — fenestram] *s. l.* $K^1$ **11** uoluntas $C^a$ **12** proprius *C* feruntur *A* $B^a$ *C*, referantur *T* **13** qua] quo *B* $N^a$, quia $C^a$ *S* °uitam] *add.* etiam *K M* $V^a$ **14** ipsam *C F P* μ sufficiat] a *s. l.* $F^1$, suficiat $T^a$ **14/15** Voluntas] *praem.* VIII *A C*, *praem.* VII *B*, *praem.* VI *F K* **16** uisionis huius rei *J* itaque] utique *T* **17/18** cicatricaes (*corr. 1 m.*) *C* **19** fuisse *om. K* alia] *add.* quaedam *T* °quamuis] qua *R*, quae $R^2$ **20** fines $C^a$ **21** habet — uisi(onem)] *i. mg.* $K^1$ alteram (m *exp.*) *C* enim *om.* $J^a$ **22** fenestras *C* **23** idem *J* fines $C^a$ **24** et *om. A B C J K T* **25** °qua $L^a$ cunctae] c *alt. s. l.* $S^1$, cuncta *P* **26** rectarum] bonarum *J* **28** agitur] pergitur (p *i. r.*) $B^2$ **28/29** inplectio *C* **29** quo] quod $A^a$ ait $A^a$ **30** exterioras (*corr. 1 m.*) *C*

tant *canticum graduum*, et *uae his qui trahunt peccata sicut restem longam*. Sic est autem requies uoluntatis quem dicimus finem si adhuc refertur ad aliud quemadmodum possumus dicere requiem pedis esse in ambulando cum ponitur unde alius innitatur cum passibus pergitur. Si autem aliquid ita placet ut in eo cum aliqua delectatione uoluntas adquiescat, nondum est tamen illud quo tenditur, sed et hoc refertur ad aliud ; deputetur non tamquam patria ciuis sed tamquam refectio uel etiam mansio uiatoris.

VII. [VII **11**] Iam uero in alia trinitate interiore quidem quam PL 993
est ista in sensibilibus et in sensibus sed tamen quae inde concepta est, cum iam non ex corpore sensus corporis sed ex memoria formatur acies animi cum in ipsa memoria species inhaeserit corporis quod forinsecus sensimus, illam speciem quae in memoria est quasi parentem dicimus eius quae fit in phantasia cogitantis. Erat enim in memoria et priusquam cogitaretur a nobis sicut erat corpus in loco et priusquam sentiretur ut uisio fieret. Sed cum cogitatur ex illa quam μ 908
memoria tenet, exprimitur in acie cogitantis et reminiscendo formatur ea species quae quasi proles est eius quam memoria tenet. Sed neque illa uera parens, neque ista uera proles est. Acies quippe animi quae formatur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus non ex ea specie procedit quam meminimus uisam quandoquidem eorum meminisse non possemus nisi uidissemus ; acies autem animi quae reminiscendo formatur erat etiam priusquam corpus quod meminimus uideremus. Quanto magis priusquam id memoriae mandaremus. Quamquam itaque forma quae fit in acie recordantis ex ea fiat quae

---

**31** Ps. 119 - 133. **31/32** Is. 5, *18.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**31** °iis μ peccata] *add.* sua *T* **32** longum *T* **33** °referatur *R* **35** cum] quo *C S K* $P^2$ *T* μ **36** aliqua] alia *C* delectione $A^a$, dilectatione *C* **37** et] ad $S^2$ hoc] *add.* si *N O J* fertur *J* ad] ut $S^2$ **38** aliud] illud $A^a$ °deputetur] et deputatur $A^2$ *L*, *praem.* ut *F K P* $V^2$ μ patria] patriae *F* $P^a$, *add.* et *L* °ciuis] quis *M*.

VII.] VIIII *A C*, VIII *B* **1** quedam $C^2$ **2** °in *alt. om.* $I^a$ μ **3** °non *om.* R **4** °memoria *pr.*] membris $M^a$ in *om. F* ipsam memoriam *K* memoria species] species corporis *F* spescies (s *alt. eras.*) *T* **5** corporis] memoriae *F* forinsicus $C^2$ °sensibus *M* **7** in *om. C* **9** °ut *om.* $V^a$ °cum *om.* $V^a$ **10** °et] *add.* eius $A^2$ *L* **12** parens] *add.* est *J* proles] s *s. l.* $T^1$, prolis *A* $S^a$ **14** °non *om.* $R^a$ **15** °eorum] eius $A^2$ *L* possemus] e *i. r.* $B^2$, possumus $A^a$, possimus $C^a$ **16** uidissimus $C^a$ **17** uiderimus *C K* **18** id] idem *C*, ideo $S^a$ commendaremus $B^2$

inest memoriae, ipsa tamen acies non inde exsistit, sed erat ante ista. Consequens est autem ut si non est illa uera parens, nec ista uera sit proles. Sed et illa quasi parens et ista quasi proles aliquid insinuant unde interiora atque ueriora exercitatius certiusque uideantur.

[**12**] Difficilius iam plane discernitur utrum uoluntas quae memoriae copulat uisionem non sit alicuius eorum siue parens siue proles, et hanc discretionis difficultatem facit eiusdem naturae atque substantiae parilitas et aequalitas. Neque enim sicut foris facile discernebatur formatus sensus a sensibili corpore et uoluntas ab utroque propter naturae diuersitatem quae inest ab inuicem omnibus tribus, de qua satis supra disseruimus, ita et hic potest. Quamuis enim haec trinitas de qua nunc quaeritur forinsecus inuecta est animo, intus tamen agitur et non est quidquam eius praeter ipsius animi naturam. Quo igitur pacto demonstrari potest, uoluntatem nec quasi parentem nec quasi prolem esse, siue corporeae similitudinis quae memoria continetur siue eius quae inde cum recordamur exprimitur, quando utrumque in cogitando ita copulat ut tamquam unum singulariter appareat et discerni nisi ratione non possit ? Atque illud primum uidendum est non esse posse uoluntatem reminiscendi nisi uel totum uel aliquid rei eius quam reminisci uolumus in penetralibus memoriae teneamus. Quod enim omni modo et omni ex parte obliti fuerimus, nec reminiscendi uoluntas exoritur quoniam quidquid recordari uolumus recordati iam sumus in memoria nostra esse uel fuisse. Verbi gratia si recordari uolo quid heri coenauerim, aut recordatus iam sum coenasse me, aut si et hoc nondum, certe circa ipsum tempus aliquid recordatus sum, si nihil PL 994
aliud ipsum saltem hesternum diem et eius eam partem qua coenari solet et quid sit coenare. Nam si nihil tale recordatus essem, quid heri coenauerim recordari uelle non possem. Vnde

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**20** memoria *S* °inde non *L* °existat *I* **21** istam *C S* $O^{3}$ *F P T* μ **22** °et *pr.*] *exp.* $A^{2}$, non *S*, *om.* $L^{a}$ **23/24** exercitantis $C^{a}$, exercitantius *K*, exercitatus (*corr. 1 m.*) *T* **24** certiusque] ueriusque $A^{2}$ *B N O S* **26** °memoriae] *om.* *M*, memoria $M^{2}$ **28** °atque] ac *M* **29** dinoscebatur *T* °sensibile $V^{a}$ **31** °qua] quas R, quos $R^{2}$ **32** enim *om.* $S^{a}$ **33** num *om.* $B^{a}$ forinsicus $C^{2}$ °inuenta R animo] *praem.* in *J* **35** facto $S^{a}$ *K* **35/36** nec — parentem] *i. mg.* $K^{1}$ **36** °similitudinis] i *quint. ex* e *per ras.* K, similitudini $R^{a}$ **37** siue] si $C^{a}$ **39** apareat $C^{a}$ et] ut *S* **40** °posse *om.* $R^{a}$ **41** °uotum *I* **42** penetrabilibus (bi *exp.*) *O*, (bi *eras.*) *T* **43** omni] *s. l.* $P^{1}$ °ex *om.* $R^{a}$ **45** °nostra *om.* $I^{a}$ **46** °quicquid *I* heri/ *1 litt. eras.* *T* **47** °aut *pr.*] et R cenauisse *F* si] *praem.* et *exp.* *A* **49** aliud] aliquid *C* saltim *S F J* $K^{1}$ *T* °externum *K I* eam eius *P* eius *om.* *N* quae $A^{a}$ *T* **51** posse $S^{a}$

intellegi potest uoluntatem reminiscendi ab his quidem rebus quae memoria continentur procedere adiunctis simul eis quae inde per recordationem cernendo exprimuntur, id est ex copulatione rei cuiusdam quam recordati sumus et uisionis quae inde facta est in acie cogitantis cum recordati sumus. Ipsa quae utrumque copulat uoluntas requirit et aliud quod quasi uicinum est atque contiguum recordanti. Tot igitur huius generis trinitates quot recordationes quia nulla est earum μ 909
ubi non haec tria sint, illud quod in memoria reconditum est etiam antequam cogitetur, et illud quod fit in cogitatione cum cernitur, et uoluntas utrumque coniungens et ex utroque ac tertia se ipsa unum aliquid complens. An potius ita cognoscitur una quaedam in hoc genere trinitas ut unum aliquid generaliter dicamus quidquid corporalium specierum in memoria latet, et rursus unum aliquid generalem uisionem animi talia recordantis atque cogitantis quorum duorum copulationi tertia coniungitur copulatrix uoluntas ut sit hoc totum unum quiddam ex quibusdam tribus ?

VIII. [VIII] Sed quoniam non potest acies animi simul omnia quae memoria tenet uno aspectu contueri, alternant uicissim cedendo ac succedendo trinitates cogitationum, atque ita fit ista innumerabiliter numerosissima trinitas, nec tamen infinita si numerus in memoria reconditarum rerum non excedatur. Ex quo enim coepit unusquisque sentire corpora quolibet corporis sensu, etiam si posset adiungere quae oblitus est, certus ac determinatus profecto numerus foret quamuis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia non solum infinita sed etiam quae ita finita sunt ut facultatem numerantis excedant.

[**13**] Sed hinc aduerti aliquanto manifestius potest aliud

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**52** his quidem] hisdem $A^a$ °iis *μ* quidem] qui/dem *1 litt. eras.* *T* **53** memoriae *C* simul] *add.* et *T* eis] his *F* **55** copolatione $C^a$ **56** sumus] *add.* sed $A^2$ *S F* $P^2$ *μ* **57** °Ipsa] *praem.* in quibus et $O^3$, ipsam $S^a$, *praem.* in quibus *T*, *praem.* in *M* copiolat $C^a$ requirit] *praem.* et *J* **58** Tot] *praem.* VIII *F K* **59** trinitatis $S^a$ quot] quod *C* $S^a$ $K^a$ $T^a$ recordationis $S^a$ **60** haec tria non *C* sunt $S^a$ **62** et *alt. om.* *P* ac] hac *J* **63** tertio *T* ipsam *K* **66** °rursum *F P I*, prorsus *M* generale *T* talia] *om.* *C*, talis (s *i. r.*) $N^2$ **67** duorum] duū (ū *i. r.*) $N^2$ °copolationi $C^a$, copulationes *T*, copulatione *V* **68** coniungit *T* copolatrix $C^a$ °totum] potum $V^a$ **68/69** quidam $S^a$.

VIII. *om.* *A B C F K* **2** memoria] *praem.* in *F* **3** trinitas $A^a$ **5** si] nisi *T* °excidatur *I* **7** possit *J* quae] quorum $B^2$ *μ* **9** °decimus *J*, dicemus $R^a$ innomerabiles $C^a$ **10** °finita *om.* *V* **11** aduertae $C^a$ aliud] aliu *A*, alia $A^2$

esse quod reconditum memoria tenet et aliud quod inde in cogitatione recordantis exprimitur, quamuis cum fit utriusque copulatio unum idemque uideatur, quia meminisse non possumus corporum species nisi tot quot sensimus et quantas sensimus et sicut sensimus (ex corporis enim sensu eas in memoria combibit animus) ; uisiones tamen illae cogitantium ex his quidem rebus quae sunt in memoria, sed tamen innumerabiliter atque omnino infinite multiplicantur atque uariantur. Vnum quippe solem memini quia sicuti est unum uidi ; si uoluero autem duos cogito uel tres uel quotquot uolo, sed ex eadem memoria qua unum memini formatur acies multos cogitantis. Et tantum memini quantum uidi ; si enim maiorem uel minorem memini quam uidi, iam non memini quod uidi et ideo nec memini. Quia uero memini, tantum PL 995 memini quantum uidi. Vel maiorem tamen pro uoluntate cogito uel minorem. Et ita memini ut uidi, cogito autem sicut uolo currentem et ubi uolo stantem, unde uolo et quo uolo uenientem. Quadrum etiam mihi cogitare in promptu est cum rotundum meminerim, et cuiuslibet coloris cum solem uiridem numquam uiderim et ideo non meminerim, atque ut solem ita cetera. Hae autem rerum formae quoniam corporales atque sensibiles sunt, errat quidem animus cum eas opinatur eo modo foris esse quomodo intus cogitat uel cum iam interierunt foris et adhuc in memoria retinentur, uel cum aliter etiam quod meminimus non recordandi fide sed cogitandi uarietate formatur.

[**14**] Quamquam saepissime credamus etiam uera narrantibus quae ipsi sensibus perceperunt. Quae cum in ipso auditu quando narrantur cogitamus, non uidetur ad memoriam retorqueri acies ut fiant uisiones cogitantium ; neque enim ea nobis recordantibus sed alio narrante cogitamus. Atque illa $\mu$ 910 trinitas non hic uidetur expleri quae fit cum species in memoria latens et uisio recordantis tertia uoluntate copulantur. Non

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**15** possumus] mus *s. l.* $A^{1}$ corporis *C* quot tot *F* quod $C^{a}$ quanta *S* **17** memoriam *N S* $\mu$ combibit] concipit *J* ille *F* **18** °iis $\mu$ **19** °infinitae *K*, finite *M* **20** °solet *M* **21** uidit (t *eras.*) *T* quodquod $C^{a}$ $K^{a}$, quot *S* **24** non iam *J* **26** Vel] *add.* si $S^{2}$ tamen] *del.* $S^{2}$ **27** Et] *del.* $S^{2}$ ita] *add.* tamen $S^{2}$ **28** °et *alt.*] ut *I* °quo/ *1 litt. eras.* *K*, quod $I^{a}$ **29** °promptum $I^{a}$ *M* cum] *add.* solem $S^{2}$ **30** °meminerim rotundum $\mu$ rotundum] o *superscr.* $K^{2}$ solem] *del.* $S^{2}$ **31** non] nec *K* $\mu$, numquam *T* ita] *add.* et *C J* **32** haec $C^{a}$, (c *eras.*) *N*, *S K* **33** erat $C^{a}$ equidem *T* opinantur $B^{2}$ **34** interierint *T* **36** quod] cum *C T* **37** formantur *T* **39** ipsis $S^{a}$ *J* perciperunt *C* auditu] u *superscr.* $S^{1}$, audito $C^{a}$ **40** enarrantur *F* **43** °hic] *add.* plerumque $V^{a}$ **44** latent *K* °copolantur *C*, copulatur *I* Non] neque *F*

enim quod latebat in memoria mea sed quod audio, cogito cum aliquid mihi narratur. Non ipsas uoces loquentis dico ne quisquam putet in illam me exisse trinitatem quae foris in sensibilibus et in sensibus agitur, sed eas cogito corporum species quas narrans uerbis sonisque significat, quas utique non reminiscens sed audiens cogito. Sed si diligentius consideremus, nec tunc exceditur memoriae modus. Neque enim uel intellegere possem narrantem si ea quae dicit et si contexta tunc primum audirem, non tamen generaliter singula meminissem. Qui enim mihi narrat uerbi gratia aliquem montem silua exutum et oleis indutum, ei narrat qui meminerim species et montium et siluarum et olearum. Quas si oblitus essem, quid diceret omnino nescirem et ideo narrationem illam cogitare non possem. Ita fit ut omnis qui corporalia cogitat, siue ipse aliquid confingat, siue audiat aut legat uel praeterita narrantem uel futura praenuntiantem, ad memoriam suam recurrat et ibi reperiat modum atque mensuram omnium formarum quas cogitans intuetur. Nam neque colorem quem numquam uidit neque figuram corporis nec sonum quem numquam audiuit nec saporem quem numquam gustauit nec odorem quem numquam olefecit nec ullam contrectationem corporis quam numquam sensit potest quisquam omnino cogitare. At si propterea nemo aliquid corporale cogitat nisi quod sensit, quia nemo meminit corporale aliquid nisi quod sensit, sicut in corporibus sentiendi sic in memoria est cogitandi modus. Sensus enim accipit speciem ab eo corpore quod sentimus et a sensu memoria, a memoria uero acies cogitantis.

[**15**] Voluntas porro sicut adiungit sensum corpori, sic memoriam sensui, sic cogitantis aciem memoriae. Quae autem

---

VIII. **59/60** *praeterita narrantem uel futura praenuntiantem* : cf. Hieron., in hiez. IX, XXX, 20/26 (CC 75, 432, 1458/1459) : *narrant praeterita sed futura praenuntiant.*

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).

---

**46** °dico *om.* $I^a$ **49** quas *pr.*] *i. r.* $N^2$, quae *J K* **50** si *om.* $N^a$ dilengentius $C^a$ **51** exciditur *F P*, excedetur *J* **53** tunc *om. C* non tamen] natamem $C^a$ singola $C^a$ **53/54** meminisse $S^a$ **55** ei] et *C*, (t *i. r.*) $N^2$ °meminerit *I* **56** °Quas] quae *F T L*, quia *I* **57** diceret] *add.* et *K* omni non scirem *C*, omnino non scirem $C^2$ **59** fingat *B C F P* legat aut audiat *i. r.* $B^2$ **60/61** recurrat et ibi] recurrente tibi *C*, recurrens ibi $C^2$ **61** repereat $K^a$ **63** uiderit *C J K* corporis] coloris *J* **64** audiuit — numquam] *om. S*, audiuit nec cibum quem numquam $S^2$ **65** olefecit] e *pr. eras. N*, olfecit *A B* $C^2$ *F P T* $\mu$ contractationem $C^2$ **66** quae $S^a$ °quicquam *L* ac *J* **67** °cogitet *I* **67.68** °sentit *M* **68** sicuti *C* **69** sentiendis hic *C* **70** accepit *S* eo] oc *C*, hoc $C^2$ **72** porro] uero *P* adiungit] d *s. l.* $C^1$ corporis *S*

conciliat ista atque coniungit, ipsa etiam disiungit ac separat, id est uoluntas. Sed a sentiendis corporibus motu corporis PL 996 separat corporis sensus ne aliquid sentiamus aut ut sentire desinamus ueluti cum oculos ab eo quod uidere nolumus auertimus uel claudimus ; sic aures a sonis, sic nares ab odoribus. Ita etiam uel os claudendo uel aliquid ex ore respuendo a saporibus auersamur. In tactu quoque uel subtrahimus corpus ne tangamus quod nolumus, uel si iam tangebamus, abicimus aut repellimus. Ita motu corporis agit uoluntas ne sensus corporis rebus sensibilibus copuletur. Et agit hoc quantum potest. Nam cum in hac actione propter conditionem seruilis mortalitatis difficultatem patitur, cruciatus est consequens ut uoluntati nihil reliqui fiat nisi tolerantia. Memoriam uero a sensu uoluntas auertit cum in aliud intenta non ei sinit inhaerere praesentia. Quod animaduertere facile est cum saepe coram loquentem nobis aliquem aliud cogitando non audisse nobis uidemur. Falsum est autem ; audiuimus enim sed non meminimus subinde per aurium sensum labentibus uocibus alienato nutu uoluntatis per quem solent infigi memoriae. Verius itaque dixerimus cum tale aliquid accidit : 'Non meminimus,' quam : 'Non audiuimus.' Nam et legentibus euenit et μ 911 mihi saepissime ut perlecta pagina uel epistula nesciam quid legerim et repetam. In aliud quippe intento nutu uoluntatis non sic est adhibita memoria sensui corporis quomodo ipse sensus adhibitus est litteris. Ita et ambulantes intenta in aliud uoluntate nesciunt qua transierint. Quod si non uidissent, non ambulassent aut maiore intentione palpando ambulassent, praesertim si per incognita pergerent ; sed quia facile ambulauerunt, utique uiderunt. Quia uero non sicut sensus oculorum locis quacumque pergebant ita ipsi sensui memoria iungebatur, nullo modo id quod uiderunt etiam recentissimum meminisse potuerunt. Iam porro ab eo quod in memoria est animi aciem uelle auertere nihil est aliud quam non inde cogitare.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**74** °ipsam $I^{a}$ disiungat $C^{a}$ seperat *C* **76** corporis sen(sus)] *i. mg.* $K^{1}$ ut *om.* *T* **77** °desideremus *M* **78/79** abdoribus $J^{a}$, odribus $K^{a}$ **79** claudendo] u *s. l.* $K^{1}$ **80/81** corpus ne *om.* *S* **81** nolomus $C^{a}$ **82** repellimus] *add.* quod nolumus *T* **83** hoc agit *P* **84** potest] st *i. r.* $O^{2}$ **86** uoluntatis *P* reliquum *P*, reliquid (d *eras.*) *T* Memoriam] *praem.* VIIII *B*, *praem.* X *C* **87** a] *s. l.* $K^{1}$ **88** Quod] *add.* enim *J* animauertere $N^{a}$ **91** subinde] subito *T* **93** accedit $C^{a}$ **94** quam] quia *T* °Non *om.* $L^{a}$ **95** °ut *om.* *M* **96** quippe in aliud *T* °alio *M* nuto $C^{a}$ **99** transierint] i *alt. ex* u *per ras.* *T*, transierunt *P* **101** quia] qui *S* **102** ambulauerint *T* **103** quaecumque $C^{a}$, qua/cumque *1 litt. eras.* *O*, qualibuscumque *J*.

IX. [IX **16**] In hac igitur distributione cum incipimus ab specie corporis et peruenimus usque ad speciem quae fit in contuitu cogitantis, quattuor species reperiuntur quasi gradatim natae altera ex altera, secunda de prima, tertia de secunda, quarta de tertia. Ab specie quippe corporis quod cernitur exoritur ea quae fit in sensu cernentis, et ab hac ea quae fit in memoria, et ab hac ea quae fit in acie cogitantis. Quapropter uoluntas quasi parentem cum prole ter copulat : primo speciem corporis cum ea quam gignit in corporis sensu, et ipsam rursus cum ea quae ex illa fit in memoria, atque istam quoque tertio cum ea quae ex illa paritur in cogitantis intuitu. Sed media copula quae secunda est, cum sit uicinior, non tam similis est primae quam tertiae. Visiones enim duae sunt, una sentientis, altera cogitantis. Vt autem possit esse uisio cogitantis ideo fit in memoria de uisione sentientis simile aliquid quo se ita conuertat in cogitando acies animi, sicut se in cernendo conuertit ad PL 997
corpus acies oculorum. Propterea duas in hoc genere trinitates uolui commendare, unam cum uisio sentientis formatur ex corpore, aliam cum uisio cogitantis formatur ex memoria. Mediam uero nolui quia non ibi solet uisio dici cum memoriae commendatur forma quae fit in sensu cernentis. Vbique tamen uoluntas non apparet nisi copulatrix quasi parentis et prolis. Et ideo undecumque procedat, nec parens nec proles dici potest.

X. [X **17**] At enim si non meminimus nisi quod sensimus neque cogitamus nisi quod meminimus, cur plerumque falsa cogitamus cum ea quae sensimus non utique falso meminerimus nisi quia uoluntas illa quam coniunctricem ac separa-

---

X. **1** cf. IX, III, 16/17 ; XI, II, 74/75.117.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

IX. *om. B C* **1** °a *μ* **2** contuito $C^{a}$ **5** °a *μ* **6** cernentis] i *i. r.* $N^{2}$ et — memoria *om.* $T^{a}$ ea *alt.*] *s. l.* $P^{1}$ **6/7** in *alt.* — fit *om.* $C^{a}$ **7** hac] *om. A*, ista $C^{2}$ fit] *add.* in memoria ea quae fit *i. mg.* $B^{2}$ **8** prole ter] *i. r.* $N^{2}$ °specie *I* **9** °et ipsam] etiam $R^{a}$ **10** °fit ex illa *μ* **10/11** fit — illa *om.* $T^{a}$ **10** tertio] tertiam $N^{2}$, *add.* iam *K* **11** ea] acie $C^{2}$ ex *om. A* $B^{a}$ *C* illam *C* paritur] ur *exp.* $C^{2}$, oritur *P* **12** est *alt.*] *s. l.* $N^{1}$ **13** tertia $A^{a}$ *C J K μ* uisionis $S^{a}$ **15** aliquid simile *P* °ita *om.* $R^{a}$ **17** trinitatis $A^{a}$ **18** commemorare *S* °una *I* cum] dum *S* **19** °alia *I* cogitantur $K^{a}$ **20** °quia] quam $S^{a}$, qua $V^{a}$ °ibi non *μ* cum] ubi *F* memoria *T* **22** proles $C^{a}$.

X. *om. A B C S* **1** At] *exp.* $C^{2}$ etenim $C^{2}$ **1.3** sentimus *T* **3** falsa *J*, falsum *K* **4** quia] qua/ *1 litt. eras.* $O^{a}$ **4/5** ac separatricem *om. C*

tricem huiuscemodi rerum iam quantum potui demonstrare curaui formandam cogitantis aciem per condita memoriae ducit ut libitum est, et ad cogitanda ea quae non meminimus ex eis quae meminimus aliud hinc, aliud inde, ut sumat impellit ? Quae in unam uisionem coeuntia faciunt aliquid quod ideo falsum dicatur quia uel non est foris in rerum corporearum natura uel non de memoria uidetur expressum cum tale nihil nos sensisse meminimus. Quis enim uidit cygnum nigrum ? Et propterea nemo meminit. Cogitare tamen quis non potest ? Facile est enim illam figuram quam uidendo cognoui- μ 912 mus nigro colore perfundere quem nihilominus in aliis corporibus uidimus, et quia utrumque sensimus, utrumque meminimus. Nec auem quadrupedem memini quia non uidi, sed phantasiam talem facillime intueor dum alicui formae uolatili qualem uidi adiungo alios duos pedes quales itidem uidi. Quapropter dum coniuncta cogitamus quae singillatim sensa meminimus, uidemur non id quod meminimus cogitare, cum id agamus moderante memoria unde sumimus omnia quae multipliciter ac uarie pro nostra uoluntate componimus. Nam neque ipsas magnitudines corporum quas numquam uidimus sine ope memoriae cogitamus. Quantum enim spatii solet occupare per magnitudinem mundi noster obtutus, in tantum extendimus quaslibet corporum moles cum eas maximas cogitamus. Et ratio quidem pergit in ampliora, sed phantasia non sequitur. Sequitur quippe cum infinitatem quoque numeri PL 998 ratio renuntiet, quam nulla uisio corporalia cogitantis apprehendit. Eadem ratio docet minutissima etiam corpuscula infinite diuidi ; cum tamen ad eas tenuitates uel minutias peruentum fuerit quas uisas meminimus, exiliores minutioresque phantasias iam non possumus intueri, quamuis ratio non

---

**17/19** cf. Aug., retract. II, XLI, 3 (CSEL 36, 148, 11 - 149, 4).

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test.** : **17** Nec — **19** uidi *alt. Aug., retract. II*, XLI, *3* (*CSEL 36, 148, 12-14*).

---

**5** °huiusmodi *V*ª **6** °condita] abscondita *C*² μ, cogitata *S*², recondita *T*, conditam *M* **7** ad] *add.* eo *A*ª, (*eras.*) *B* **8** sumat] t *s. l. P*¹ **8/9** impellit] *ita B N O* μ, appellit *A F J K P*, appl///et *3 litt. eras. C*, applicet *C*², appellet *S*, apellat *T* **9** coeuntia] coeunt ita *A*ª *C T* **10** uel *om. S* **12** nos] non *S*ª *T* Quis] *praem.* XI *A C*, *praem.* X *B* **13** quis non] quiuis *T* **15** quam *J* aliis] alnos *C*ª **16** °uidemus *M* **17** auem] autem *J P*ª °quadrupem *V*ª quia] quam *T* **18** talem] tamen *T Aug. ed.* intuor *T*ª uolatili] i *alt. ex* e *per ras. K*, uolutili *C*ª **19** °qualem] quidem *I* quale sit idem *P*ª °itidem] *add.* quod *I* **19/20** quiapropter (i *exp.*) *C* **22** memoriam *K* **23** uariae *J* **24** nusquam *P*² **25** siue *J* spaciis *J* **26** °per *om. I* **27** mores *A*ª **28** quidam *C*ª **29** Sequitur *alt.*] *ita N O*, *om. cett. codd.* μ infinitate *K* **31** docet] *add.* et *exp. A*, *B C T* copuscula *O*ª **33** quas] *praem.* et *N*² exhiliores *T*

desinat persequi ac diuidere. Ita nulla corporalia nisi aut ea quae meminimus aut ex his quae meminimus cogitamus.

XI. [XI **18**] Sed quia numerose cogitari possunt quae singillatim sunt impressa memoriae, uidetur ad memoriam mensura, ad uisionem uero numerus pertinere quia licet innumerabilis sit multiplicitas talium uisionum, singulis tamen in memoria praescriptus est intransgressibilis modus. Mensura igitur in memoria, in uisionibus numerus apparet sicut in ipsis corporibus uisibilibus mensura quaedam est cui numerosissime coaptatur sensus uidendi, et ex uno uisibili multorum cernentium formatur aspectus ita ut etiam unus propter duorum oculorum numerum plerumque unam rem geminata specie uideat sicut supra docuimus. In his ergo rebus unde uisiones exprimuntur quaedam mensura est, in ipsis autem uisionibus numerus. Voluntas uero quae ista coniungit et ordinat et quadam unitate copulat, nec sentiendi aut cogitandi appetitum nisi in his rebus unde uisiones formantur adquiescens conlocat, ponderi similis est. Quapropter haec tria, mensuram, numerum, pondus, etiam in ceteris omnibus rebus animaduertenda praelibauerim.

Nunc interim uoluntatem copulatricem rei uisibilis atque uisionis quasi parentis et prolis, siue in sentiendo siue in cogitando, nec parentem nec prolem dici posse quomodo ualui et quibus ualui demonstraui. Vnde tempus admonet hanc eandem trinitatem in interiore homine requirere atque ab isto de quo tamdiu locutus sum animali atque carnali qui exterior dicitur introrsus tendere. Vbi speramus inuenire nos posse secundum trinitatem *imaginem dei*, conatus nostros illo ipso adiuuante quem omnia sicut res ipsae indicant, ita etiam sancta scriptura *in mensura et numero et pondere* disposuisse testatur.

---

xi. **16/17** Sap. 11, 21. **23/25** II Cor. 4, *16. **26** Gen. 1, 27; 9, 6; 1, 26; Sap. 2, 23; Eccli. 17, 1. **28** Sap. 11, 21.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**35** °diuidere] uidere *R* Ita] *praem.* xi *F K* **36** aut — meminimus *alt. om. K* °iis *μ*.

xi.] *om. A B C F K*, x *S* **1/2** °singillatim] n *eras. A*, singulatim $M^{a}$ **2** uidentur *S* °ad *om.* $V^{a}$ **3** innumerabiles $C^{a}$ **4** memoriam *S* **5** intransgressibilis] n *alt. s. l.* $O^{1}$ **7** °numerosime $S^{a}$, numerossima *M* **8** uidendi] *ita B N O*, uidentium $O^{3}$ *cett. codd. μ* **11** docuimus] diximus *T* **13** ista] hac istac *T* °quadam] qua de $V^{a}$ **14** unitatem *J* °nec] *praem.* et *F*, ne $M^{a}$ cogitandi] tangendi *J* **15** formentur *S* aquiescens (a *eras.*) *S*, adquicens $T^{a}$ **17** °rebus *om.* $M^{a}$ anima aduertenda *C* **22** demonstraui] s *s. l.* $T^{1}$ amonet $B^{a}$ hanc] *praem.* et *F* **23** eandem] n *s. l.* $S^{1}$ in *om.* $N^{a}$ °interiorem hominem *M* **25** nos inuenire *S* **27** ipsae] ipse *F J*, ipsa *T* indicat *T* **29** testatur] *add.* amen *N*.

# LIBER XII

I. [I **1**] Age nunc uideamus ubi sit quasi quoddam hominis μ 913 exterioris interiorisque confinium. Quidquid enim habemus PL 997 in animo commune cum pecore recte adhuc dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur sed adiuncta quadam uita sua qua compages corporis et omnes sensus uigent quibus instructus est ad exteriora sentienda. Quorum sensorum imagines in- PL 998 fixae in memoria cum recordando reuisuntur res adhuc agitur ad exteriorem hominem pertinens. Atque in his omnibus non distamus a pecore nisi quod figura corporis non proni sed erecti sumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte, id est animo, similes pecoribus simus a quibus corporis erectione distamus. Non ut in ea quae sublimia sunt in corporibus animum proiciamus. Nam uel in talibus quietem uoluntatis appetere prosternere est animum. PL 999 Sed sicut corpus ad ea quae sunt excelsa corporum, id est ad caelestia, naturaliter erectum est, sic animus quae substantia spiritalis est ad ea quae sunt in spiritalibus excelsa erigendus est non elatione superbiae sed pietate iustitiae.

II. [II **2**] Possunt autem et pecora et sentire per corporis sensus extrinsecus corporalia et ea memoriae fixa reminisci atque in eis appetere conducibilia, fugere incommoda. Verum ea notare ac non solum naturaliter rapta sed etiam de industria memoriae commendata retinere et in obliuionem iamiamque labentia recordando atque cogitando rursus imprimere ut

---

I. **9/11** sqq. cf. Sall., catil., I, I ; Cic., leg. I, IX, 26. **9/11** Ouid., metam. I, 84/86.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

I. **1** °Age] auge (u *eras.*) *T*, *add.* iam *M* homines $C^a$ **2** exteriores $C^a$ **3** dicitur adhuc *P* **5** quaedam uitae suae $S^2$ **6** °extructus *M* **8** °reuiscuntur (c *eras.*) *L*, reuisentur *M* res] *add.* est $S^2$ **9** igitur *S* **10** non *pr.*] nōs (s *eras.*) *T* °figuram *M* **12** meliore] *praem.* in *P*, meliorem (m *alt. eras.*) *T* anima *T* **13** ut non *i. r.* $N^2$ **14** in *pr. om.* *S* **15** uoluptatis *P* **17** quae] qui (i *ex* ae *per ras.*) *P*, μ **18** eregundus $C^a$.

II. *om.* *A B C*, *praem.* corporales sensus communes nobis esse cum corpore sed proprium esse hominis de his quae sensu corporis conprehendet secundum aeternas iudicare rationes (*ex breuiculo*) *T* **1** et *alt.*] *eras.* *C F* **3** reppetere $J^a$ condocibilia $A^a$, aconducibilia *K* incommodo *K* Verum] sed *A C*, *praem.* sed *K* **4** ac *om.* *T* rapta] r *eras.* *J*, apta *A* $B^a$ *C S F P T*, aptata $S^2$ **5** iamquae (a *alt. exp.*) *C* **6** relabentia (re *i. r.*) $N^2$ congitando *A*

quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur, sic et hoc ipsum quod in memoria est cogitatione firmetur, fictas etiam uisiones hinc atque inde recordata quaelibet sumendo et quasi assuendo componere, inspicere quemadmodum in hoc rerum genere quae uerisimilia sunt discernantur a ueris, non spiritalibus sed ipsis corporalibus, haec atque huiusmodi, quamuis in sensibilibus atque in eis quae inde animus per sensum corporis traxit agantur atque uersentur, non sunt tamen rationis expertia nec hominibus pecoribusque communia. Sed sublimioris rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas quae nisi supra mentem humanam essent, incommutabiles profecto non essent, atque his nisi subiungeretur aliquid nostrum, non secundum eas possemus de corporalibus iudicare. Iudicamus autem de corporalibus ex ratione dimensionum atque figurarum quam incommutabiliter manere mens nouit.

III. [III 3] Illud uero nostrum quod in actione corporalium at- μ 914
que temporalium tractandorum ita uersatur ut non sit nobis commune cum pecore rationale est quidem, sed ex illa rationali nostrae mentis substantia qua subhaeremus intellegibili atque incommutabili ueritati tamquam ductum et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non inuentum est uiro adiutorium simile illi nisi de illo detractum in coniugium formaretur, ita menti nostrae qua supernam et internam consulimus ueritatem nullum est ad usum rerum corporalium quantum naturae hominis

II. **17** sqq. cf. Aug., diu. quaest., XLVI, 2.

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**7** memoria/ *1 litt. eras.* *C* **8** formetur *C T* **9** etiam] autem *T* uisiones] cogitationes *J* hinc] n *s. l.* $T^{1}$ **10** °quasi *om.* *M* **11** uirisimilia (*corr. 1 m.*) *F* discernantur] n *s. l.* $O^{1}$ ?, discernatur *T* **12** °spiritalis *R* //ipsis *2 litt. eras.* *P* **13** eiusmodi *C* in sensibilibus] insensibilia *F* sensilibus $C^{a}$ **14** transit *S* **15** °expertia] experta $A^{a}$ *C L*, experientia *N*, expertium *T*, expartia $V^{a}$ **16/17** °corporibus *M* **18** humanam] communem *C* **19** his] *praem.* in *exp.* *A*, *eras.* *C*, *S F* ; *praem.* nisi in $S^{2}$ nisi *om.* *S* **20** secundum] essecundum $C^{a}$ ea *K* possumus $S^{a}$ °iudicare de corporalibus *L V μ* Iudicamus] *praem.* III *F K* **21** demensionum $A^{a}$ *C* **21/22** figuram *T* **22** incommotabiliter *C*.

III. *om.* *A B C F K* **2** temperalium $C^{a}$ **3** pecore] corpore *T* °quidem est *μ* rationali] rationalis *K* **4** quae (e *exp.*) *K* **5** tamquam *om.* *T* doctum $A^{a}$, traductum $O^{3}$ *T* et] ex ea *J* **6** °deputandum $L^{a}$ enim] *s. l.* $J^{1}$ **7** °pecoribus *om.* $V^{a}$ ille $V^{a}$ **8** illa $K^{a}$ °detractum de illo *L V μ* congiugium (*corr. 1 m.*) *C* mentis *S*

sat est simile adiutorium ex animae partibus quas communes cum pecoribus habemus. Et ideo quiddam rationale nostrum non ad unitatis diuortium separatum sed in auxilium societatis quasi deriuatum in sui operis dispertitur officio. Et sicut una caro est duorum in masculo et femina, sic intellectum nostrum et actionem, uel consilium et exsecutionem, uel rationem et appetitum rationalem, uel si quo alio modo significatius dici possunt, una mentis natura complectitur ut quemadmodum de illis dictum est : *Erunt duo in carne una*, sic de PL 1000 his dici possit : 'Duo in mente una.'

IV. [IV **4**] Cum igitur disserimus de natura mentis humanae, de una quadam re disserimus, nec eam in haec duo quae commemoraui nisi per officia geminamus. Itaque cum in ea quaerimus trinitatem, in tota quaerimus non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione aeternorum ut tertium aliquid iam quaeramus quo trinitas impleatur. Sed in tota natura mentis ita trinitatem reperiri opus est ut si desit actio temporalium cui operi necessarium sit adiutorium propter quod ad haec inferiora administranda deriuetur aliquid mentis, in una nusquam dispertita mente trinitas inueniatur, et facta iam ista distributione in eo solo quod ad contemplationem pertinet aeternorum non solum trinitas sed etiam *imago dei* ; in hoc autem quod deriuatum est in actione temporalium, etiamsi trinitas possit, non tamen *imago dei* possit inueniri.

---

III. **19** Gen. 2, 24 ; Matth. 19, 5 ; 1 Cor. 6, 16 ; Eph. 5, 31.

IV. **13.14** 1 Cor. 11, 7 ; Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**11** satis *T* μ **13** ab (b *i. r.*) $N^2$, *F K P T* ; ob $K^2$ unitate $T^1$ diuortio (o *alt. i. r.*) $N^2$, *F P T* **14** diriuantur *C* °officia $O^3$, officium *S* μ, *om.* $R^a$ **15** duorum *om.* $N^a$ masculi $S^2$ feminae *S* **16** actione *J* **17** °qua *K*, quod $R^a$ alio] a *s. l.* $K^1$ **17/18** significatius] *ita C N O K* ; significantius (n *alt. eras.*) *B*, $C^2$ $N^2$ $O^3$ $K^2$ *cett. codd.* μ **18** unam (m *exp.*) *K* naturam (m *exp.*) *K* **19** sic] sed *J* **20** his] is $T^a$ possit dici *J* °posset $R^a$ Duo] *praem.* erunt $S^2$ in *om. J.*

IV. *om. A B C* **2** quidem $K^2$ **2/3** commemorauimus *F T* **3** °in *om. M* **6** iam quaeramus] inquiramus *T* **7** °si *om.* $V^a$ **9** diriuetur $C^2$ *S P*, diriuatur *T* **11** °quod] *praem.* propter *I* **12** contemplationem] tem/plationem *1 litt. eras.* $C^a$ pertineat $A^a$ *B C T* **13** diriuatum *C* $S^a$ *P* actionem *T* **15** inueniri] intueri *N* $O^a$.

v. [V **5**] Proinde non mihi uidentur probabilem afferre sententiam qui sic arbitrantur trinitatem imaginis dei in tribus personis quod attinet ad humanam naturam posse reperiri ut in coniugio masculi et feminae atque in eorum prole compleatur, quod quasi uir ipse patris personam intimet, filii uero quod de illo ita processit ut nasceretur, atque ita tertiam personam uelut spiritus dicunt esse mulierem quae ita de uiro processit ut non ipsa esset filius aut filia, quamuis ea conci- μ 915 piente proles nasceretur ; dixit enim dominus de spiritu sancto quod *a patre procedat* et tamen filius non est. In huius igitur opinionis errore hoc solum probabiliter affertur quod in origine factae feminae secundum sanctae scripturae fidem satis ostenditur non omne quod de aliqua persona ita exsistit ut personam alteram faciat filium posse dici quandoquidem de uiri persona exstitit persona mulieris nec tamen eius filia dicta est. Cetera sane ita sunt absurda, immo uero ita falsa, ut facillime redarguantur. Omitto enim quale sit spiritum sanctum matrem filii dei putare et coniugem patris. Fortassis quippe respondeatur haec in carnalibus habere offensionem dum corporei conceptus partusque cogitantur. Quamquam et haec ipsa castissime cogitent quibus *mundis omnia munda sunt, immundis autem et infidelibus* quorum *polluta est et mens et conscientia* ita *nihil est mundum* ut quosdam eorum etiam *de uirgine secundum carnem natus* Christus offendat. Sed tamen in spiritalibus illis summis, ubi non est aliquid uiolabile aut corruptibile nec natum *ex tempore* nec ex informi formatum, si qua dicuntur talia ad quorum similitudinem etiam ista

---

v. **2/9.17/18** cf. Iren., adu. haeres. I, xxx, 1 (PG 7, 694) ; Vict., adu. arium I, 57, 7 — 58, 14 (SC 68, 366-368). **10** Ioh. 15, 26. **21/23** Tit. 1, *15. **24** Symb. Rom.-Mediol. I, 3. **26** Ambr., fid. IV, 9, 99 (CSEL 78, 192, 27/28).

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

v.] II *A B C* **1** °uindentur (n *pr. exp.*) *C*, uidetur *M* aufferre *J* **1/2** sentiam $N^{a}$ **2** °arbitrentur $R^{a}$ imaginis dei trinitatem *K* **3** humanam] h/umanam *1 litt. eras. C* **4** in *pr. om.* $N^{a}$ $O^{a}$ **5** quod] d *i. r.* $N^{2}$ **6** de illo *om. F* ut] *add.* de illo *F P* °ut nasceretur *om. M* nasceretur] *add.* ut non ipse esset filius *T* ita *alt.*] *s. l.* $J^{1}$ **8** °ipsa non *I* ipsa *om.* $B^{a}$ **9** °deus *M* **10** ad (d *exp.*) *C* **11** °originem *M* **12** fidem] *add.* optimum documentum ad id quod et in (et in *eras. O*) symbolo dicitur (indicit *N*) qui natus est de spiritu sancto *N* $O^{a}$ **13** omne] *praem.* de *K*, de omni $K^{2}$ de] *s. l.* $P^{1}$ **14** alteram] *s. l.* $P^{1}$ **15** exstitit persona *om. S* mulieris] mulier est (est *i. r.*) $S^{1}$ **16** ita sane $P^{a}$ **16/17** °arguantur $V^{a}$ **20** °cogitatur $V^{a}$ °haec *om. M* **21** castissime] ti *s. l.* $K^{1}$ cogitant *K* **22** °et *pr. om. M* infidelibus] in *s. l.* $K^{1}$ est] *ita i. r.* $B^{2}$, *N O F* ; sunt *cett. codd.* μ °et *alt. om. M* **26** natum] tantum *T* informis *K* **27** si] *praem.* et $S^{2}$ dicantur $A^{a}$ alia *B C N*

inferioris creaturae genera quamuis longe remotissime facta sunt, non debent cuiusquam sobriam perturbare prudentiam PL 1001
ne cum uanum deuitat horrorem in perniciosum incurrat errorem. Assuescat in corporibus ita spiritalium reperire uestigia ut cum inde sursum uersus duce ratione ascendere coeperit, ut ad ipsam incommutabilem ueritatem per quam facta sunt ista perueniat, non secum ad summa pertrahat quod contemnit in infimis. Nec enim erubuit quidam uxorem sibi eligere sapientiam quia nomen uxoris in prole gignenda corruptibilem concubitum ingerit cogitanti, aut uero ipsa sapientia sexu femina est quia feminini generis uocabulo et in graeca et in latina lingua enuntiatur.

VI. [VI **6**] Non ergo propterea respuimus istam sententiam quia timemus sanctam et inuiolabilem atque incommutabilem caritatem tamquam coniugem dei patris de illo exsistentem sed non sicut prolem ad gignendum uerbum *per quod facta sunt omnia* cogitare, sed quia eam falsam diuina scriptura euidenter ostendit. Dixit enim deus : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ; paulo post autem dictum est : *Et fecit deus hominem ad imaginem dei. Nostram* certe quia pluralis est numerus non recte diceretur si homo ad unius personae imaginem fieret siue patris siue filii siue spiritus sancti, sed quia fiebat ad imaginem trinitatis propterea dictum est, *ad imaginem nostram.* Rursus autem ne in trinitate credendos arbitraremur tres deos cum sit eadem trinitas unus deus : *Et fecit,* inquit, *deus hominem ad imaginem dei,* pro eo ac si diceret, *ad imaginem suam.*

---

VI. **4/5** Symb. Nicaen., 11 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d ; Ioh. 1, *3. **6/7** Gen. 1, 26. **8** Gen. 1, 27. Gen. 1, 26. **12** Gen. 1, 26. **13/14** uide Symb. 'Quicumque,' 16. **14/15** Gen. 1, 27.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**28** quamuis *om.* $S^a$ remotissima $S^2$ *T*, remotissimae *K* **30** nec $T^a$ °horrorem] errorem *R* in] ut *T* pernetiosum $S^2$, pirnitionsum *K* **31** Assuescat] *praem.* sed $O^3$ °corporibus] poribus *i. mg.* $S^1$, corporalibus *μ* **32** cum] *s. l.* $S^1$ °rursum $V^a$ **33** ut *om.* $A^a$ *B* sunt facta *F* **34** secum] secundum (*corr. 1 m.*) *A* **35** infirmis (r *exp.*) *K* elegere *K* **37** °cogitandi $L^a$ °at $I^a$ **37/38** sexus feminei *P* **38** feminini] ni *alt. s. l.* $K^1$, femineo *T* **39** in] *eras. B*, *om.* *N* $O^a$ °nuntiatur *C J*, nunciatur *L*.

VI. *om.* *A B C* **4** °non *om.* $M^a$ **5** °scripturae $L^a$ **6** °ostendit euidenter $V^a$ **12** imaginem] *add.* et similitudinem *K* nostram] *add.* et similitudinem *s. l.* $B^2$, *N O T* °Rursus] *add.* est $V^a$ trinitatem *T* **13** credendo *T* arbitrarentur *F*, arbitremur *J* eandem (n *eras.*) *C* **14** deus inquit *N O*

[7] Sunt enim tales usitatae in illis litteris locutiones quas nonnulli, etiamsi catholicam fidem asserunt, non tamen diligenter aduertunt ut putent ita dictum, *Fecit deus ad imaginem dei,* quasi diceretur, 'Fecit pater ad imaginem filii,' sic uolentes asserere in scripturis sanctis deum dictum etiam μ 916 filium quasi desint alia uerissima et manifestissima documenta ubi non solum *deus* sed etiam *uerus deus* dictus est *filius.* In hoc enim testimonio dum aliud soluere intendunt sic se implicant ut expedire non possint. Si enim pater fecit ad imaginem filii ita ut non sit homo imago patris sed filii, dissimilis est patri filius. Si autem pia fides docet, sicuti docet, filium esse ad aequalitatem essentiae similem patri, quod *ad similitudinem* filii factum est necesse est etiam *ad similitudinem* patris factum sit. Deinde si hominem pater non *ad suam* sed ad filii fecit *imaginem,* cur non ait : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem* 'tuam,' sed ait, *nostram,* nisi quia trinitatis imago fiebat in homine ut hoc modo esset homo *imago* unius ueri *dei* quia ipsa trinitas *unus uerus deus* est ?

Locutiones autem sunt innumerabiles tales in scripturis, sed has protulisse suffecerit. Est in psalmis ita dictum : *Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua* quasi alteri dictum sit, non ei de quo dixerat, *Domini est salus.* Et iterum : *A te,* inquit, *eruar a temptatione, et in deo meo trans-* PL 1002 *grediar murum* quasi alteri dixerit, *A te eruar a temptatione.* Et iterum : *Populi sub te cadent in corde inimicorum regis* ac si diceret, *in corde inimicorum* 'tuorum' ; ei quippe regi dixerat,

---

**18/19** Gen. 1, 27. **22** Symb. Nicaen., 8 ; Ioh. 1, 1 ; uide Symb. 'Quicumque,' 15. 1 Ioh. 5, 20 ; Ioh. 17, 3. **27/28.28** Gen. 1, 26 ; 5, 1 ; Iac. 3, 9. **29/30** Gen. 1, 27. **30/31** Gen. 1, 26. Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **32/33** 1 Cor. 11, 7 ; Gen. 1, 26.27 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1. **33** Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; Ioh. 17, *3. **36.37** Ps. 3, 9. **38/39.39** Ps. 17, *30. **40.41** Ps. 44, 6.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**16** Sunt] *praem.* III *A B C* °litteris illis *μ* **18** ita] iam *T* **19** °Fecit pater *om.* $V^{a}$ filii] *praem.* dei *T* **23** enim] etiam *T* testemonio $C^{a}$ **23/24** implecant $C^{a}$ **25** ita ut] aut *S*, ut $S^{2}$ **26** °autem] enim *L V* docet *pr. om.* $B^{a}$ sicuti] *praem.* et *C* **27** aequalitatem] li *s. l.* $N^{1}$ **27/29** quod — sit] nullo modo dubitandum de homine quod ad similitudinem patris factus sit $P^{a}$ **28** factus *J* est *pr. om. C* est *alt.*] *add.* ut *T* **29** sit] *add.* deinde nullo modo dubitandum de homine quod ad similitudinem patris factus sit *F* **30** faciam *T* **31** trinitas $J^{a}$ **32** °hominem *M* **33** quia] quo (o *i. r.*) $N^{2}$ deus uerus *A F J* °deus *om.* $L^{a}$ **34** °autem] *add.* tales $I^{a}$ **35** hanc *T* suffecerit] sufficeret $A^{a}$, suff/cerit *1 litt. eras.* $C^{a}$, sufficerit *K* Est] et *T* dictum] *add.* est *T* **36** tuum] u *alt. i. r.* $P^{2}$, *add.* est (?) *eras. N* **37** °dixerit *I* **38** °A *pr.*] ad *R* °eripiar *I* meo] *add.* sperans $A^{2}$ *S N O μ* **39** a temptatione] in temptationem (m *alt. eras.*) $S^{a}$ **40/43** °ac — regis *om.* $P^{a}$ $M^{a}$ **41** in corde *om. T*

id est, domino Iesu Christo, *Populi sub te cadent,* quem regem intellegi uoluit cum diceret, *in corde inimicorum regis.* Rarius ista in noui testamenti litteris inueniuntur, sed tamen ad romanos apostolus : *De filio suo,* inquit, *qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri* tamquam de alio supra diceret. Quid est enim *filius dei praedestinatus ex resurrectione mortuorum Iesu Christi* nisi idem Iesus Christus *qui praedestinatus est filius dei* ? Ergo quomodo hic cum audimus *filius dei in uirtute Iesu Christi,* aut *filius dei secundum spiritum sanctificationis Iesu Christi,* aut *filius dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi,* cum dici potuisset usitate, *in uirtute* 'sua,' aut *secundum spiritum sanctificationis* 'suae,' aut *ex resurrectione mortuorum* 'eius' uel *mortuorum* 'suorum,' non cogimur intellegere aliam personam sed unam eandemque, scilicet filii dei *domini nostri Iesu Christi* ; ita cum audimus : *Fecit deus hominem ad imaginem dei,* quamuis posset usitatius dici, *ad imaginem suam,* non tamen cogimur aliam personam intellegere in trinitate, sed ipsam unam eandemque trinitatem qui est *unus deus, ad* cuius *imaginem factus est homo.*

[8] *Quae cum ita sint,* si eandem trinitatis imaginem non in uno sed in tribus hominibus acceperimus, patre et matre et filio, non erat ergo *ad imaginem dei factus homo* antequam uxor ei fieret et antequam filium propagarent quia nondum erat trinitas. An dicit aliquis : 'Iam trinitas erat quia etsi

---

**42.43** Ps. 44, 6. **45/48** Rom. 1, 3-4. **49/50** Rom. 1, *4. **50/51** Rom. 1, 4. **52.52/53.53/54.54/55.55.55/56.58** Rom. 1, *4. **59** Gen. 1, *27 ; 5, *1. **60** Gen. 1, 27 ; Eccli. 17, *1. **62** Deut. 6, *4 ; Mal. 2, 10 ; Marc. 12, 29.32 ; Ioh. 17, *3 ; Rom. 3, 30 ; Gal. 3, 20 ; Eph. 4, 6 ; 1 Tim. 2, 5 ; Iac. 2, 19 ; Symb. Nicaen., 1 ; Symb. Rom.-Mediol. I, 1 ; uide Symb. 'Quicumque,' 3.16. Gen. 9, 6. **63** Cic., catil. I, v, 10. **65** Gen. 9, 6.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** **45** De — **62** homo *Beda, f.* 1v-2.

---

**42** °domino] *add.* nostro *L V* **42/43** °quem — diceret *om.* *R*a **43** in corde *om.* *A B*a *C S J T* **45** apostolos *C*a °suo *om.* *I*a est *om.* *B* **46** est] *s. l.* *C*1 **49** dixerit *F* quis *F P* est *om.* *A*a praedistinatus *T* **50** °Christi] *add.* domini nostri *Beda* idem Iesus Christus] *ita A O*3 *F P*, idem christus iesus *K*, eiusdem iesu christi *O*a *cett. codd. Beda μ* **51** praedistinatus *T* dei] *add.* in uirtute *J μ* audiuimus *T*a *Beda μ* **52/53** secundum — dei *om.* *A*a **53** rectione *T*a **54** °potuisse *V*a **55** °spiritum] *add.* sanctum *I*a ex *om.* *T* **57/60** sed — personam *om.* *T*a **58** °audiuimus *R* **59** °possit *A*1 *V* **60** dici *om.* *S* cogitamur *C*a **61** ipsam *om.* *P* eademque *C* **61/62** °trinitate *I* **62** °deus] *add.* et *μ* **63** °si] sic (c *exp.*) *C*, *om.* *M*a **64** in *pr.* *om.* *N*a acciperimus *K* **65** °filio] *add.* qui non erat *M* non *om.* *M* **66** eius *T* propagarent] n *exp.* *A*2, propagaret *S* **67** An] at *S*2 °dicet *R* etsi] si *K*

nondum forma propria, iam tamen originali natura et mulier erat in latere uiri et filius in lumbis patris' ? Cur ergo cum scriptura dixisset : *Fecit deus hominem ad imaginem dei,* con- μ 917
texuit dicens : *Fecit eum masculum et feminam, fecit eos et benedixit eos* (uel si ita distinguendum est : *Et fecit deus hominem,* ut deinde inferatur *ad imaginem dei fecit eum,* et tertia subiunctio sit *masculum et feminam fecit eos* ; quidam enim timuerunt dicere : *Fecit eum masculum et feminam* ne quasi monstrosum aliquid intellegeretur sicuti sunt quos hermaphroditos uocant, cum etiam sic non mendaciter possit intellegi utrumque in numero singulari propter id quod dictum est : *Duo in carne una*) ? Cur ergo, ut dicere coeperam, in natura hominis *ad imaginem dei* facta praeter *masculum et feminam* non commemorat scriptura ? Ad implendam quippe imaginem trinitatis debuit addere et filium, quamuis adhuc in lumbis patris constitutum sicut mulier erat in latere. An PL 1003
forte iam facta erat et mulier, et scriptura breui complexione constrinxerat quod postea quemadmodum sit factum diligentius explicaret, et propterea filius commemorari non potuit quia nondum erat natus ? Quasi et hoc non poterat ea breuitate complecti spiritus suo loco postea natum filium narraturus, sicut mulierem de uiri latere assumptam suo postmodum loco narrauit et tamen hic eam nominare non praetermisit.

VII. [VII **9**] Non itaque ita debemus intellegere *hominem factum* ad imaginem summae trinitatis, hoc est *ad imaginem dei,* ut

---

**70** Gen. 1, *27 ; 5, *1. **71/72** Gen. 1, *27-28 ; 5, *2. **72/74** Gen. 1, *27 ; 5, *1-2. **75** Gen. 1, *27 ; 5, *2. **75/77** cf. Vict., adu. arium I, 64 (SC 68, 386, 24). **79** Gen. 2, 24 ; Matth. 19, 5 ; 1 Cor. 6, 16 ; Eph. 5, 31. **80** Gen. 1, 27 ; 5, *1 ; 9, 6. **80/81** Gen. 1, 27 ; 5, 2. **83/86.89/90** Gen. 2, 21-22.

VII. **1/2** Gen. 9, *6 ; 1, 26.27 ; 5, *1.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**68** propria forma *F* forma] format (t *exp.*) *K* originale $C^a$ natura et] nature *S*, natura $S^2$ **69** filius] *add.* erat *P* **71** °Fecit *pr.*] *add.* deus *μ* eum] enim *J*, *add.* sed $S^2$ **73** °eum] illum *μ* **74** subiectio *P* sit] fiat *P* **75** °Fecit eum *om.* *M* **76** monstrosum] *ita* $B^2$ *C N O K*, monstruosum $B^a$ $N^2$ $O^3$ *cett. codd.* *μ* °sicuti] uelut *T*, *praem.* uel *M* **77** °cum] eum $V^a$ sic] si $S^a$ **79** coeperam] c *s. l.* $S^1$ **80** facta/ *1 litt. eras.* *S* **82** adhuc] *s. l.* $P^1$ **83** lumbis patris] *ita N O S T μ*, patris lumbis *cett. codd.* **84** et *pr. om.* *P* **85** constrixerat *T* **85/86** diligentius] g *s. l.* $K^1$ **87** nondum] non *P* °Quasi] *add.* si *I* °et] ex $M^2$ **88** spiritus] *add.* sanctus *A B C F μ* **89** °suo *om.* *M* **90** tamen] t *s. l.* $C^1$.

VII.] IIII *A C*, III *B* **1** itaque ita] ita// *2 litt. eras.* $A^a$ ita] *s. l.* $P^1$ °debeamus (a *eras.*) *V* intellere $S^a$ **2** ad *alt. om.* *P*

eadem imago in tribus intellegatur hominibus praesertim cum apostolus uirum dicat esse imaginem dei, et propterea uelamentum ei capitis demat quod mulieri adhibendum monet ita loquens : *Vir quidem non debet uelare caput cum sit imago et gloria dei. Mulier autem gloria uiri est.* Quid ergo dicemus ad haec ? Si pro sua persona mulier adimplet imaginem trinitatis, cur ea detracta de latere uiri adhuc ille imago dicitur ? Aut si et una persona hominis ex tribus potest dici *imago dei,* sicut in ipsa summa trinitate et unaquaeque persona deus est, cur et mulier non est imago dei ? Nam propterea caput uelare praecipitur quod ille quia *imago dei* est prohibetur.

[**10**] Sed uidendum est quomodo non sit contrarium quod dicit apostolus non mulierem sed uirum esse imaginem dei huic quod scriptum est in genesi : *Fecit deus hominem ad imaginem dei ; fecit eum masculum et feminam ; fecit eos et benedixit eos. Ad imaginem* quippe *dei* naturam ipsam humanam factam dicit quae sexu utroque completur, nec ab intellegenda imagine dei separat feminam. Dicto enim quod *fecit deus hominem ad imaginem dei, fecit eum,* inquit, *masculum et feminam,* uel certe alia distinctione, *masculum et feminam fecit eos.* Quomodo ergo per apostolum audiuimus uirum esse imaginem dei unde caput uelare prohibetur, mulierem autem non et ideo ipsa hoc facere iubetur nisi, credo, illud esse quod iam dixi cum de natura humanae mentis agerem, mulierem cum uiro suo esse *imaginem dei* ut una imago sit tota illa substantia ; cum autem ad adiutorium distribuitur, quod ad eam ipsam solam attinet non est imago dei ; quod autem ad uirum solum attinet *imago dei est* tam plena atque integra quam in μ 918
unum coniuncta muliere ? Sicut de natura humanae mentis

---

**4.6/7** 1 Cor. 11, *7. **9** Gen. 2, 21-22. 1 Cor. 11, 7. **10** 1 Cor. 11, 7. **11** uide Symb. 'Quicumque,' 15. **12/13** 1 Cor. 11, 5. **15** 1 Cor. 11, 7. **16/18** Gen. 1, *27-28 ; 5, *1-2. **18** Gen. 1, 27 ; 5, *1 ; 9, 6. **20/22** Gen. 1, *27 ; 5, *1-2. **23/24** 1 Cor. 11, 7. **24/25** 1 Cor. 11, 5. **27** Gen. 1, 27 ; 5, *1 ; 9, 6. **30** 1 Cor. 11, 7.

---

**Codd.** : *A B C N O S F J K P T* (*I L M* R *V*).
**Test.** : **9** Aut — **12** dei *Coll. Nou., p. 76, 24-25.*

---

**3** °eandem imaginem *M* °intellegar *M* **4** dicat uirum *P T* esse dicat *J* **6** loquens] dicens *P* **7** dicimus *C O*³ *K* **8** °imaginem] personam *M* **9** adhoc *C* °ille *om. M* **10** hominis] s *i. r. N*² **11** °in *om. Coll. Nou.* °trinitas *Coll. Nou.* dei *C* **12** °Nam] *add.* et *μ* **13** dei *om. A B C S P* prohibitur *K* **15** dixit *F* **18** °dei quippe *μ* **19** sexu] ex *S* °utroque] *praem.* ex *A*² *L* **19/20** imaginem (m *eras.*) *S* **20** seperat *S*ᵃ **23** audimus *A B*ᵃ *C P T* **24** mulierem] em *eras. P*, mulier *A* **25** ideo] *add.* et *K* hoc ipsa *K* illo *C*ᵃ °esse *om. μ* **26** °diximus *M* **28** ad *pr. om. C S*ᵃ, in *P* distribuitur] i *tert. ex* a *per ras. J* °ad *alt. om. V*ᵃ **29** solum *C* **31** naturae *C*ᵃ

diximus quia et si tota contempletur ueritatem, *imago dei est,* et cum ex ea distribuitur aliquid et quadam intentione deriuatur ad actionem rerum temporalium, nihilominus ex qua parte conspectam consulit ueritatem *imago dei est*; ex PL 1004 qua uero intenditur in agenda inferiora non est imago dei. Et quoniam quantumcumque se extenderit in id quod aeternum est tanto magis inde formatur *ad imaginem dei,* et propterea non est cohibenda ut se inde contineat ac temperet, ideo *uir non debet uelare caput.* Quia uero illi rationali actioni quae in rebus corporalibus temporalibusque uersatur periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput, quod indicat uelamentum quo significatur esse cohibenda. Grata est enim sanctis angelis sacrata et pia significatio. Nam deus non ad tempus uidet, nec aliquid noui fit in eius uisione atque scientia cum aliquid temporaliter ac transitorie geritur sicut inde afficiuntur sensus uel carnales animalium et hominum uel etiam caelestes angelorum.

[**11**] In isto quippe manifesto sexu masculi et feminae apostolus Paulus occultioris cuiusdam rei figurasse mysterium uel hinc intellegi potest quod cum alio loco dicat ueram uiduam esse desolatam sine filiis et nepotibus, et tamen eam sperare debere in domino et persistere *in orationibus nocte et die,* hic dicat mulierem seductam in praeuaricatione factam saluam fieri *per filiorum generationem* et addidit : *Si permanserint in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate.* Quasi uero possit obesse bonae uiduae si uel filios non habuerit uel hi quos habuerit in bonis moribus permanere noluerint. Sed quia ea quae dicuntur opera bona tamquam filii sunt uitae nostrae secundum quam quaeritur cuius uitae sit quisque, id

---

**32/33.35** I Cor. 11, 7. **38** *formatur* : cf. Aug., gen. ad litt. III, 20 (CSEL 28-1, 86, 27). Gen. 1, 27 ; 5, *1 ; 9, 6. **40** I Cor. 11, 7. **43/44** I Cor. 11, 5. **51/54** I Tim. 5, *5. **54** I Tim. 2, 14. **55/56** I Tim. 2, *15.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**32** totam *S* **33** ex *om.* *C* **34** diriuatur *C P* **35** parte] par *s. l.* $K^{1}$ **39** se *om.* *S* °conteneat $V^{a}$ **40** °caput] *add.* suum *I* uero] uiro (*corr. 1 m.*) *B* **41** corporalibus temporalibusque] corporalibusque *K* **42** °nimium $I^{a}$ **43** °quod] quo *I* quo] quod $A^{a}$ $B^{a}$ $C^{a}$, (d *eras.*) *N*, *P* **44** °gratia (i *eras.*) *V* **47** °geratur $V^{a}$ uel *om.* $O^{a}$ *S J* carnales] *add.* et *J* **48** caeleste *J* **49** sexu manifesto *T* masculi/ *1 litt. eras.* *N* **52** esse *om.* *S* sine] cum $C^{2}$ et] sed *T* ea *T* **53** in domino debere *T* °dominum *S* $\mu$, deum *L* oratione *F* **54** et] ac *T* °dicat] dicit *S K P T*, indicat $\mu$ praeuaricationem *C T* **55** generationem filiorum *T* addedit $C^{a}$, addit *F J* **55/56** permanserit *A* $C^{a}$ *N O* $S^{a}$ *K* **56** dilectionem (m *exp.*) *C* **57** uel si *P* **58** °hii (i *alt. eras.*) *B*, *C M V* ; his $I^{a}$ ; ii $\mu$ in] *praem.* si *A B* °moribus] operibus *T* $\mu$, *add.* et *I* permanere] perseuerare *A B C* **59** eaque $C^{a}$

est quomodo agat haec temporalia, quam uitam graeci non *ζωήν* sed *βίον* uocant, et haec opera bona maxime in officiis misericordiae frequentari solent (opera uero misericordiae nihil prosunt siue paganis siue iudaeis qui Christo non credunt siue quibusque haereticis uel schismaticis ubi fides et dilectio et sobria sanctificatio non inuenitur), manifestum est quid apostolus significare uoluerit, ideo figurate ac mystice quia de uelando muliebri capite loquebatur, quod nisi ad aliquod secretum sacramenti referatur inane remanebit.

[**12**] Sicut enim non solum ueracissima ratio sed etiam ipsius apostoli declarat auctoritas, non secundum formam corporis *homo factus est ad imaginem dei* sed secundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter uana est quae opinatur deum membrorum corporalium lineamentis circumscribi atque definiri. Porro autem nonne idem beatus apostolus dicit : *Renouamini spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, eum qui secundum deum creatus est,* et alibi apertius : *Exuentes uos,* inquit, *ueterem hominem cum actibus eius induite nouum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum* ? Si ergo *spiritu mentis* nostrae renouamur, et ipse est nouus homo *qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum,* nulli dubium est non secundum corpus neque secundum quamlibet animi partem sed secun- [μ 919] dum rationalem mentem ubi potest esse agnitio dei *hominem* [PL 1005] *factum ad imaginem eius qui creauit eum.* Secundum hanc

---

**63/66** cf. Aug., spir. et litt., XXVIII (PL 44, 230). **68** 1 Cor. 11, 5. **71/73.82/84** cf. Orig., in gen. hom. I, 3 ; XIII, 4 (GCS 29, 15-18 ; 119-121) ; Ambr., hexaem. VI, 7, 40 - 8, 45 (CSEL 32, 231-236). **71/73** Eph. 4, 23-24 ; Col. 3, 9-10. **72** Gen. 9, *6. Gen. 1, 26.27 ; 5, *1. **76/77** Eph. 4, *23-24. **78/80** Col. 3, *9-10. **80** Eph. 4, 23. **81/82** Col. 3, *10. **84** Col. 3, 10. **84/85** Gen. 9, *6 ; 1, 26.27 ; 5, *1. **85** Col. 3, *10. **85/86** Eph. 4, 23 ; Col. 3, 10.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **66** manifestum — **85** hanc *Eug., p. 772, 5-25.* **75** Porro — **85** eum [*Ben., munim. IX, f. 17*]. **80** Si — **85** hanc *Beda, f. 109.*

---

**61** temporalium *C*$^{a}$ quem (*corr. 1 m.*) *S* **62** ZωHN *A*, ZωHN *B C* , zoen *N J T*, zoen *cett. codd.* bion *A O*$^{3}$ *S F J K P*, BION *B C*, uion *N O*$^{a}$, enou *T* et] e/t *1 litt. eras. J* **64** °qui] quia *R* **65** quibuscumque *J μ* **66** inueniatur *C* est] *add.* aut *S*$^{2}$ **67** uoulierit *add.* et *S*$^{2}$ ideo] in eo *T* figurate] figuratice *C*, *praem.* quod *T* quia *om. J T* **68** °mulieris *T μ*, mulieri *L* loquebatur] quebatur *s. l. K*$^{1}$ ? °ad] *s. l. K*$^{1}$, *om. L* aliquid *T* **69** °sacramentum *I* **70** Sicut] *praem.* V *A C*, *praem.* IV *V* **72** °homo] immo *Eug.* (*V*) sed] *s. l. C*$^{1}$ **73** uana] una *A*$^{a}$ **75** finiri *A B C μ*, diffiniri *P* nonne] *eras. S* °eisdem *M* beatus] *add.* paulus *T* **75/76** °apostolus] paulus *I R* **77** °est] *add.* et alibi creatus est *V*$^{a}$ **78** exseuntes *T*$^{a}$ °eius] suis *Eug.* (*V*) induite] *praem.* et *T* **79** °renobatur *V*$^{a}$ agnitionem] *ita A J P T μ*, agnitione *cett. codd. Eug.* (*M V*) *Beda* **80** °nostrae *om. Beda* renouauamur (ua *pr.exp.*) *T* **81** renatur *T*$^{a}$ agnitionem] *ita P μ*, agnitione *cett. codd. Eug.* (*G P V v*) *Beda* **82** °creauit] fecit *V*$^{a}$ **83** °partem animi *Beda* **85** eum] *s. l. S*$^{1}$ hanc] *s. l. J*$^{1}$, n *s. l. S*$^{1}$

autem renouationem efficimur etiam *filii dei* per baptismum Christi, et *induentes nouum* hominem Christum utique induimus *per fidem*. Quis est ergo qui ab hoc consortio feminas alienet cum sint nobiscum gratiae cohaeredes et alio loco idem apostolus dicat : *Omnes enim filii dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis. Non est iudaeus neque graecus, non est seruus neque liber, non est masculus et femina ; omnes enim uos unum estis in Christo Iesu* ? Numquidnam igitur fideles feminae sexum corporis amiserunt ? Sed quia ibi *renouantur ad imaginem dei* ubi sexus nullus est, ibi *factus est homo ad imaginem dei* ubi sexus nullus est, hoc est *in spiritu mentis* suae. Cur ergo *uir* propterea *non debet caput uelare quia imago est et gloria dei, mulier autem* debet quia *gloria uiri est,* quasi mulier non *renouetur spiritu mentis* suae, *qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum* ? Sed quia sexu corporis distat a uiro, rite potuit in eius corporali uelamento figurari pars illa rationis quae ad temporalia gubernanda deflectitur ut non maneat imago dei nisi ex qua parte mens hominis aeternis rationibus conspiciendis uel consulendis adhaerescit, quam non solum masculos sed etiam feminas habere manifestum est. [**13**] Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur ; in eorum uero corporibus ipsius unius mentis distributio figuratur.

---

**86** Gal. 3, 26. **87** Col. 3, 10. Gal. 3, 27. **88** Gal. 3, 26. **90/94** Gal. 3, 26-28. **95** Col. 3, *10. **96** Gen. 9, *6. **97** Eph. 4, 23. **97/99** 1 Cor. 11, *7. **100** Eph. 4, 23. **100/101** Col. 3, *10. **102/106** 1 Cor. 11, 5.7.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

**Test.** : **86** autem — **109** figuratur *Eug., p. 772, 26-773, 22.* **86** autem — **91** Iesu *Beda, f. 109.* **91** Quicumque — **97** suae *Beda, f. 57v et 83 et 109-109v.* **97** Cur — **109** figuratur *Beda, f. 57v-58.* **101** Sed — **105/106** adhaerescit [*Amalar., off. II*, v, *2* (*p. 210*)].

---

**87/88** °induimur (?) *Beda* **88** Quis] qui *C* **89** °alienent *Eug. V* **90** dicit *P* fidem] *add.* quae *T* **91** °Christo] *add.* iesu *I* **93** et] neque *S*² *F J T Eug.* (*G P V v*) *Beda μ* **94** Numquidnam] numquid *S*, non quidnam *F*, numquinnam *K* **95** renouatur *S P T* **96** nullus *om. B*ᵃ est *pr.*] *add.* hoc est in spiritu mentis suae *J* **96/97** ibi — est *pr.*] *i. mg. S*¹ **96** factus] fac *i. r. N*² **97** °est *pr. om. Beda* °uir] *add.* qui *M* **98** uelare caput *P* **99** °quia] quod *Beda* °est uiri *Beda* uiri *om. N*ᵃ **100** renouetur] no *s. l. C*¹ *T*¹ spiritu] *praem.* in *K* agnitionem] *ita A S P Eug. V μ*, agnitione *cett. codd. Beda* **100/101** dei — imaginem *om. A*ᵃ **101** eum] illum *N O Beda μ* °quia] quod *Beda* **102** °corporis *om. Beda* a uiro rite] aurori te *C*ᵃ rite] recte *F T* **103** °rationalis *M* °quae] qui *Eug. V* °guuernanda *Eug. V*ᵃ **104** °ex *om.* Rᵃ **105** °concupiscendis *Eug. V* °consolandis *Eug. V* **106** °sed *om. Eug. V* °etiam feminas habere] habere et feminas *Beda*, et feminas habere *Beda A*² **107** eorum] o *s. l. T*¹, *add.* iam *T* **108** natura — uero *om. T* unius *om. A*ᵃ.

VIII. [VIII] Ascendentibus itaque introrsus quibusdam gradibus considerationis per animae partes unde incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis, inde incipit ratio ubi iam homo interior possit agnosci. Qui etiam ipse si per illam rationem cui temporalium rerum administratio delegata est immoderato progressu nimis in exteriora prolabitur consentiente sibi capite suo, id est non eam cohibente atque refrenante illa quae in specula consilii praesidet quasi uirili portione, inueteratur inter inimicos suos uirtutis inuidos daemones cum suo principe diabolo, aeternorumque illa uisio ab ipso etiam capite cum coniuge uetitum manducante subtrahitur ut lumen oculorum eius non sit cum illo, ac sic ab illa inlustratione ueritatis ambo nudati, atque apertis oculis conscientiae ad uidendum quam inhonesti atque indecori remanserint tamquam folia dulcium fructuum sed sine ipsis fructibus, ita sine fructu boni operis bona uerba contexunt ut male uiuentes quasi bene loquendo contegant turpitudinem suam.

IX. [IX **14**] Potestatem quippe suam diligens anima a communi uniuerso ad priuatam partem prolabitur, et apostatica illa *superbia* quod *initium peccati* dicitur, cum in uniuersitate creaturae deum rectorem secuta legibus eius optime gubernari potuisset, plus aliquid uniuerso appetens atque id sua lege PL 1006
gubernare molita, quia nihil est amplius uniuersitate, in curam μ 920
partilem truditur et sic aliquid amplius concupiscendo minuitur, unde et *auaritia* dicitur *radix omnium malorum* ; totumque illud ubi aliquid proprium contra leges quibus uniuersitas

---

VIII. **9** Ps. 6, 8. **12** Ps. 37, 11. **17/18** Gen. 3.
IX. **3** Eccli. 10, *15. **8** 1 Tim. 6, *10.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** VIII. **1** Ascendentibus — **18** suam *Eug., p. 774, 5-21.*

---

VIII.] VI *A C*, V *B* **1** Ascendentibus] en *alt. s. l.* $S^1$ **2** aliquid incipit *F* **2/3** currere *S* **3** besteis *C* **4** °homo interior iam *μ* homo iam *S* °ipse *om. Eug.* (*V*) si *om. C* **6** est] *add.* et *F* °iam moderato *Eug.* (*V*) °progresso $S^a$, processu *M* °probabitur *Eug.* (*V*) **7** °consentientes ibi $V^a$ ea *S* cohibente] *praem.* ratione *s. l.* $T^1$ **8** illaque $A^a$ speculo *C* °uiri *M* **9** uirtutes $C^a$ **11** °etiam *om. Eug.* (*V*) cum *om. J* °coniugem *I* °manducantes *M* **13** °nudatis *M* **14** inhonosti (*corr. 1 m.*) *S* **15** fructuum] c *s. l.* $A^1$, fructum $C^a$ sed] *praem.* seducti *F*, *om. T* **16** fructu] fructibus *T* °bona] uana *Eug.* (*M V*).

IX. *om. A B C* **1/2** commoni (*corr. 1 m.*) *S* **2** partem *om.* $T^a$ apostatica] a *pr. s. l.* $T^1$ **3** in *om. S T* **5** °atque] *add.* ita *I* °id] in *L* **9** °legem $V^a$

administratur agere nititur per corpus proprium gerit quod partiliter possidet, atque ita formis et motibus corporalibus delectata, quia intus ea secum non habet, cum eorum imaginibus quas memoriae fixit inuoluitur et phantastica fornicatione turpiter inquinatur omnia officia sua ad eos fines referens quibus curiose corporalia ac temporalia per corporis sensus quaerit, aut tumido fastu aliis animis corporeis sensibus deditis esse affectat excelsior, aut coenoso gurgite carnalis uoluptatis immergitur.

x. [X **15**] Cum ergo bona uoluntate ad interiora ac superiora percipienda quae non priuatim sed communiter ab omnibus qui talia diligunt sine ulla angustia uel inuidia casto possidentur amplexu uel sibi uel aliis consulit, etsi fallatur in aliquo per ignorantiam temporalium quia et hoc temporaliter gerit et modum agendi non teneat quem debebat, *humana temptatio* est. Et magnum est hanc uitam sic degere quam uelut uiam redeuntes carpimus ut *temptatio* nos *non apprehendat nisi humana.* Hoc enim *peccatum extra corpus est* nec fornicationi deputatur, et propterea facillime ignoscitur. Cum uero propter adipiscenda ea quae per corpus sentiuntur propter experiendi uel excellendi uel contrectandi cupiditatem ut in his finem boni sui ponat aliquid agit, quidquid agit turpiter agit, et *fornicatur in corpus proprium peccans,* et corporearum rerum fallacia simulacra introrsus rapiens et uana meditatione componens ut ei nec diuinum aliquid nisi tale uideatur, priuatim auara fetatur erroribus et priuatim prodiga inanitur uiribus.

---

x. **6/7.8/9** 1 Cor. 10, 13. **9/14** cf. Aug., retract. II, XLI, 4 (CSEL 36, 149, 5/13). **9** 1 Cor. 6, 18. **14** 1 Cor. 6, *18.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**10** agere] a genere $C^a$ nititur] *add.* id est per appetitum suum (per appetitum suum *exp.*) *O*, *S F*, *s. l.* $P^2$ **11** pariliter *J* °ita] in $L^a$ foris *S* °et motibus *om.* *R* et] *del.* $S^2$ **12** eas *C* **14** eos] s *s. l.* $S^1$ **15** ac temporalia *om.* *T* **16** °tumido] m *s. l.* $K^1$, umide *V*, tumide $V^2$ °aliis animis] elisa nimis (elisa *i. r.*) $O^3$, *I* **16/17** animis — deditis *om.* *T* **16** animi $S^2$ **16/17** °dedita (a *i. r.*) $O^2$, $V^a$ **17** esse *om.* *S* effectat *S* excelsiora ut $A^a$ **17/18** aut — immergitur *om.* *T* **17** °gurgiti $O^3$ $S^2$, surgite $V^a$ carnales (*corr. 1 m.*) *S* **17/18** uoluntatis *C.*

x. *om.* *A B C* **1** °ac] et *L V* $\mu$ **5** temporaliter gerit] temporei tergerit $S^a$ temporaliter] ra *s. l.* $T^1$ **6** °debeat *L* **7** °degere] de *i. mg.* $N^1$, debere *I* °uiam] uitam $R^a$ **10** depotatur $C^a$ **11** propter] per *T* **12** excelendi $C^a$, exercendi $S^2$ **13** °boni/ *1 litt. eras.* *S*, bonis $V^a$ agit turpiter] agatur per *C*, agat turpiter $C^2$ *K T* °agit *alt.*] facit $A^a$, agat *L* **14** et] id est *T* **15** introrsum *T* **15/16** et — componens *om.* $T^a$ **16** aliquid] *add.* placeat *i. mg.* $C^2$ **17** foetatur $C^2$, fędatur $S^2$, fedatur *J*, foedatur (d *superscr.*) $P^2$

Nec ad tam turpem et miserabilem fornicationem semel ab exordio prosiliret, sed sicut scriptum est : *Qui modica spernit paulatim decidet.*

XI. [XI **16**] Quomodo enim coluber non apertis passibus sed squamarum minutissimis nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus neglegentes minutatim occupat, et incipiens a peruerso appetitu similitudinis dei peruenit ad similitudinem pecorum. Inde est quod nudati stola prima *pelliceas tunicas* mortalitate meruerunt. Honor enim hominis uerus est *imago et similitudo dei* quae non custoditur nisi ad ipsum a quo imprimitur. Tanto magis itaque inhaeretur deo quanto minus diligitur proprium. Cupiditate uero experiendae potestatis suae quodam nutu suo ad se ipsum tamquam ad medium proruit. Ita cum uult esse PL 1007 sicut ille sub nullo, et ab ipsa sui medietate poenaliter ad ima propellitur, id est ad ea quibus pecora laetantur ; atque ita cum sit honor eius similitudo dei, dedecus autem eius similitudo pecoris : *Homo in honore positus non intellexit ; comparatus est iumentis insensatis et similis factus est eis.* Qua igitur tam longe transiret a summis ad infima nisi per medium sui ? Cum enim neglecta caritate sapientiae quae semper eodem modo manet concupiscitur *scientia* ex mutabilium temporaliumque μ 921 experimento, *inflat* non *aedificat* ; ita praegrauatus animus quasi pondere suo a beatitudine expellitur, et per illud suae medietatis experimentum poena sua discit quid intersit inter bonum desertum malumque commissum, nec redire potest

**19/20** Eccli. 19, *1.

XI. **3/4.10/11** Gen. 3, 5-6. **4** Eccle. 3, 18 ; Ps. 48, 13. **5/26** cf. Porphyr., ad aneb. ; Plot., enn. I, 6, 7, 4-9 ; Orig., hom. in leuit. VI, 2. **5** Gen. 3, 7. **5/6** Gen. 3, 21. **6.13** Ps. 48, 13. **6/7.13** Gen. 1, 26.27 ; 5, 1 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, 1 ; Eph. 4, 24 ; Col. 3, 10 ; Iac. 3, 9. **8** Ps. 72, 28. **10.11.16.20/21** cf. Plot., enn. III, 2, 9, 20 ; IV, 8, 7, 1/17. **14/15** Ps. 48, *13. **18/19** 1 Cor. 8, 1. **19** Sap. 9, 15.

**Codd. :** *A B C N O S F J K P T* (*I L M R V*).
**Test. :** XI. **1** non — **2** repit [*Isid., orig. XII*, IV, *3*].

**18** Nec] *praem.* XI *S J P T* tam] tān (n *exp.*) *C* simul *A* $B^{a}$ *P* μ **19** prosilet $O^{3}$, prosilitur *T* **20** decidet] decidit *A* $C^{a}$ *K P*, *om. N.*

XI. *om. A B C S J P T* **3** minitatim $C^{a}$ **4** ad] *praem.* usque *T* **5** °nudasti $L^{a}$ stolam (m *eras.*) *C* primam (m *alt. eras.*) *C* **5/6** °mortalitatem eruerunt *C*, mortalitatem meruerunt $C^{2}$ *I* **7** ad] ab $A^{2}$ *S P T* ipso $A^{2}$ *S* $P^{1}$ *T* a] in *K* **9** experiente *N* nuto $C^{a}$ **10** proruit] i *ex.* u *per ras. C* **11** et] *del.* $S^{2}$ **12** propellimur $S^{a}$ °pecora] corpora $L^{a}$ **13** °decus $I^{a}$ eius *alt. om. B T* **15** insensatis] insipientibus $B^{2}$ *N O S* $J^{a}$ μ eis] illis *N* **17** neglecta/ *1 litt. eras. J* **18** ex] *eras. S*, *om. J* temporalium quae *S J*, temporaliumque quae $S^{2}$ **20** °pondere suo quasi $M^{a}$ °a] ad (d *eras.*) *N*, *om.* $R^{a}$ **21** °poena] *praem.* ex $O^{3}$ $F^{a}$ *I* °didicit (di *pr. i. mg.*) $S^{1}$, dicit $V^{a}$ quid] *praem.* insensatus $O^{3}$

effusis ac perditis uiribus nisi gratia conditoris sui ad poenitentiam uocantis et peccata donantis. *Quis* enim infelicem animam *liberabit a corpore mortis huius* nisi *gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum* ? De qua gratia suo loco quando ipse praestiterit disseremus. [XII **17**] Nunc de illa parte rationis ad quam pertinet scientia, id est cognitio rerum temporalium atque mutabilium nauandis uitae huius actionibus necessaria, susceptam considerationem quantum dominus adiuuat peragamus.

XII. Sicut enim in illo manifesto coniugio duorum hominum qui primi facti sunt non manducauit serpens de arbore uetita sed tantummodo manducandum persuasit, mulier autem non manducauit sola sed uiro suo dedit et simul manducauerunt, quamuis cum serpente sola locuta et ab eo sola seducta sit, ita et in hoc quod etiam in homine uno geritur et dinoscitur, occulto quodam secretoque coniugio carnalis, uel ut ita dicam qui in corporis sensus intenditur sensualis animae motus, qui nobis pecoribusque communis est, seclusus est a ratione sapientiae. Sensu quippe corporis corporalia sentiuntur ; aeterna uero et incommutabilia spiritalia ratione sapientiae intelleguntur. Rationi autem scientiae appetitus uicinus est quandoquidem de ipsis corporalibus quae sensu corporis sentiuntur ratiocinatur ea quae scientia dicitur actionis ; si bene ut eam notitiam referat ad finem summi boni ; si autem male ut eis fruatur tamquam bonis talibus in quibus falsa beatitudine conquiescat. Cum ergo huic intentioni mentis quae in rebus

---

**24/26** Rom. 7, *24-25.

XII. **1/5** sqq. Gen. 3, 1-6.

---

**Codd. :** *A B C  N O S  F J K P T  (I L M R V).*

---

**23** ac] et *J*  **25** liberauit $K^a$  °huius mortis $V^a$  **27** quando] quantum $A^2$ *C S μ*  Nunc] *praem.* VII *A C*, *praem.* VI *B*  //de *2 litt. eras. P*  **29** nauandis] a *pr. superscr.* $T^1$, nouandis $A^2$ *N F*, in euandis *S*, in euitandis $S^1$, acutandis se $P^2$  °huius uitae R  **29/30** actibus $A^a$ $B^a$  **31** adiuuet *K*.

XII. *om.* *A B C*  **3/4** non — manducauerunt *om.* *T*  **4** manducarunt $S^a$ **5** serpens $S^a$  °sola *alt.*] *om.* *J*, solo *M*  ita] *add.* etiam *T*  **6** °in *pr. om. I* etiam *om.* *T*  **7** carnales $C^a$  uel ut] uelud *P*  **8** qui *pr.*] quia *T*  intenditur] ostenditur *J*  sensualis] *praem.* et $N^2$  animae] e *superscr.* $B^2$, animi *A C P T*  **10** °corporis] *add.* quae $I^a$, *om.* $M^a$  **11** °spiritalia] a *alt. eras.* O, a *alt. exp.* $C^2$, spiritali *I R*  **12** appetitus *om.* $A^a$ *C K*  est] *add.* sensus *C T* **14** rationatur $T^a$  ea quae] a *alt. eras.* O, a *alt. exp.* *K*  bene] bone *T*  **15** ad *om.* $S^a$  si] sin $O^3$ *T*  **16** beatitudo *T*  **17** °quiescat *I*  Cum] *praem.* quur *exp.* *K*  intentionis (s *eras.*) *N*

temporalibus et corporalibus propter actionis officium ratiocinandi uiuacitate uersatur carnalis ille sensus uel animalis ingerit quandam inlecebram fruendi se, id est tamquam bono quodam priuato et proprio non tamquam publico atque communi quod est incommutabile bonum, tunc uelut serpens alloquitur feminam. Huic autem inlecebrae consentire de ligno prohibito manducare est. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superioris uero auctoritate consilii ita *membra* retinentur ut *non exhibeantur iniquitatis* PL 1008 *arma peccato,* sic habendum existimo uelut cibum uetitum mulier sola comederit. Si autem in consensione male utendi rebus quae per sensum corporis sentiuntur ita decernitur quodcumque peccatum ut si potestas sit etiam corpore compleatur, intellegenda est illa mulier dedisse uiro suo secum simul edendum inlicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter uerum etiam efficaciter perpetrandum mente decerni nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus mouendi uel ab opere cohibendi malae actioni cedat et seruiat.

[**18**] Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur inlicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et uoluens libenter quae statim ut attigerunt animum respui debuerunt, μ 922 negandum est esse peccatum sed longe minus quam si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus uenia petenda est pectusque percutiendum atque dicendum : *Dimitte nobis debita nostra,* faciendumque quod sequitur atque in oratione iungendum : *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset inlicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur ; ita dici potest in homine uno si delectationibus inlicitis a quibus se continuo deberet auertere cogitatio libenter sola

---

**26/27** Rom. 6, *13. **43/45** Matth. 6, 12.

---

**Codd. :** *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**18/19** rationanda (*corr. 1 m.*) *A*, rationandi $T^a$ **19/20** ingeritur *N* **20** °quandam] quidam $R^a$ fruendi — est] fraudis et ei *T* fruendis (s *eras.*) *N* **22** inmutabile *N S J* **24** prohibito/ *1 litt. eras. C* manducare] ca *s. l.* $N^1$ **25** cogitationas (?) *J* uera $C^2$ **26/27** arma iniquitatis *P* **29/30** °secernitur *M* **30** potestas si *F* potestatis *A* corpore] opere *T* **32** simile dedendum $C^a$ inlicitum] uetitum *T* °prodest (?) $V^a$ **33** cogitando *J* **35** ab *om. P* **36** male *J K P* **39** at gerunt $C^a$ **40** °est *om. M* **41** statuatur] statua//tur *2 litt. eras. C*, statur $S^a$ implendum] *praem.* esse *T* **46** si] *s. l.* $T^1$ **48** si] se $C^a$ **49** deberet] *add.* et *exp. K* °cogitatio] *add.* ne *s. l.* $T^2$, cogitatione *I*

pascatur, nec facienda decernantur mala sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uiro posse damnari. Absit hoc credere. Haec quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur nisi haec quae sine uoluntate operandi sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur.

[**19**] Haec itaque disputatio qua in mente uniuscuiusque hominis quaesiuimus quoddam rationale coniugium contemplationis et actionis, officiis per quaedam singula distributis tamen in utroque mentis unitate seruata, salua illius ueritatis historia quam de duobus primis hominibus, uiro scilicet eiusque muliere de quibus propagatum est genus humanum, diuina tradit auctoritas ad hoc tantummodo audienda est ut intellegatur apostolus imaginem dei uiro tantum tribuendo non etiam feminae, quamuis in diuerso sexu duorum hominum aliquid tamen significare uoluisse quod in uno homine quaereretur.

XIII. [XIII **20**] Nec me fugit quosdam qui fuerunt ante nos egregii defensores catholicae fidei et diuini eloquii tractatores cum in homine uno cuius uniuersam animam bonam quendam paradisum esse senserunt duo ista requirerent, uirum mentem, mulierem uero dixisse corporis sensum. Et secundum hanc autem distributionem qua uir ponitur mens, sensus uero corporis mulier, uidentur apte omnia conuenire si consi- PL 1009
derata tractentur nisi quod in omnibus bestiis et uolatilibus scriptum est *non* esse *inuentum* uiro *adiutorium simile illi* et tunc est ei mulier facta de latere. Propter quod ego non putaui pro muliere sensum corporis esse ponendum quem uide-

---

**64/65** I Cor. 11, 7.

XIII. **1/2** *qui fuerunt ante nos egregii defensores catholicae fidei* : cf. Tert., anim., 18 (PL 2, 719) ; Ambr., noe [et arc.], 92 (PL 14, 424) ; Vict., adu. arium I, 62 (PL 8, 1086 sq. ; SC 68, 378 sqq.). **8/9** Gen. 2, *20. **10** Gen. 2, 21-22.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**50** decernatur $T^{a}$ **52** est] *exp.* $K^{2}$ **53** totus quae $C^{a}$ °haec *om.* $I^{a}$ **55** oblectandis $C^{2}$ **57** disputatio] s *s. l.* $F^{1}$ **59** distributo *C*, distributum $C^{2}$ **60** °saluat *I* **61** °historiam *I* **62** est] esse *i. r.* $N^{2}$ **63** tradit] tradidit $B^{2}$ *P*, tradi/// *3 litt. eras.* $N^{a}$ °adhuc $V^{a}$ **64** tribuendam *F* **66** tamen *om.* $A^{a}$ uoluisset $S^{2}$ *P*.

XIII.] VIII A C, VII B **4** requirunt $R^{a}$ **5** Et *om. A B* **6** autem] *exp.* $O^{3}$, *om. A C F* distributributionem (tribu *alt. del.*) *T* uero] *i. r.* $B^{2}$, autem *A C* **7** milier $C^{a}$ uidentur] n *s. l.* $T^{1}$ **7/8** considerate $O^{3}$ **8** uestiis $K^{a}$ **10** ei est *S* **10/11** potaui $K^{a}$

mus nobis et bestiis esse communem, sed aliquid uolui quod bestiae non haberent, sensumque corporis magis pro serpente intellegendum existimaui qui legitur *sapientior omnibus pecoribus terrae*. In eis quippe naturalibus bonis quae nobis et inrationabilibus animantibus uidemus esse communia uiuacitate quadam sensus excellit, non ille de quo scriptum est in epistula quae est ad hebraeos ubi legitur *perfectorum* esse *solidum cibum qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum a malo* (illi quippe sensus naturae rationalis sunt ad intellegentiam pertinentes), sed iste sensus qui est quinquepertitus in corpore per quem non solum a nobis uerum etiam a bestiis corporalis species motusque sentitur.

[**21**] Sed siue isto siue illo siue aliquo alio modo accipiendum μ 923
sit quod apostolus uirum dixit imaginem et gloriam dei, mulierem autem gloriam uiri, apparet tamen cum secundum deum uiuimus, mentem nostram in inuisibilia eius intentam ex eius aeternitate, ueritate, caritate proficienter debere formari, quiddam uero rationalis intentionis nostrae, hoc est eiusdem mentis, in usum mutabilium corporaliumque rerum sine quo haec uita non agitur dirigendum, non ut conformetur *huic saeculo* finem constituendo in bonis talibus et in ea detorquendo beatitudinis appetitum, sed ut quidquid in usu temporalium rationabiliter facimus aeternorum adipiscendorum contemplatione faciamus per ista transeuntes, illis inhaerentes.

XIV. [XIV] Habet enim et *scientia* modum suum bonum si quod in ea *inflat* uel inflare assolet aeternorum caritate uincatur, quae non inflat sed, ut scimus, *aedificat*. Sine scientia quippe nec uirtutes ipsae quibus recte uiuitur possunt haberi per quas

---

**14/15** Gen. 3, *1. **18/20** Hebr. 5, *14. **25/26** 1 Cor. 11, 7. **29/30** Rom. 12, 2.

XIV. **1/3** 1 Cor. 8, 1.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**14** intellegendum] *add.* est *J* qui] quia *T* **15** eis] his *P* **16** inrationabilibus] bi *eras.* *N*, inrationalibus *A B T*, rationalibus *K* **17** illa *T*[a] est] *s. l.* *K*[1] **19** °per] *add.* illum *A*, *add.* alium cibum *V*[a] habere *T* **19/20** se parandum *C* **20/22** a — quinquepertitus] *om.* *S* **20** ille *C*[a] **21** °qui est *om.* μ **22** quinquipertitus (*corr. 1 m.*) *A* **23** besteis *C*[a] **24** istud *S* alio aliquo *B*[2] *J* **25** dixerit *P* **26** gloriam] *s. l.* *K*[1] uiri] *add.* inde *P* **27** in *om.* *N*[a] **28** proficient̃ *A*, proficientem *A*[2] **29** quidam *K*[a] °rationis *V*[a] **30** corporalium(que) *om.* *N* **31** °dirigendum] abrigendum *I*, brigendum (?) *I*[2] conformemur *A F P*, formetur *J* **33** ut] utique *T* **35** per] super *J*, *praem.* XIIII *T* istas *F*.

XIV. *om.* *A B C* **1** modo *K* quid (i *i. r.*) *N*[2] **3** °non *om.* *I*[a] sciamus (a *eras.*) *T*

haec uita misera sic gubernetur ut ad illam quae uere beata est perueniatur aeternam.

[**22**] Distat tamen ab aeternorum contemplatione actio qua bene utimur temporalibus rebus, et illa sapientiae, haec scientiae deputatur. Quamuis enim et illa quae sapientia est possit scientia nuncupari sicut et apostolus loquitur ubi dicit : *Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum,* quam scientiam profecto contemplationis dei uult intellegi quod sanctorum summum erit praemium ; tamen ubi dicit : *Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum,* haec utique duo sine PL 1010 dubitatione distinguit, licet non ibi explicet quid intersit et unde possit utrumque dinosci. Verum scripturarum sanctarum multiplicem copiam scrutatus inuenio scriptum esse in libro Iob eodem sancto uiro loquente : *Ecce pietas est sapientia ; abstinere autem a malis scientia est.* In hac differentia intellegendum est ad contemplationem sapientiam, ad actionem scientiam pertinere. 'Pietatem' quippe hoc loco posuit 'dei cultum,' quae graece dicitur θεοσέβεια ; nam hoc uerbum habet ista sententia in codicibus graecis. Et quid est in aeternis excellentius quam deus cuius solius immutabilis est natura ? Et quis cultus eius nisi amor eius quo nunc desideramus eum uidere credimusque et speramus nos esse uisuros, et quantum proficimus *uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem* 'in manifestatione' ? Hoc est enim quod ait apostolus Paulus, *facie ad faciem* ; hoc etiam quod Iohannes : *Dilectissimi, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus quoniam uidebimus eum*

---

**11** I Cor. 13, *12. **12/13** I Cor. 13, 12. **14/15** I Cor. 12, *8. **19/20** Iob 28, *28. **22/24** *dei cultum, quae graece dicitur θεοσέβεια ... in codicibus graecis* : Iob 28, 28 (LXX) ; cf. XIV, I, 7/8 ; XII, 9/10. **28/30** I Cor. 13, 12. **30/33** I Ioh. 3, *2.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**5** sic] cis *exp.* *C* **9** °deputatur *om.* $I^a$ °quae *om.* $M^a$ sapientiae *C* **11** Nunc] c *s. l.* $T^1$ et] *add.* ego *P* **13** °erit praemium summum *μ* **14** per spiritum datur $S^2$ datur *om.* *S* sapientiae] *add.* et *K* **16** explecet $C^a$ et *om.* *A* $B^a$ *C* **18** inueni *F* **20** °est scientia *μ* haec (e *exp.*) *C* **21** actionem] agnitionem $J^a$ **23** quae graece dicitur] qua egrae ceditur $C^a$ quod $A^2$ *P*, qui $S^2$ dicunt *S* theosebia *A C F J K*, theosebia *B T*, theos/ebia *1 litt. eras.* *N*, THEOCEBIA *O P*, theosebian (n *s. l.*) $S^1$ **24** sententia] sent *i. mg. et i. r.* $O^3$ **24/25** excenlentius $C^a$ **25** quam] nisi *T* incommutabilis $N^2$ *P* quis] *add.* est *F* **26** cultus] *add.* est $B^2$ quo — desideramus] *i. mg.* $S^1$ **27** °uisuros] uiros $L^a$ **28** per speculum] persculū $K^a$ °autem] *add.* facie ad faciem *I* **29** enim] autem *F* **29/30** Paulus *om.* *J P T* **30** hoc] *add.* est *exp.* *J* Iohannes] *add.* ait *T* Dilectissimi] *add.* inquit *P* **31** nunc] nonne *C* quid *F P μ*, quide *J* Scimus] *add.* autem $S^2$ **32** similis *C*

*sicuti est.* De his atque huiusmodi sermo ipse mihi uidetur esse *sermo sapientiae. Abstinere autem a malis* quam Iob scientiam dixit esse rerum procul dubio temporalium est quoniam secundum tempus in malis sumus, a quibus abstinere debemus ut ad illa bona aeterna ueniamus. Quamobrem quidquid prudenter, fortiter, temperanter et iuste agimus ad eam pertinet scientiam siue disciplinam qua in euitandis malis bonisque appetendis actio nostra uersatur, et quidquid propter exempla uel cauenda uel imitanda et propter quarumque rerum quae μ 924 nostris adcommodata sunt usibus necessaria documenta historica cognitione colligimus.

**[23]** De his ergo sermo cum fit, eum scientiae sermonem puto discernendum a sermone sapientiae ad quam pertinent ea quae nec fuerunt nec futura sunt sed sunt, et propter eam aeternitatem in qua sunt et fuisse et esse et futura esse dicuntur sine ulla mutabilitate temporum. Non enim sic fuerunt ut esse desinerent aut sic futura sunt quasi nunc non sint, sed idipsum esse semper habuerunt, semper habitura sunt. Manent autem non tamquam in spatiis locorum fixa ueluti corpora, sed in natura incorporali sic intellegibilia praesto sunt mentis aspectibus sicut ista in locis uisibilia uel contrectabilia corporis sensibus. Non autem solum rerum sensibilium in locis positarum sine spatiis localibus manent intellegibiles incorporalesque rationes, uerum etiam motionum in temporibus transeuntium sine temporali transitu stant etiam ipsae utique intellegibiles, non sensibiles. Ad quas mentis acie peruenire paucorum est, et cum peruenitur quantum fieri potest, non in eis manet ipse peruentor, sed ueluti acies ipsa reuerberata repellitur et fit rei non transitoriae transitoria cogitatio.

---

**34** I Cor. 12, 8. **34/35** Iob 28, *28. **44/45** I Cor. 12, 8.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**33** °sicut *V* De his] deus *S*, *om.* *S*$^{2}$ atque] ad *C*, et *C*$^{2}$ sermonibus *B N O F* **34** a malis autem *F*$^{a}$ quam] qm̄ *A S*, quoniam *N O*$^{a}$ Iob *om.* *S*$^{a}$ **35** dixisse *C* **37** Quamobrem] quam rem *S*, qua re *S*$^{2}$ **38** °et] aut *M* **39** disciplinam] ci *s. l.* *T*$^{1}$ quae *C*$^{2}$ ; quam (m *del.*) *S*, *K* **43** colligimus cognitione *K* °collegimus *V*$^{a}$ **44** °sermo *om.* *R* °eum] quem *C*$^{2}$, cum *M* sermonum *C*$^{a}$ **45** poto *C*$^{a}$ °quem *R* °pertinet *S*$^{a}$ *M* **46** nec *pr.*] non *T* eam] *ita B N O S* μ, *om. cett. codd.* **47/48** dicunt *J* **49** sic] si *S*$^{a}$ nunc *om.* *C* **50** idipsum] *praem.* id *B*, ipsum *K P*$^{a}$ *T* semper esse *N O* **51** in *om.* *P* **52** intelligi *T* **53** sicuti *F* uel contrectabilia *om.* *S* contractabilia *C*$^{a}$ *K* **54** Non] *praem.* VIIII *A C*, *praem.* VIII *B* **56** temporalibus *J* **57** temporalis (s *exp.*) *C*, temporum *T* transitus *C*$^{a}$ stant] *om.* *C*, instant *J* **58** °aciem *M V*$^{a}$ **60** ipse] *add.* a quo *S* peruenitur *S* acies] s *eras.* *N*, acie *A B*$^{a}$ *C J K* **61** rei] ei *C*$^{a}$ *J* non] *s. l.* *P*$^{1}$ transitoriae] *praem.* rei *K* **61.62** cognitio *T*

Quae tamen cogitatio transiens per disciplinas quibus eruditur animus memoriae commendatur ut sit quo redire possit quae cogitur inde transire, quamuis si ad memoriam cogitatio non rediret atque ibi quod commendauerat inueniret, uelut rudis ad hoc sicut ducta fuerat duceretur idque inueniret ubi primum inuenerat, in illa incorporea ueritate unde rursus quasi descriptum in memoria figeretur. Neque enim sicut manet uerbi gratia quadrati corporis incorporalis et immutabilis ratio sic in ea manet hominis cogitatio, si tamen ad eam sine phantasia spatii localis potuit peruenire. Aut si alicuius artificiosi et musici soni per moras temporis transeuntis numerositas comprehendatur sine tempore stans in quodam secreto altoque silentio, tamdiu saltem cogitari potest quamdiu potest ille cantus audiri ; tamen quod inde rapuerit etsi transiens mentis aspectus et quasi glutiens in uentre ita in memoria reposuerit, poterit recordando quodam modo ruminare et in disciplinam quod sic didicerit traicere. Quod si fuerit omnimoda obliuione deletum, rursus doctrina duce ad id uenietur quod penitus exciderat et sic inuenietur ut erat. PL 1011

XV. [XV **24**] Vnde Plato ille philosophus nobilis persuadere conatus est uixisse hic animas hominum et antequam ista corpora gererent, et hinc esse quod ea quae discuntur reminiscuntur potius cognita quam cognoscuntur noua. Retulit enim puerum quendam nescio quae de geometrica interrogatum sic

---

**74** *secreto altoque silentio* : cf. Quint., inst. X, 3, 22 : ... *secretum* ... *altissimum silentium* ... (*'altum silentium'* : cf. Verg., aen. X, 63 ; Horat., sat. II, 6, 58 ; Ouid., metam. I, 349 ; e.a.).

xv. **1/4** cf. Aug., solil. II, 20, 35 ; quant. anim., xx, 34 ; epist. 7 ; retr. I, [vii] viii, 2. **4/8** Plato, men., 81d-84 ; Cic., tusc. I, xxiv, 57 ; cf. Plato, phaid., 72e ; phaedr., 249c-250.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**63** °commendat *L*, commenditur *V*$^{a}$ **64** °cogitatur *R*$^{a}$ **65** °quod commendauerat ibi *L* *μ* inueniret] *praem.* non *N*$^{2}$ rodis *C*$^{a}$ **66** ductu *C* **67** inueniret *C* °illa] *add.* scilicet *μ* **68** memoriam *C* **69** °incommutabilis *A*$^{2}$ *L* *V*$^{2}$ *μ* **70** °ratio] gratia *L*$^{a}$ manet] *add.* et *F* si] sic (c. *exp.*) *A* °ea *M* **71** phantasia/ *1 litt. eras.* *K* Aut si] ausi *C*$^{a}$ **72** artificio *S* sonis (s *alt. eras.*) *O* moras] metas *T* **73** sine tempore comprehendatur *F*$^{a}$ **74** saltim *A S J*, (i *ex* e *per ras.*) *K*, *T*$^{1}$ °cogitare *I*$^{a}$ *V*$^{a}$ **75** °audire *A*$^{a}$ *C*$^{a}$, hauriri *S*, auri *V*$^{a}$ **76** glutiens] glu/tiens *1 litt. eras.* *B O* uentrem *A*, (m *exp.*) *N*, *S* *μ* **77** memoriam *A S* °posuerit *M*$^{a}$ °poterit *om.* *M*$^{a}$ **78** °sic] si *I*$^{a}$ dedicerit *K*$^{a}$ **79** omni modo *N O S J* °rursum *M* **79/80** ad id *om.* *T* **80** °uenitur *K*, uenientur *V*$^{a}$.

xv.] *om.* *A*, viiii *B C* **1** physophus *R* nobiles *C*$^{a}$ **3** °gerent *S*$^{a}$, gerient *V*$^{a}$ dicuntur *A*$^{a}$ *B*$^{a}$ *C* *P*$^{a}$ **4** potius] *add.* quam *del.* *J* cognita *om.* *C* Retulit] re/tulit *1 litt. eras.* *K* **5** quondam *T* quod *A C S F P*, qua *J*, quem *T* °geomeretrica *R*

respondisse tamquam esset illius peritissimus disciplinae. Gradatim quippe atque artificiose interrogatus uidebat quod uidendum erat dicebatque quod uiderat. Sed si recordatio haec esset rerum antea cognitarum, non utique omnes uel pene omnes cum illo modo interrogarentur hoc possent ; non enim omnes in priore uita geometrae fuerunt cum tam rari sint in μ 925
genere humano ut uix possit aliquis inueniri. Sed potius credendum est mentis intellectualis ita conditam esse naturam ut rebus intellegibilibus naturali ordine disponente conditore subiuncta sic ista uideat in quadam luce sui generis incorporea quemadmodum oculus carnis uidet quae in hac corporea luce circumadiacent, cuius lucis capax eique congruens est creatus. Non enim et ipse ideo sine magistro alba et nigra discernit quia ista iam nouerat antequam in hac carne crearetur. Denique cur de solis rebus intellegibilibus id fieri potest ut bene interrogatus quisque respondeat quod ad quamque pertinet disciplinam etiamsi eius ignarus est ? Cur hoc facere de rebus sensibilibus nullus potest nisi quas isto uidit in corpore PL 1012
constitutus aut eis qui nouerant indicantibus credidit seu litteris cuiusque seu uerbis ? Non enim adquiescendum est eis qui samium Pythagoram ferunt recordatum fuisse talia nonnulla quae fuerat expertus cum hic alio iam fuisset in corpore ; et alios nonnullos narrant alii eiusmodi aliquid in suis mentibus passos. Quas falsas fuisse memorias quales plerumque experimur in somnis quando nobis uidemur reminisci quasi egerimus aut uiderimus quod nec egimus omnino nec uidimus, et eo modo affectas esse illorum mentes etiam uigilantium instinctu spirituum malignorum atque fallacium quibus curae

---

**25/27** *qui ... ferunt* : Emped., fragm. 129 (ed. Diels-Kranz, 'Fragmente der Vorsokratiker', 1, p. 363-364) ; Heraclid. Pont., apud Diog. Laërt., de uir. ill. VIII, 4.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**7** officiose *S* **9** non] *eras.* *P* **11** priori *T* geometrae] ae *i.r.* $O^2$ ? ; geometrici $A^a$, (i *alt. i. r.*) $N^2$ **14** rebus] *praem.* in *F P* **15** subiecta *P* ista sic *F* °uideant *S*, uideantur *P*, uideatur *V* incorporea] in corpore *S* **17** °lucis] legis *M* **18** nigra] i *s. l.* $K^1$ **19** ista *om.* *J* °nouerat] *bis*, *pr. eras.* *J* ; uerat $V^a$ hac *om.* $A^a$ $B^a$ *C* **20** cur] cum $S^2$ *F* **21** bene] *add.* et *C* **21/22** interrogatus — pertinet *om.* *C* **21** quid *F* **22** disciplinam] disciplinate interrogatus agnoscat $C^2$ **23** sensibilibus] singulis *T* quas] quasi *S*, quia *J* ista $S^2$ uidet *S K* **23/24** constitutus in corpore *F* **24** constitutus] tu *pr. s. l.* $K^1$, constitutos $S^a$ aut *om.* $A^a$ $B^a$ °quae *μ* credidit indicantibus *P* crededit $K^a$ **25** est] *s. l.* $J^1$ **26** ferunt] f/erunt *1 litt. eras.* *K*, fuerunt $T^a$ °alia $R^a$ **27** iam hic alio *S* alio hic *J* **28** eiusmo *T* aliquid] alii quid (alii *exp.*) *C* **29** qui *T* **31** °egegrimus (g *alt. eras.*) *J*, egeremus $I^a$ aut uiderimus *om.* *S* uidimus] uidemus *K* **32** °eo] quo $V^a$ effectas *L* **33** °instinctum *I* spiritu $S^a$ cura $B^2$ *S*

est de reuolutionibus animarum falsam opinionem ad decipiendos homines firmare uel serere, ex hoc conici potest quia si uere illa recordarentur quae hic in aliis antea positi corporibus uiderant, multis ac pene omnibus id contingeret quandoquidem ut de uiuis mortuos, ita de mortuis uiuos tamquam de uigilantibus dormientes et de dormientibus uigilantes sine cessatione fieri suspicantur.

**[25]** Si ergo haec est sapientiae et scientiae recta distinctio μ 926
ut ad sapientiam pertineat aeternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam uero temporalium rerum cognitio rationalis, quid cui praeponendum siue postponendum sit non est difficile iudicare. Si autem alia est adhibenda discretio qua dinoscantur haec duo quae procul dubio distare apostolus docet dicens : *Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum,* tamen etiam istorum duorum quae nos posuimus euidentissima differentia est quod alia sit intellectualis cognitio aeternarum rerum, alia rationalis temporalium, et huic illam praeferendam esse ambigit nemo. Relinquentibus itaque nobis ea quae exterioris sunt hominis et ab eis quae communia cum pecoribus habemus introrsum ascendere cupientibus, antequam ad cognitionem rerum intellegebilium atque summarum quae sempiternae sunt ueniremus, temporalium rerum cognitio rationalis occurrit. Etiam in hac igitur inueniamus si possumus aliquam trinitatem sicut inueniebamus in sensibus corporis et in his quae per eos in animam uel spiritum nostrum imaginaliter intrauerunt, ut pro corporalibus rebus quas corporeo foris positas attingimus sensu intus corporum similitudines haberemus impressas memoriae ex quibus cogitatio formaretur tertia uoluntate utrumque iungente, sicut formabatur foris acies oculorum, quam uoluntas ut uisio fieret adhibebat rei uisibili

---

**42/44.50/51** cf. uetus stoica definitio ; infra XIV, 1, 49.51.54/56. **47/48** 1 Cor. 12, *8.

---

**Codd.** : *A B C* *N O S* *F J K P T* (*I L M R V*).

---

**34/35** decipiendos] s *s. l.* $A^1$ **35** asserere *T* concipi $A^a$ $B^a$, (pi *s. l.*) $C^1$ quia] i *s. l.* $T^1$ si uere] siue re *A* uera *S* **36** ante *J* **37** id] haec *N P*, hic *O* contingerent (ent *i. r.*) $N^2$, *P* **38** °ut] et *M* **42** aeternorum *K* **44** praeponendum] *add.* sit *P* siue postponendum *om.* $T^a$ sit *om. P* **45** quam (m *eras.*) *S* **46** °dinoscatur $V^a$ °quae *om. M* dubium (*corr. 1 m.*) *A* **47** °datur quidem *μ* **49** duorum istorum $O^a$ possumus $T^a$ **50** quod] quoniam *C* °sunt *M* **51** praeponendam *A B C F* **52/53** °sunt exterioris *μ* **52** exteris $T^a$ **56** °uenerimus *R* **58** sicuti *S* °inueniamus $V^a$ **59** animum (?) *V* **61** attingemus $K^a$ sensū (¯ *eras.*) *T* similitudinem $S^a$ **62** cognitio $T^a$ **63** °iungente] iungentes *I*, *praem.* in $V^a$ foras *J*

et utrumque iungebat etiam illic ipsa se admouens tertiam. Sed non est hoc coartandum in hunc librum ut in eo qui sequitur si deus adiuuerit conuenienter possit inquiri et quod inuentum fuerit explicari.

---

**Codd.** : *A B C*   *N O S*   *F K J P T*   (*I L M R V*).

---

**65** ipsam *C*   °amouens $S^{a}$, ammonens $V^{a}$   **66** hoc *om.* $A^{a}$   °coartendum $V^{a}$   **67** °adquiri $I^{a}$   **68** °explicari] explecari $C^{a}$, *add.* amen *J*, explicare $K^{a}$, *add.* contuli *R*.

---

Imprimé par les Usines Brepols S.A. – Turnhout (Belgique).
Printed in Belgium
D/1968/0095/46

Date Due

| | | | |
|---|---|---|---|
| NOV 21 19[illegible] | MAY 31 2010 | | |
| MAR 10 1983 | | | |
| APR 19 1983 | | | |
| JAN 15 1988 | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |

bd CAT. NO. 23 233 PRINTED IN U.S.A.

TRENT UNIVERSITY
0 1164 0213428 6

LR BR60 .C49 v.50
Corpus Christianorum. Series Latina

116376

| DATE | ISSUED TO |
|---|---|
| | |
| | |

116376